


Les Bibliothèques Virtuelles Humanistes

Extrait de la convention établie avec les établissements partenaires :

- ces établissements autorisent la numérisation des ouvrages dont ils sont dépositaires (fonds d'Etat ou autres) sous réserve du respect des conditions de conservation et de manipulation des documents anciens ou fragiles. Ils en conservent la propriété et le copyright, et les images résultant de la numérisation seront dûment référencées.
- le travail effectué par les laboratoires étant considéré comme une « œuvre » (numérisation, traitement des images, description des ouvrages, constitution de la base de données, gestion technique et administrative du serveur), il relève aussi du droit de la propriété intellectuelle et toute utilisation ou reproduction est soumise à autorisation.
- toute utilisation commerciale restera soumise à autorisation particulière demandée par l'éditeur aux établissements détenteurs des droits (que ce soit pour un ouvrage édité sur papier ou une autre base de données).
- les bases de données sont déposées auprès des services juridiques compétents.

Copyright - © Bibliothèques Virtuelles Humanistes





non est aut per exemplum causa ponatur. aliquid quod patet
at latet. Quod potest manifestari est scelus. non manifestari
si. etiam familiarem hominem occidetur. Namque si se
adripiat scelere. si qui etiam tu occidit quemque facis
laetemur. Non potest quidem ratione non credere quod
ex officiis peccatorum facies illud pulcherrimum manifestandum.

plirib; ut delectent impri;. laudentq; ea que lati
danda non sint. ob eam credo causam qd in sitia
hys aliqd. pbi qd capiat ignaw; quidem qd in una
etiam et tamen sit tecumque in diebus ita qd eam sint

C I C E R O N I S,
A C D E M O S T H E-
M I S S E N T E N T I A E
S E L E C T A E.

I T E M ,

Apophthegmata quadam pia ex ducentis veteribus
Oratoribus, Philosophis & Poëtis, tam Græcis
quam Latinis ad benè beatèque vi-
uendum, diligentissimè collecta,
quorum nomina in calce
libri reperies

Hic accessit Desiderij Vandoperani, de philosopho-
rum doctrina libellus ex Cicerone.

Cum Indice rerum & verborū locupletissimo.

I N N E M O R S.



I N N E M O R S.

P A R I S I S .

Apud Hieronymum de Marnef, & Gu-
lielnum Cauellat, sub Pelicano,
monte D. Hilary.

—
1566.

3
18730

M. T. CICERO NIS SENTENTIA RVM LIBER. I.

De Deo eiusque natura. 1.

Adiis immortalibus sunt nobis a- Plato e-
gendi capienda primordia. 2. de pif. 8.
Legibus.

Omnium rerum à diis immorta-
talibus principia ducuntur. In Va-
tinium testem.

Deus est qui viget, qui sentit, qui meminit, quā
praeuidet, qui regit, & moderatur, & est aeternus.
Som. Scip.

Ea est Dei vita, qua nihil beatius, nihil omni-
nō bonis omnibus affluētius cogitari potest: nihil Epicuri
enim agit, nullis occupatiōibus est implicatus, nul sētētia,
la opera molitur: sua potentia & virtute gaudet, ponit
habet exploratū fore se semper, tū in maximis, tū Velleius
in aeternis voluptatibus. 1. de Nat. Deorum. Refellit
Cota. 1.

In mundo Deus est aliquis, qui regit, qui guber- de Nat.
net, qui cursum astrorū, qui mutationes temporū, Deorū.
rerum vicissitudines, ordinēs, cōseruat, terras &
maria contemplans, hominum commoda, vitās, i.
tuetur, 1. de Nat. Deor.

Aij

*De hominibus nulla gens est, neque tam immā-
sueta, neq; tā ferrea, qua non, etiā si ignoret quale
Deū habere deceat, tamē habendū sciat.* 1. de Leg.

*Omnibus innatum est, & quasi insculptum es-
se deos.* 1. de Nat. Deorum.

*Quid potest esse tam apertum tāmque perspi-
cuum, quim cœlum suspeximus, cœlestiaq; contē-
platis sumus, quām esse aliquod numen præstan-
tissime mentis, quo hæc regantur?*

*Quis est tam vecors, qui cūm suspexerit in cœ-
lum, deos esse non sentiat: & ea quæ tanta mente-
funt, ut vix quisquam arte vlla ordinem rerum,
atque vicissitudinem persequi possit, casu fieri pu-
tet?* De Resp. Arusp.

*Dū semper fuerunt, nati nunquam sunt, eternā
sunt futuri.* 1. De Nat. Deorum.

Deum agnoscimus ex operibus eius. 1. Tusc.

*Commoda quibus utimur, lucem qua fruimur,
spiritum quem ducimus, à Deo nobis dari, & im-
partiri videmus.* Pro Rofc. Amerino.

Diagoras. 3. de Nat. deor. In Apoph. 7.

*Illud videto, ut Deum noris, et si ignores, & lon-
cum & faciem.* 1. Tuscul.

*Firmissimum hoc adferri videtur car deos esse
credamus, quod nulla gens tam fera, nemo omniō
tam sit immanis, cuius mentem nō imbuerit deo-
rum opinio.* 1. Tuscul.

*Deus ipse qui intelligitur à nobis, alio modo in-
telligi non potest, nisi mens soluta quedam, & lè-*

*Hera, & segregata ab omni concretione mortali,
omnia sentiens, & mouens, ipsaque pradita motu
sempiterno. 1. T. scul.*

*Cum ipsa natura magnam homini facultatem
dederit, tamen Deus esse putatur, ut & ipsum,
quod est hominem proprium, non partum per nos, sed
diuinitus ad nos delatum videatur. 1. de Orat.*

*Nemo magnus sine aliquo afflato diuino un-
quam fuit. 2. de Nat. deorum.*

*Nihil est quod Deus efficere non possit, & qui-
dem sine labore villo. 3. de Nat. deor.*

*Vt hominum membra. 3. de Nat. deor. In Si-
milibus. 1.*

*Sit hoc a principio persuasum hominibus, domi-
nos esse omnium rerum, ac moderatores deos: eaq;
que gerantur eorum geriditione, atque numine,
eosq; optimè de genere hominum mereri: & qua-
lis quisque sit, quid agat, quid in se admittat, qua-
mente, qua pietate colat religionem, intueri, pia-
rumq; & impiorum habere rationem. 2. de Leg.*

Thales, quis sapietissimus. 2. de Leg. In Apop. 5.

*Deorum prouidentia mundus administratur:
iudicemq; consulunt rebus humanis, neq; solùm rui-
versis, verum etiam singulis. 1. de Diuin.*

*Deorum prouidentia mundus administratur.
2. de Nat. deor.*

*Mala & impi a consuetudo est, contra deos dis-
putandi, siue ex animo hoc fiat, siue simulacrum. 2. de
Nat. deorum.*

S E N T E N T I A R V M

Homini timide de potestate deorum, & pauca dicenda sunt. Pro leg. Manil.

Cum à Simonide. 1. de Nat. deor. In Apoph. 6.

Nihil est illi principi Deo, qui omnē hunc mundum regit, quod quidem in terris fiat, acceptius, quam concilia, cœtusque hominum: quæ ciuitates appellantur. In Som. Scip.

obscurum Deo nihil potest esse. 3. de Natura deorum.

Ignorare Deus non potest, qua quisque mente sit. 2. de Diuin.

Immortalia parentibus: omnia diis immortalibus debemus. Post red. ad Senat.

Diis immortalibus nos primū natura conciliat. De resp. Aruspī.

Prima officia diis immortalibus debentur. 1. officiorum.

Denis impiis ne placare audeant deos, Platone audiant, qui vetat dubitare, qua sit mēte futurus Deus, cum vir nemo bonus ab improbo se donari velit. 2. de Leg.

*Cum multum animus præstet, &c. 2. de Leg.
In piis sent. 21.*

*Pietas grata est Deo, sumptus, &c. 2. de Leg.
In piis sent. 19.*

Natura dux optima. 2.

Natura dux optima. Cato Maior.
Mater rerum omnium natura. Parad. 1,
omnium est natura communis. 5. de Finib.

Sua cuiusque animatis, natura est. 3. de Finib.
Sua cuique natura est ad viuendum dux. 5. de
Finibus.

Multis signis natura declarat quid velit, ac
querat, ac desideret: absurdescimus tamen nescio
quomodo, nec ea, que ab ea monemur, audimus.
Elius.

Facile indicat natura vim suam, cum homines
quod facere ipsi non possunt, id recte in altero fie-
ri indicant. Lelius.

Si tales nos natura genuisset, ut eam ipsam in-
tueri & perspicere, eademque optima duce cur-
sum vitae conficere possemus: haud erat sane quod
quisquam rationem, ac doctrinam requireret,
cum natura sufficeret. Nunc vero parvulos no-
bis dedit igniculos, quos celeriter malis moribus,
opinionibusque depravatis sic restringimus, ut
nusquam naturae lumen appareat. Sunt enim in-
genios nostris semina innata virtutum, quae si a-
dolescere licet, ipsa nos ad beatam vitam na-
tura perduceret. Nunc autem simul atque editi
in lucem, & suscepti sumus, in omni continuo
prauitate versamur, ut penè cum lacte nutricis
errorem sussisse videamur. Cum vero parentibus
redditi, deinde magistris traditi sumus, tum ita
variis imbuimur erroribus, ut vanitati veritas,
& opinioni confirmata natura ipsa cedat. 3. Tu-
scul.

A natura ipsa desciscimus, ut nobis optimam

A iij

naturam inuidisse videamur. 3. *Tuscul.*

Omnis natura duce vehimur. 1. *de Nat. deor.*

Natura duce errari nullo modo potest. 1. *de Legibus.*

Homo naturae obediens, homini necere non potest. 3. *Offic.*

Naturam ducem si sequamur, nunquam aberabimus. 1. *Offic.*

Nos naturam sequamur, & ab omni quod abhorret ab ipsa oculorum, auriumque comprobatione fugiamus. 1. *Offic.*

Omnia qua natura aspernatur, in malis sunt: qua adsciscit, in bonis. 1. *Tusc.*

Quicquid homini naturaliter insitum est, eo uti decet: & quicquid agat, agere pro viribus. Cato Maior.

Omnia qua secundum naturam sunt, habenda sunt in bonis. Cato Maior.

Nihil censemus esse malum, quod sit à natura datum hominibus. 1. *Tuscul.*

Nihil in malis ducamus, quod sit vel à diis immortalibus, vel à natura parente omnium constitutum. 1. *Tusc.*

Nihil est aliud gigatum more pugnare cù diis, quam naturae repugnare. Cato Maior.

*Omnia bona appetunt, sequentur
& sua diligunt.*

*S*eipso omnes natura diligunt. 3. *de Finib.*
Omnis natura est diligens sui. 4. *de Finib.*

Omnis natura est conseruatrix sui. 3.de Finib.

Omne animal simul atque est ortum, applicatur ad se diligendum, estq; in se conseruando occupatum. 4.de Finib.

Omne animal ipsum sibi commendatum est, ut se & saluum in suo genere, in columaque esse velit. 4.de Finib.

Omne animal seipsum diligit: ac simul ut ortum est, ita agit se ut conseruet. 4.de Finib.

Omne animal simul ut ortum est, & seipsum. & omnes partes suas diligit. 2.de Finib.

Omnis natura vult esse conseruatrix sui, & ut saluas sit, & in genere conseruetur suo. 4.de Finib.

Principio generi animantium omni est à natura tributum, ut se, vitam, corpusque tueatur, declinetque ea quae ei nocitura videntur: omniaque que sunt ad viuendū necessaria, inquirat, & pastum ac latibula. 1.Offic.

Est non scripta, sed nata lex, quam non didicimus, accepimus, legimus, verum ex natura ipsa arripimus, hausimus, expressimus: ad quam non docti, sed facti: non instituto, sed imbuti sumus: ut si vita nostra in aliquas insidias, si in vim, in terra, aut latronū, aut inimicorū incidisset, omnis honesta ratio esset expedienda salutis. Pro Milone.

Hoc & ratio doctis, & necessitatibus barbaris, & mos gentibus, & feris natura ipsa prescripsit, ut omnē semper vim, quacūque ope possent, à corpore, à capite, à vita sua propulsarent. Pro Milone.

Natura omnes ea quae bona videntur, sequuntur, fugiuntque contraria. 4.Tusc.

Et bona natura appetimus, sic à malis natura declinamus. 4.Tusc.

Appetuntur ea que secundum naturam sunt, declinanturq; cōtraria, & omne animal appetit quadam & fugit à quibusdam. 3.de Nat.decor.

Omnis malunt sibi esse recte, quam alteri. 4.

Nemo est tam demens, tamque parum de se cogitans, qui alienam vitam magis quam suam diligit. orat.in Vat.

Sibi ut quisque malit quod ad vitæ r̄sum pertinet, quam alteri acquirere, concessum est, non repugnante natura. 3.Offic.

Nostræ utilitates nobis omittenda non sunt, aliisque tradendæ. 3.Offic.

Qui multorum custodem se profitetur, eum sapientes sui primū capitis aiunt custodem esse operari. Philip.13.

Nemo ferè est, qui sui periculi index, non sibi sequiorem, quam reo præbeat. Pro Deiot.

Tibi potius, quam cuius sis amicus. Cicero Dolabellæ, lib.9.epist.famil.

Et nos, liberos: & feræ partus suos diligunt. 5.

Commune omnium animantium est coniunctionis appetitus, procreandi causa, & cura quadam eorum, que procreata sunt. 10ffice.

A natura ipsa, vt eos quos genuerimus amemus, impellimur. 1.de Finib.

Bestiae pro suo partu ita propugnant, vt vulnera excipiant, nullos impetus, nullos casus reforsident. 5. Tuscul.

Fere partus suos diligunt, & nos in liberos nostros uti debemus indulgentia. 2.de Orat.

Id natura tributum est, vt i/ qui procreati essent, a procreatoribus amarentur. 4.de Finib.

Nihil dulcissimum hominum generi a natura datum est, quam sui cuique liberi. Post red. ad Quir.

Nihil nobis natura iucundius, nihil charius esse volunt, nihil dignius, in quo omnis nostra diligentia indulgentiaque consumatur. Quare dum habemus paruos liberos, & incertum est quam longa nostrum cuiusque vita futura sit, consilere viui, ac prospicere debemus, vs illorum solitudo, & pueritia, quam firmissimo praesidio munita sit.

Is pater est amens, qui odit eum sine causa, quem procreauit. Pro Cluent.

Non est boni, neque liberalis parentis quem procrearit, & eduxerit, eum non vestire & ornare, præsertim cum se locupletem esse negare non possit. 2.de Orat.

Nullum est nomen amantius, indulgentius quam maternum. Pro Cluent.

Sunt obseruandi parentes, non violandi. 6
Parentes charissimos habere debemus, quod ab his vita, patrimonium, libertas, cimitas, tra-

dita est. Pro red. ad Senat.

Parentibus nos primū natura conciliat: quos non alere, nefarium est. de Resp. arusp.

Cuiusmodicūque mater sit, tamen in iudicio filij, de turpitudine parentis dici vix oportet. Pro Cluent.

Non modo reticere homines parētum iniurias, sed etiam a quo animo ferre oportet. Pro Cluent.

Magnam vim, magnam necessitatem, magnam possidet religione paternus, maternusq; sanguis: ex quo si qua macula cōcepta est, non modo elusa non potest, verū usque eō permaneat ad animū, ut summus furor, atque amentia consequatur.

Pro Rosc. Amer.

Vim neque parenti, neque patriæ afferre oportet. Cic. Lentulo, Epist. famil. I.

Peccatum est, parentes violare. 3. de Finib.

Magna est vis humanitatis: multum valet communio sanguinis, portentum atque monstrum certissimum est, esse aliquem humana specie & figura, qui tantum immanitate bestias vicerit, ut propter quos hanc suauissimam lucem aspicerit, eos indignissimè luce priuarit: cùm etiā feras intersese partus, atque educatio, & natura ipsa cōciliet. Pro Rosc. Amer.

Nullum supplicium satis acre reperiri potest in eum, qui mortem obtulerit parenti: pro quo morte ipsum, res si postularet, iura diuina atque humana postulant. Pro Rosc. Amer.

Nemo parricidæ suppicio, misericordia commouetur. 4. Tusc.

Maiores nostræ cùm intelligerent, nihil esse tam sanctum, quod non aliquando violaret audacia, supplicium in parricidas singulare excogitarunt: ut quos natura ipsa retinere in officio nō posset, iij magnitudine pœnæ maleficio summo eretur, insuic voluerunt in culeum viuos, atque ita in flumen deici. Atque videntur hunc hominem ex rerum natura sustulisse & eripuisse, cui repente cœlum, solem, aquam, terramque ademerunt: ut qui eum necasset, unde ipse natus esset, careret is rebus omnibus, ex quibus omnia natura esse dicantur. Non luerunt feris corpus obicere, ne bestiis quoque, qua cætum scelus attigissent, immanioribus tremur: non sic nudos in flumen deiscere, ne cum delati essent in mare, ipsum polluerent, quo certe que violata sunt, expiari putantur. Denique nihil tam vile, neque tam vulgare est, cuius partem ullam reliquerint. etenim quid tam est communè, quam spiritus viuis, terra mortuis, mare fluctuantibus, litus eius? ita vivunt dum possunt, ut ducere animam de cœlo non queant: ita moriuntur, ut eorum ossa terra non tangat: ita iactantur fluctibus, vñnumquam abhincatur: ita postremò eiiciuntur, ut ne ad saxa quidem mortui conquiescant. Pro Rosc. Amer.

Solon, cum interrogaretur. Pro Rosc. Amer.
In Apophth. 34.

Omnis discendi studio tenentur. 7

Tantus est innatus in nobis cognitionis amor, & scientiae, ut nemo dubitare possit, quin ad eas res hominum natura nullo emolumento inuitata rapiatur. Videmusque ut pueri, ne verberibus quidem à contemplandis rebus, perquisientisq; deterreantur, aut pulsū requirant, & aliquid se scire gaudeant, ut alius narrare gestiant? Quid verò, qui ingenuis studiis atque artibus ita delectantur, ut nec valeudinis, nec rei familiaris habeant rationem: omniaq; perpeti ipsa cognitione & scientia captos, & cum maximis curis, & cum laboribus compensare eam, quam ex discendo capiant voluptatem. 5. de Finib.

Esit insita quedam, vel potius innata cupiditas scientiae: natuq; sumus ad congregationem, ad societatem, ad communitatemq; generis humani. 4. de Finib.

- Omnes trahimur & ducimur ad cognitionis & scientiae cupiditatem, in qua excellere pulchram putamus: labi autem & errare, nescire & decipi, & malum, & turpe ducimus. 1. Offic.

- Cum sumus necessariis negotiis, curisq; vacui, tu autem aliquid videre, audire, discere: cognitionemque rerum aut occultarum, aut admirabilium ad bene, beatique vivendum necessariam ducimus. 1. Offic.

- Fictas fabulas è quibus utilitas nulla duci potest, cum voluptate legimus. Quid volumus. no-

mina eorum quiequid gesserunt, nata nobis esse,
parentes, patriam, multa præterea non necessaria.
Quid? homines infima fortuna, nulla spe rerum
gerendarum, opifices denique delectatur historia,
maximeque eos videre possumus res gestas audire
& legere velle, qui à spe gerendi absint, confecti
senectute. 5.de Finib.

In ipsis rebus quæ discuntur & cognoscuntur,
in uitamenta insunt, quibus ad discendum, cognos-
cendumque mouentur. 5.de Finib.

Nemo est orator, qui se Demosthenis similem
esse nolit. De gen.opt.Orator.

Optimus & grauissimus quisque confitetur se
multa ignorare, & multa sibi etiam atque etiam
esse discenda. 3.Tuscul.

Omnia scire etijsmodi sunt cupere, curiosum est:
dñe vero maiorum rerum contemplatione summo-
rum virorum est putandum. 5.de Finib.

Tu quām sit homo literarum cupidus, quinto
de Finibus leges uberioris.

Quām certa sunt sensuum iudicia. 8.

Ensum ita clara iudicia & certa sunt, ut si
optio naturæ nostra detur, & ab ea deus ali-
quis requirat contentane sit suis integris inconten-
tisq; sensibus, aut postulet melius aliquid, non
videam quid querat amplius. 2.. Acad.

Literarum laus, & utilitas. 9.

ARtes virtutis sunt magistrae. 4.ad Her.
Sicuti tates scientia, nihil est homini iugun-

dius. 3. de Orat.

Scientia, nulla res est præstantior. 2. de Natu. Deor.

Si ex literis delectatio tantum peteretur, tamen hanc animaduersionem, humanissimam & liberalissimam indicaremus. Nam ceteræ, neq; temporum sunt, neque atatum omnium, neq; locorum. Hac studia adolescentiæ agunt, senectutem oble-
Etant secundas res ornant, aduersis persiguum ac solarium prabent, delestant domi, non impediunt foris, pernoctant nobiscum, peregrinantur, rusticantur: quod si ipsi neq; attingere, neque sensu nostro gustare possumus, tamen ea mirari debemus, etiam cum in aliis videamus. Pro Arch. Poëta.

Studiis ac literis res secunda ornantur, aduersæ adiuvantur. Ad Luceum 5. Famil.

An nullum putas fieri posse ciuem egregium, qui non sit iis eloquentia artibus & bonus disciplinis eruditus? An illa alia esse putas rudimenta, & incunabula virtutis, quibus animi ad gloria cupiditatem alantur? Recr. in Sal.

Et ager quamvis fertilis. 2. Tusc. In Sim. 35.

Multe cum in potestate essent hostium ac tyranorum, multi cum in custodia, multi in exilio dolorem suum doctrinae studiis lenarunt. 5. de Finibus.

Literæ posteritatis causa repente sunt, que oblationi subsidio esse possent. Pro Sylla.

Exempla omnia iacerent in tenebris, nisi litterarum

raram lumen accederet. Pro Arch. Poëta.

Nullius agricola cultu stirpis tam diurna,
quam poëte versu seminar potest. 3. de Leg.

Alexander cùm in Sigæo. Pro Archia Poëta.
In Apophth. 77.

Nontam præclarum est scire Latinè, quam
turpe nescire. Orat. ad Brut.

Nescire quid antea quam natus sis, acciderit,
id est semper puerum esse. Orat. ad Brut.

Præclarum mihi videtur adeptus is, qui quare
homines bestiis præstant, ea in re hominibus ipsis
antecellat. 1. de Invent.

Plato tum denique. Epist. ad Q. fratrem.
In Apophth. 7.

Bis, cuius cùm patriam. 1. Parad. In
Apophtheg. 65.

Quis in eo summè elaborandum non arbitret-
tur, ut quo uno homines bestiis præstant, in hoc
hominibus ipsis antecellat? 1. de Orat.

Artes coniunctæ. 10.

Omnes artes que ad humanitatē pertinent,
habent communè quoddam vinculum, &
quasi cognatione quadam inter se continentur.
Pro Arch. Poëta.

Omnis ingenuarum & humanaarum artium
doctrina, uno quodam societatis vinculo conti-
netur. 3. de Orat.

Ceteræ artes scipse per se tinentur singula.
2. de Orat.

Non est in literis desperandum. II.

Quibuscum natura minora datae sunt, tamen illud assequi possunt, ut his quae habeant, modice & scienter utantur, ut ne dedebeat.

1. de Orat.

Nihil est quod quisquam magnitudinem artium, ex eo quod senes discunt, pertimescat: namque aut senes ad eas accesserunt, aut usque ad senectutem in studiis detinentur, aut sunt tardissimi. 3. de Orat.

Literæ discuntur facile, si & tantum sumas, quantum opus sit, & habeas quia docere fideliter possit, & sciens ipse etiam discere: ita ut facilis usus doctrinam confirmet, mediocris opera tribuantur, memoria, studiumque permaneat. 3. de Orat.

Non est interdictum aut à rerum natura, aut à lege aliqua, atque more, ut singulis hominibus ne amplius quam singulas artes nosse liceat.

1. de Orat.

Interest magni eius, qui discere vult, utrum unum omnia, an omnia neminem, sed aliud alium putet consequi posse. Si enim putabit omnia posse penes unum consistere, ipse quoque ad omnium numeretur facultatem: si is desperabit, in paucis se exercabit, ipsis enim contentus erit. 3. de Orat.

Multi sunt, qui desperatione debilitatem experiri id nolunt, quod se assequi posse diffidunt: sed par est omnes omnia experiri, qui res magnas, et magnopere expetendas concipiunt. Quod si queant var-

tura sua, aut illa præstatis ingenij vis deficiet, aut minus instructus erit magnarum artium disciplinis: teneat tamē eum cursum quem poterit. Prima enim sequentem, honestum est in secundis tertiusq; consistere. Non enim in poëtis, Homero soli locus est, aut archiloco, aut Sophocli, aut Pindaro. Nec verò Aristotelem in Philosophia deterruit à scribendo amplitudo Platonis. Nec ipse Aristoteles, admirabili quadam sciëtia, cæterorum studia restringit: nec solum ab optimis studiis excellētes viri deterriti non sunt, sed ne opifices quidem se apibus suis remouerūt, qui aut lalysi nō potuerūt, aut Cœturæ veneris pulchritudinē imitari, nec simur Laco Louis Olympij, aut Doryphori statua deterri reliqui, minus experti sunt quid efficere, aut quo progrederi possent: querūtq; multitudo fuit, tanta in suo cuiusque genere laus, ut cœniamq; amiremur inferiora tanzen probierant. In oratoribus vero, Grecis quidem, admirabile est quantum inter omnes unus exellat. Ut tamen cum esset Demosthenes, multi oratores magni & clarissimi fuerunt, & ante ea fuérat nec postea defecerunt. Quare non est cur eorum, quis est studio eloquètia deuidérunt, spes insingatur, que larguecat industria. Nam neque illud ipsum quod est optimū, despetrandum est: & in præfatisbus rebus magna sunt varia, quia sunt optimis proxima. In Orat.

Natura nulla est, que noui habeat in suo generes complures, dissimiles inter se, quæ tamen

consimile laude dignetur. 3.de Orat.

Non dubium est quin multi, cum ita nati essent, ut quedam contra naturam depravata haberent, restituuerentur et corrigerentur a natura, cum se ipsa resuocasset aut arte, aut medicina: aut quorum linguae sic inharet, ut eloqui non possent, has capello rese et liberarentur. Multi etiam naturae vitiis meditacione atque exercitatione sustulerunt: ut Demosthenes scribit Phalereus cum eis dicere nequiret, exercitatione fecisse ut planissime diceret. 2.de Divin.

In Demosthene tantum studium fuisse tantusque labor dicitur, ut primam impedimenta naturae, industria, diligentiaque superaret: cumque ita balbus esset, ut eius ipsius artis, cui studeret primam literam non posset, dicere, perfecta meditando, ut nemo planius eo locutus putaretur. Deinde cum spiritus eius esset angustior, tantum contenda anima in dicendo est consequitus, ut una coniunctione verborum, binarum et contentionis vocis, et remissiones continerentur. Quin etiam, ut memoria proditum est, coiectis in os calcalis, summa voce, versus multo uno spiritu pronunciare consuebat: neque is consistens in loco sed inambulans, atque ascensu ingrediens arduo. 1.de Orat.

Nihil est, quod longinquitas temporis efficere non possit. 1.de Divinat.

Querendi defatigatio turpis est, cum id quod queritur sit pulcherrimum. 2.de Fini.

Non est consentaneum ullam honestam rem,

actionem ve, ne solicitus sis, aut non suscipere, aut susceptam deponere. Q uod si curā fugimus, virtus fugienda est: qua necessē est ut cum aliqua cura, res sibi contrarias aspernetur, atque oderit, ut bonitas malitiam, temperantia libidinem, ignorantiam fortitudo. *Lelius.*

Sine studio & ardore quodam amoris, in vita nihil quicquam sit egregium. 1. *de Orat.*

Diligentia in omnibus rebus plurimū valet: hæc p̄cipuè colēda est nobis, hæc s̄p̄er adhibēda, hæc nihil est quod nō assequatur: qua r̄na virtute omnes reliquæ virtutes continentur. 2. *de Orat.*

Parum valet doctrina, nisi industria, studio, labore, diligentia comprobetur. 3. *ad Heren.*

Quæ bona sunt, fieri meliora possunt doctrina, & quæ non optima, acui tamen aliquo modo & corrigi possunt. 1. *de Orat.*

In omni disciplina, infirma est artis p̄ceptio sine summa assiduitate exercitationis. 3. *ad Heren.*

Nulla ars literis sine interprete, & sine aliqua exercitatione percipi potest. *Cice. Trebatio. Fam. epist. 7.*

Studia nihil profund perueniendi aliquò, nisi illud, quòd eò quo intendas, ferat, deducatque, cognorū. 1. *de Orat.*

Nihil statim absolutum. 12.

Nihil est simul & inventum & perfectum.
De Clar. Orat.

*Nihil est in natura rerum omnium, quod se
B ij*

universum profundat, & quod totum repente euoluet: sic omnia que sunt, quæque aguntur acer-
timè, levioribus principiis natura ipsa prætexuit.
2. de Orat.

Omnium rerum principia parva sunt, sed suis progressionibus r̄sa augentur. 5. de Finib.

Nihil in simplici genere omni ex parte perfe-
ctum, atque beatum natura expoluit, tanquam ceteris non sit habitura quod largiatur, si vni omnia concesserit. 1. de Inuent.

Nihil refert, quam citò si sat beate. 13.

ET si utile est subito sapere dicere, tamen illud utilius, sumpto spatio ad cogitandum, paratius atque accuratius dicere. 1. de Orat.

Non potest in eo esse succus diuturnus, quod nimis celeriter est maturitatem affecatum.

2. de Orat.

Sapientis laus, & sapientiae
commendatio, 14:

Sapientia, est rerum diuinarum & humana-
rum scientia, cognitioq; que cuiusq; re causa
sit: ex quo efficitur, ut diuina imitetur, humana
omnia inferiora virtute ducat. 4. Tuscul.

Mater omnium bonarum artium est sapientia,
à cuius amore, Cræco verbo Philosophia nomen
inuenit, qua nihil à diis immortalibus r̄berius,
nihil florētius, nihil præstabilius hominum ge-
neri datum est. Hac enim una, nos cum ceteras
res omnes, tum quod est difficultatem docuit, ve-

*nos metipso nosceremus. Cuius precepti tantavis,
tanta sententia est, ut ea non homini cuiquam, sed
Delphico Deo tribueretur. Nam qui seipsum no-
rit, primum aliquid se habere sentiet diuinum, in-
genuumque in se suum, sicut simulacrum aliquod
putabit, tamque munere deorum semper dignum
aliquid et faciet, et sentiet: et cum se ipse per-
spexerit, totumque tetarit, intelliget quemadmo-
dum a natura subornatus, in vitam venerit,
quantaque instrumenta habeat ad obtainendam
ad ipsicendamque sapientiam: quoniam principio
rerum omnium quasi adumbratas intelligentias
animo ac mente conceperit, quibus illustratus,
sapientia duce, bonum virum, et ob eam ipsam
causam, cernat se beatum fore.* 1. de Legib.

*Sapientia, est rerum diuinarum atque huma-
istarum scientia, in qua continetur deorum et
hominum communitas, et societas inter ipsos.*
1. Offic.

*Sapientia, ars viuendi putanda est, quae mestri-
tiam pellit ex animis, quae exhorrescere metu non
sunt: qua praeceptrice, in tranquillitate viui potest,
cupiditatum ardore restincto.* 1. de Finib.

Sapientia, est sanitas animi. 3. Tuscul.

*Sapientia sola est, quae nos a libidinum impe-
tu, et formidinum terrore vindicet, et ipsius
fortuna modeste ferre doceat iniuriam, et omnes
doceat vias, quae ad quietem, et tranquillitatem
ferunt.* 1. de Finib.

Sapientia, hominis est custos & procreatrix.
4.de Finib.

Hæc est una omnis sapientia, non arbitrari sese
scire quod nesciat: ob eamq; rem socrates ab Apol-
line omnium sapietissimus est dictus. 1. Academic.

Sapietia nihil est optabileius, nihil prestantius,
nihil homine dignius. Estq; diuinarum rerum &
humanarum scientia, cuius studium, si quis vita-
perat, haud sanè intelligo quādnam sit, quod lau-
dandum putet. 2. Offic.

Illa est praestans & diuina sapientia, perceptae
penitus, & pertractatas humanas res habere: ni-
hil admirari cum acciderit, nihil antequam eue-
nerit, non euenire posse, arbitrari. 3. Tuscul.

Sapientia nihil est melius. 2. de natura
Deorum.

Ad Rem publicam plurima venient commo-
da, si moderatrix omnium rerum præstò est sa-
pientia: hinc ad ipsos qui eam adepti sunt, laus,
honor, dignitas confluat. 1. de Invent.

Oculorum est in nobis sensus acerrimus, quibus
sapientia non cernimus: quām illa ardenteis amo-
res excitaret suis, si videretur. 1. de Finib.

Laudem sapientie statuo maximam, non aliun-
de pendere, nec extrinsecus aut bene, aut male, vio-
lenti suspensas habere rationes. Ad Luceium,
lib. 5. famil.

Nihil est turpis, quām sapientie vitam, ex in-
sipientium sermone pendere. 2. de Finib.

Qui ex errore imperita multitudinis pendet, ne
in magnis viris non est habendus. 1. Officiorum.

Ignobilitas, aut humilitas, aut etiam popula-
ris offendit, sapientem esse non prohibet.

5. Tuscul.

Quum sapiens & bonus vir, qualis fuit ille,
suffragiis prateritur non populis à bono Consule
potius, quam ille à bono populo repulsam refert.

5. Tuscul.

Sapientis animus magnitudine consilij, tolera-
tia rerum humanarum, cōtemptione fortuna, vir-
tutibus omnibus ut mēnibus septus, vinci aut
expugnare non potest. Paradox. 4.

Sapientis animus nunquam est in vitio, nun-
quam turgescit, nunquam tumet, nunquam sapientis
irascitur. 3. Tuscul.

Est sapientis quicquid homini accidere possit,
id premeditari, & ferendum modice si aduenierit.
Philip. II.

Sapienti nihil potest videri magnum in rebus
humanis: cui aeternitas omnis, totiusq; mundi no-
ta sit magnitudo. Nam quid aut in studiis huma-
nis, aut in tam exigua vita breuitate magnū sa-
pienti videri potest? qui semper animo sic excus-
bat, ut ei nihil improvissum accidere possit, nihil
inopinatum, nihil omnino nouum: atque idem ita
in omnes partes aciem intendit, ut semper videat
sedem sibi, & locum sine molestia atque angore
vivendi, ut quemcunq; casum fortuna inuexerit,

hunc aptè & quietè ferat. 3. *Tuscul.*

Neque lètabitur vñ quam, neque mærebit nimis, qui semper in se ipso omnē spem reponet sui,
5. *Tuscul.*

Sapientia est vna quæ mæstiam pellat ex animis, que nos exhorrescere metu non sinat, qua præceptrice in tranquillitate viui potest, omnium cupiditatum ardore restincto. 5. *de Finib.*

Sapienti malū videri nullū potest, quod vacet turpitudine: aut ita parum malū, vt id obruatur sapientia, vixq; appareat, qui nihil opinione affingat, assumatq; ad aegritudinem: neque id potest esse rectum, sed quam maximè excruciarie luctuq; confici, quo prauius nihil esse potest. 3. *Tusc.*

Qui quis est, qui moderatione & constatia poteat, quietus animo est: sibiq; ipse placatus, vt neque tabescat molestiis, neq; frangatur timore, nec fissenter quid expectans, ardeat desiderio, nec a lacritate utili gestiens, deliquescat, is est sapiens.
4. *Tuscul.*

Vir températus, constans sine metu, sine aegritudine, sine alacritate vlla, sine libidine, is est sapiens. 5. *Tuscul.*

Omnes qui in rerum contemplatione studia ponabant sapientes & habebantur, & nominabantur. 5. *Tuscul.*

Qui omnibus virtutibus instructi & ornati sunt, tum sapientes, tum viri boni dicuntur.
5. *Tuscul.*

Sapientissimus est, cui quod opus sit, ipsi venit
in mentem. Pro Cœnatio..

Quicquid à sapiente proficiuntur, id continuo
debet expletum esse suis partibus. 3.de Finib. nec
est sapientis dicere, Non poterat.

Qui ipse sibi sapiens prodesse nequit, ne quicquam
sapiens, dicebat Ennius. Ad Trebat. Famil. 7. &
3. Offic. In Apophth. 120.

M. 6. Ad Cesar. Famil. lib. 3. In Apophthegmata. 86.

De felicitate sapientis plura leges tertio Tusc.

& Paradox, finali & penultimo.

Stultus.

15.

Sapientissimus quisque & quiissimo animo mori-
tur, stultissimus iniustissimo. Paradox.

Stulti malorum conscientia torquentur: Sapien-
tes bona præterita renouata grata recordatione
delectant. 1.de Finib.

Nullus stultus beatus, & sapiens non beatus.
1.de Finib.

Multa sunt incommoda in vita, que sapientes
commodorum compensatione leniunt: stulti nec
vitare venientia possunt, nec ferre presentia. 2.de
Natura deorum.

Vt stultitia. 5.Tuscul. In simil. 27.

Tu vide primo de Finibus plenissime, quibus
curis & angoribus stulti confiantur,
& quibusnam sapientes per-
fruantur voluptatibus.

Stultitia. 16.

Stultitia maius est malum, quam omnia mala & fortuna & corporis. 3. De Natura Deorum.

*Omnium malorum stultitia est mater.
De pet. conf.*

*In sapientia nullum maius malum est.
3. Tuscul.*

Miserius stultitia quid dicere possumus? 1. de Natura Deorum.

Quid abiectione stultitia dici potest? 1. de Legibus.

Omnis stulti insaniens. 4. Tuscul.

Et proprium stultitia, aliorum ritia cernere, oblinisci suorum. 3. Tuscul.

*Stultorum plena sunt omnia. Cic. Papy.
Peto. Famil. 9.*

*Quarto Parad. & quinto plura legere potes.
Prudentia. 17.*

Prudentia, est rerum experendarum scientia.
1. Offic.

Nihil est hominis prudentia dulcissima, aut sagacior ac bona mente melius. 1. Tuscul.

Non potest esse iucunda vita, à qua absit prudentia. 5. Tuscul.

Omnibus artibus volumus attributam esse eam, quae communis appellatur prudentia, quam omnes qui cuique artificio praesunt, debet habere. 3. de Finib.

In prudentia duo vicia vitanda sunt, vnu, ne
incognita pro cognitis habeamus, hisque temerè
assentiamus. Quid vitium effugere qui volet (om-
nes autem velle debet) adhibebit ad cōsiderandas
res & tempia & diligentia. Alterum est vitium,
quod quidam nimis magnu stadium multamque
operam in res obscuras atque difficiles conferunt,
easdēmque non necessarias. 1. Offic.

Vt quisque maximè perspicit, quid in quaque
re verissimam sit: qui que acutissimè & celerrimè
potest & videre & explicare rationem, is pra-
udentissimus & sapientissimus ritè haberi solet.
1. Offic.

Laus philosophiae, & utilitas. 18

PHilosophandi ratio est treplex, una de vita,
& moribus. Altera, de natura & rebus oc-
cultis. Tertia, de differendo, & quid verum, &
quid falsum, quid rectius in oratione, quid par-
uum, quid consciens, quid repugnet iudicando.
1. academic.

Philosophia in tres partes est distributa, in na-
ture obseruitatem, in differendi subtilitatē, ut vi-
tam atque mores. 1. de Orat.

Cūm tota Philosophia frugifera, & fructuosa,
nec illa pars omnis inculta ac deserta sit: tum nul-
lus in ea feracior locus est, nec uberior, quam de
officiis, à quibus constanter, honesteque intendi
praecepta ducuntur. 3. Offic.

Philosophia mater omnium bonarum artium,

nihil est aliud, nisi (ut Plato ait) bonum et inuentum Deorum. Hec nos primum ad deorum cultum, tum ad modestiam, magnitudinemque animi erudit, eademque ab animo tanquam ab oculis caliginem dispulit, ut omnia supera, infera, prima, ultima, media videremus. 1. Tusc.

*E*st laudarum artium omnium procreatrix quædam, et quasi parens ea, quam Philosophiam Cræci vocant. 2. de Orat.

Philosophia nihil est aliud, si recte interpretari volumus, quam studium sapientie. 2. Offic.

Cultura anima Philosophiae est, quem extrahit vitia raditus, et preparat animos ad satum accipiendo. 2. Tusc.

Philosophia medetur animis, solicitudines detrahit, cupiditatibus liberat, pellit timores. 2. Tusc.

Est animi medicina, Philosophia; quius auxilium, non ut in corporis membris per conditum est furoris, omnibusque opibus, viribusque nostris nosmet ipsi nobis medere possimus, elaborandum est. 3. Tusc.

Philosophia, mater est omnium beneficiorum, beneque dictorum. De claris Orat.

Vitiorum peccatorumque nostrorum, omnis à Philosophia petenda est medicina. 5. Tusc.

Sine philosophia fieri non potest, ut sanus sit animus. 3. Tusc.

Ut medici, toto corpore curanda. 3. Tusc.

Radicem omnium malorum stirpium Philosophia se extracturam pollicetur: denus ergo huic nos excolendos, patiamurq; nos sanari ab ea, si boni & beati volumus esse, omnia adiumenta & auxilia petamus bene beatęq; vivendi. 4. *Tuscul.*

Philosophia virtutes continet, & officij, & benē vivendi disciplinam: quam qui profitetur, grauiſſimam mihi personam sustinere videtur.

In Pisonem.

Est Philosophia paucis concēta iudicibus, multitudinemq; cōsultō sugiens, ei q; ipsa & suspecta & inuisa. 2. *Tuscul.*

Nunquam satie dignè poterit laudari Philosophia, cui qui pareat, omne tempus etatis possit sine molestia degere. *Cato Maior.*

Nullum bonū Philosophia optabiliter, nullum præstantius, neque datum est mortalium genera, deorum consensu, neque dabitur. *de Virniuer.*

O vita Philosophia dux, o virtutis indagatrix, expultrixq; vitiorum, qui non modo nos, sed omnino vita hominū sine te esse potuissent? Tu urbes peperisti, tu dissipatos homines in societatem vita conuocasti. Tu eos inter se primā domiciliis, deinde coniugis, tuam literarum & vocum communione iunxisti. Tu inventrix legū, tum magistrorum & disciplinae fuisti. Tu vita tranquillitatem largita nobis es, & terrorem mortis susbstisti. 5. *Tuscul.*

Nihil est dulciss otio literario, his dico literis,

quibus infinitatem rerum atque natura, & in hoc ipso mundo, cœlum, terras, maria cognoscimus.
5.Tuscul.

Thales Milesius, ut obiurgatores suos conuinseret, ostenderetq; philosophum, si ei commodeum esset, pecuniam facere posse, omnem oleam antequam florere cœpisset, in agro Milesio comesse dicatur. Animaduerterat fortasse quadā scientia, olearum vberatatem fore. 1.de Diuinat.

Qui ceteris rebus pro nihilo habitis rerum naturam studiosè intuentur, & sapientia studiosi & philosophi habentur. 5.Tuscul.

Philosophi, virtutis magistri. 2.Tusc.

Magistri virtutis, philosophi. 5.Tusc.

Non ex singulis vocibus philosophi spectandi sunt sed ex perpetuitate & constantia: resque spectari oportet, non verba. 5.Tusc.

In philosophia res spectantur, non verba penduntur. Orat. ad Brutum.

A philosopho, si adferat eloquentiam, non aspernior: si non habeat, non admodum desidero. 1.Tuscul.

Sunt qui in rebus contrariis parum sibi content, voluptatem severissime contemnunt, in dolore sunt moliores, gloriam negligunt, frangatur infamia. 1.Offic.

Vt si grammaticum professus se quispiam.

2.Tusc.In Simil.20.

Quo tuus quisq; philosophorum inuenitur, qui sit ita

ita moratus, ita animo ac vita constitutus, ut ratio postulat, qui disciplinam, non ostentationem scientiae, sed legem vita putet, quaque obtemperet ipse sibi, ac decretis suis pareat? Videre licet alios tanta leuitate & iactatione, iis ut fuerit non dicitisse melius alios: pecunie cupidos, non nullos gloria: multos libidinum seruos, ut cum eorum vita mirabiliter pugnet oratio, quod quidem est turpissimum. 2. Tuscul.

Eloquentia.

19

Pacis est comes, otiumque socia, & iam bene constitute ciuitatis quasi alumna quadam eloquentia. De claris orat.

Nemo est qui nesciat initio genus humanū, in montibus ac sylvis dissipatum, prudentium consilio compulsum: ex disertorū oratione delimitum se oppidis, mœnib[us]que sepstisse. 1. de Orat.

Fuit quoddam tempore, cum in agris homines passim bestiarum more vagabantur, & vieti ferino sibi vitam propagabant: nec ratione animis quicquam, sed pleraque viribus corporis administrabant. Nemo legitimas viderat nuptias, nemo certos inspicerat liberos. Quoniam tempore quidam magnus uidelicet vir, dispersos homines in agris, & in locis sylvestribus abditos, ratione quadam compulit in unum locum, & congregauit. Ex eos ex férīs & immānibus, mites reddidit, & manuetos. 1. de Inuent.

Eloc tempore cum homines nondum neque na-

C

surati, neque iure ciuili descripto fusi per agros, atq; dispersi vagaretur, tantumq; haberent, quātum manus ac viribus per cādem ac vulnera aut eripere, aut retinere potuissent: extiterūt viri virtute & consilio prēstanti, qui dissipatos vnum in locum congregarunt, eosq; ex serocitate illa ad institiam atque mansuetudinem translulerunt, & inuenio diuino & humano iure eos māenibus sepserunt. Pro Sestio.

Duae sunt artes que possunt locare homines in amplissimo gradu dignitatis: una imperatoris, altera oratoris boni: ab hoc enim pacis ornamenta retinentur: ab illo belli pericula repelluntur.

Pro Murana.

Grauis est & plena dignitatis dicēdi facultas, que plurimas gratias firmissimas amicitias, maxima sepe studia peperit. Pro Murana.

Eloquentia principibus maximè ornamento est.
4 de Finib.

Eloquentia grandis est verbis, sapiens sententiis, genere toto grauis: manus extrema nō accedit operibus eius: praeclarè inchoata multa, perfecta non planè. De claris Orat.

Nihil est eloquentia laudabilius vel prēstans, vel admiratione audientium, vel spe indigentium, vel eorum qui defensi sunt gratia.

2 Offic.

Nihil est tam inhumanum, quam eloquentiam à natura ad salutem & conseruationem datam,

ad bonorum pestem, perniciēmque conuertere.

2. Offic.

Nihil est tam incredibile, quod dicendo nō fiat probabile. Nihil tam horridum, tam inculcum, quod non splendescat oratione, & tanquam excolatur. Paradox.

ut hominis decus est ingenium, sic ingenij lumen, est eloquentia. De claris Orator.

Eloquens & disertus. 20

Eloquens hoc vel maxime differt à diserto. Disertus est enim, qui potest satis acutè atque dilucide, apud mediocres homines, ex communione quadam hominum opinione dicere. Eloquens vero, qui mirabilius & magnificentius augere potest, atq; ornare que vult, omnesq; omnium rerum, que ad dicendum pertinent, fontes animo ac memoria continet. 1. de Orat.

Si de laudibus Eloquentiae, delectatione, & artis difficultate plura cupias, euolute diligenter librum de Oratore, & amplius, quod desideres, nihil erit.

Orator.

Nomine oratoris & docti, ornatus est, qui scelus, fraudemque nocentis possit dicendo subiicere odio ciuium, supplicioque constringere, idemque ingenij praesidio innocentiam iudiciorum pœnliberare: idemque languentem, labentemque populum, aut ad decus excitare, aut ab errore deducere, aut inflammare in improbos, aut inci-

C ii

tatum in bonos mitigare: qui denique quemcumque
in animis hominum motu res & causa postulet,
cum dicendo vel excitare possit, vel sedare.

i. de Orat.

Dialecticæ & Rheticæ quæ-
dam differentia.

22.

Zeno Rheticam palma, Dialecticam pu-
gno simile dicebat, quod latius loquerentur
Rhetores, dialectici autem compressius. 2. de Fini.

Zeno ille, à quo disciplina Stoicorum est, manu
demonstrare solebat, quid inter Dialecticam &
Rheticam interesset. Nam cum compresserat
digitos, pugnūque fecerat, Dialecticam aie-
bat eiusmodi esse. Cum autem deduxerat, &
manum dilatauerat, Eloquentiam esse dicebat,
hōcque uno (ait Aristoteles) differunt, quod hec
ratio dicendi latior sit: illa loquendi contractior.
Orat. ad Brutum.

Docti quid maximè sit proprium. 23

Eruditus oportet semper aliquid ex se primit,
quod alios delectet, aut seipsum laudibus il-
lustret. L. Lucius ad Ciceronem, Famil. lib. 7.

Docti non solum viui ac presentes, studiosos
discendi erudiant atq; docent, sed hoc idem etiam
post mortem, monumentis literarum assequuntur.
i. Offic.

Ingeniosus laboriosissimè docet. 24

Quod quisque est solertior & ingeniosior,
hoc docet eracundius & laboriosius: quod

enim ipse celeriter arripuit, id quum tardè percipi videt, discruciatur. Pro Rosc. Com.

Doctus in iuisus, nisi probus. 25

Quod quis versutior & callidior, hoc inuisitor & suspicitor, detracta opinione probitatis. 2. Offic.

Si quis, omis̄is honestissimis studiis rationis & officiū, consumit omnem operam in exercitatione dicendi: is inutilis sibi, perniciosus ciuiis patriæ auditur, qui verò ita se armat eloquētia, ut non oppugnare cōmoda patriæ, verūm pro iis pugnare possit, is mihi vir, & suis & publicis rationibus utilissimus, atque amicissimus ciuiis fore videtur.
1. de Inuent.

Sciētia, vt ait Plato. 1. Offic. In Apophth. 12.

Ars militaris. 26

Rei militaris virtus prestat ceteris virtutibus: omnia nostra studia, & hæc forensis laus & industria latet in tutela ac præsidio bellorum virtutis: & simulatque increbuit suspicio tumultus, artes illicè nostra cōticescunt. Omnia denique quæ sunt in imperio, in statu ciuitatis, ab iis defendi, & firmari putantur, qui militari virtute antecellunt. Pro Murena.

Multò plus adfert dignitatis res militaris, quam iuris ciuilis gloria. Vigilas tu de nocte, vt tuis consultoribus respondeas: Ille verò, quod intēdit, maturè cum exercitu perueniat. Te gallorum, illum buccinarum cantus exuscitat Tu actionem

C iiij

instituis ille aciem instruit. Tu caues ne tui consuli-
tores, ille ne vrbes aut castra capiantur. Ille ten-
net & scit ut hostium copiae: tu ut aqua pluvia
arceantur. Ille exercitatus est in propagandis fa-
nibus, tu in regendis. Pro Murena.

Duae sunt artes. Suprà in cap. de Eloquentia.
Pro Murena.

Consilium & prudentia, armis & re-
bus bellicis præferantur. 27

Minnenda est horum opinio, qui arbitrantur
res bellicas maiores esse, quam urbanas:
quamvis enim Themistocles iure laudetur, & sit
eius nomen quam Solonis illustrium: citeturque
Salamis clarissima testis victorie, qua antepor-
natur consilio Solonis, ei quo primum constituit
Areopagitas: non minus praelarum hoc, quam
illud iudicandum est. Illud enim semel profuit, hoc
semper proderit ciuitati. 1. Offic.

Non minorem utilitatem adferunt qui togati
publicè præsunt, quam qui bellum gerunt. Itaque
eorum consilio sapè, aut suscepta, aut confecta bel-
la sunt. Quare expetenda magis est decernendi ra-
tio, quam decertandi fortitudo: temere enim in a-
cie versari, & manu cum hoste cōfigere, immane
quiddam est, & beluarum simile. 1. Offic.

Considerati hominis est iure decertare, armis
non contendere. Pro Cecin.

Cedant arma toga, concedat laurea lingue.
1. Offic.

Honestum efficitur, animi, non corporis virtus. 1. Offic.

Parva sunt foris arma, nisi est consilium domini. 1. Offic.

Non viribus aut velocitatibus, aut celeritate corporum res magna geruntur, sed consilio & autoritate & sententia. Cato Maior.

Maxima Republicæ per adolescentulos laborfactæ, à senibus sustentatæ & restitutæ sunt. Cùm enim ad gubernacula Republicæ temerarij atque audaces homines accedunt, maxima ac miserrima naufragia sunt. Cato Maior.

Dux ille Græcie nunquam optat, ut Aiacis similes decem habeat, sed vt Nestoris, quòd si acciderit, non dubitat quin Troia brevi sit peritura. Cato Maior.

Temeritas cum sapientia non commiscetur.
Pro Murana.

Hæc plenius disputantur primo officiorum capite. Sed cum plerisque, quæ nos consulto omisimus.

Consilium rem præcurrat. 28

In rebus magnis, memoriâque dignis, consilia primùm, deinde acta, postea euentus spectantur. 2. de Orat.

Bene præcipiunt, qui retant quicquam agere quod dubites, æquum sit, an iniquum.
1. Offic.

Non debemus quicquam agere, cuius nō possimus causam probabilem reddere. 1.Offic.

Ad rem gerendam qui accedit, caueat ne id modo cōsideret, quām illa res honesta sit, sed etiā ut habeat efficiendi facultatem: in quo cōsiderandum est illi, ne aut temerē desperet propter ignauia, aut nimis cōfidat propter cupiditatē. In omnibus autem negotiis prius quām aggrediare, adhibenda est præparatio diligens. 1.Offic.

Suum quisque noscat ingenium, ac rēmque se & vitiorum, & bonorum suorum iudicem p̄beat: ne scenici plus quām nos videantur habere prudentiæ, né ve histrio videat in scena, quod non videat sapiens in vita. 1.Offic.

Non est incommodeum ex aliis iudicare: ut si quid dedebeat in aliis, vitemus & ipsi: fit enim nescio quomodo, ut magis in aliis cernamus, quā in nobis metip̄sis si quid delinquitur. 1.Offic.

ut pictores, & iū qui signa fabricantur.

1.Offic. In similib. 90.

Ad ea eligenda, quæ dubitationem asserunt, ad libere homines doctos debemus, vel etiam vñ peritos, & quid de uno iis quoque officiū genere placeat, exquirere. 1.Offic.

Non est satis iudicare quid faciendum, non faciendum vne sit, sed stare etiam oportet in eo quod sit indicatum. 1.de Finib.

Melius curātur ea, quæ cōsilio geruntur, quām quæ sine consilio administrantur. 1.de Iuuent.

*Domus ea queratione geritur, omnibus instru-
ctior est rebus, & apparatiōn, quām ea que teme-
rē, & nullo consilio administratur.* 1. de Inuent.

*Exercitus is cui praeponitus est sapiens, & cal-
lidus imperator, omnibus partibus cōmodius re-
gitur quām is qui stultitia & temeritate alicuius
administratur.* 1. De Inuent.

Sinistrum quorundam consilium. 29

Hoc plerūque facimus, ut consilia euentis
ponderemus: & cui benē quid processerit,
multum illum p̄euidisse: cui secus, nihil sensisse
dicamus. Pro C. Rabir. Posthum.

' Nendum hominum humilium, sed etiam amplif-
simorum virorum consilia ex euentu, non ex vo-
luntate à plerisque probari solent. Libro 9. ad
Attic. epist. 10.

Princeps. 30

Magnum est, personam in republica tueri
principis, qui non animis solum debet, sed
œculis seruire ciuium. Philip. 8.

Nimis multa audire coguntur, neque aliter fa-
cere possunt, quibus tota cōmissa est R̄espublica.
Pro Milone.

Si quis de contentione principatus laborat, que
nulla esse debet, stultissimè facit, si virtutis cum vir-
tute contendit: ut enim cursus cursu, sic in viris
fortibus, virtus virtute superatur. Philip. 14.

Regium est ita vibere. Pro Sylla Vide.
Appetitus. 51.

ut cupiditatibus principum. 3. De Legib.

In Simil. 15

Quales in Repub. principes. Lent. Famil. i.
In Apophth. 9

Non tantum mali est peccare principes (quoniam est magnum per seipsum malum) quantum illud, quod permulti etiam imitatores principum existunt. Nam licet videre, quacunque mutatio morum in principibus extiterit, eadem in populo secutam. Nobilium enim vita, vicinique mutato, mores ciuitatis mutari solent. Nec solum vitiis concipiunt ipsi principes, sed ea infundunt in ciuitatem: neque obseruit, quod solum ipsi corrumpuntur, sed etiam quod corrumpunt, plusque exemplo, quam peccato nocent. Pauci enim, atque admodum pauci, honore & gloria amplificati, vel corrumperemores ciuitatis, vel corrigere possunt. 3. de Leg.

*Studiosè plerique facta principum imitantur.
1. Offic.*

Turpe est eum ex quo pudoris pudicitiaeque petuntur exempla, eundem in aliquo libidinis criminē comprehendendi. Pro Deiot.

Imperator.

31

Imperatores appellandi sunt, quorum virtute & consiliū felicitate, maximis periculis servitatis, atque interitus liberati sumus. 14. Philip.

In summo Imperatore, quatuor haec virtutes inesse debent: Scientia rei militaris, Virtus, Authoritas, Felicitas. Pro lege Manil.

Hæ sunt virtutes imperatoriaæ, labor in negotiis, fortitudo in periculis, industria in agendo, celeritas in confiando, consilium in prouidendo.

Pro lege Manil.

Non solum bellædi virtus in summo, atque perfecto Imperatore querenda est, sed multæ sunt artes eximiae, huius administræ, comitesq; virtutis. Primum quanta innocentia, quanta deinde omnibus in rebus temperantia, fide, felicitate, ingenio & humanitate, Imperatores esse debent.

Pro lege Manil.

Refranet primum libidines, iracundiam teneat, spernat voluptates, coercent anaritiam, cateras animi labes repellat: tum incipiat aliis imperare, cum dedecori & turpitudini parere desierit.

Parad. 5.

Non potest exercitum is continere Imperator, qui seipsum non continet: frugi hominem dici non multum laudis habet in Rege. fortem, iustum, severum, grauem, magnanimum, largum, beneficium, liberalem, & mansuetum, haesunt regiae laudes.

Pro Leg. Manil. Pro Rege. Deiot.

Magistratus.

32

*M*agistratus, lex est loquens. 3. de Legibus.

Magistratibus opus est, sine quorū prudenteria ac diligētia ciuitas esse non potest, quorū descriptione, omnis Reipub. moderatio continetur, neque iis solum præscribendus est imperandi, sed etiam ciuibus obtemperandi modus. Nam &

qui benè imperat, paruerit aliquando necesse est:
 & qui modestè paret, videtur qui aliquando im-
 peret, dignus esse. 3. de Legi.

Omnino qui Reipublicæ præsunt, duo Plato-
 nis præcepta teneant, unum, ut utilitatem ciuium
 sic tueantur, ut quicquid agent, ad eam referant,
 oblitè commodorum suorum. Alterum, ut totum
 corpus Reipublicæ curent, ne cùm partē aliquam
 tuerentur reliquias deserant. Ut enim tutela, sic pro-
 curatio Reipub. ad utilitatem eorum, qui com-
 missi sunt, non ad eorum, quibus commissa est, ge-
 renda est. 1. Offic.

Huc omnia sunt referenda ab iis qui presint
 aliis, ut qui eorum in imperio erunt, sint quām
 beatissimi: estq; eius non modò qui sociis & ciui-
 bus, sed etiam eius qui seruis, qui mutis pecudibus
 præsit, eorum quibus præsit cōmodis, utilitatique
 seruire. Ad Quint. frat. epist. prima.

Sudandum est ius, qui magistratum gerunt, pro
 communibus commodis adeundæ inimicitiae, sub-
 eundæ saepe pro Reipublica tempestates: cū mul-
 tis audacibus, improbis nonnunquam etiam po-
 tentibus dimicandum. Pro Seſt.

Est boni magistratus, cùm auxilia Reipublicæ
 labefactari, conuelliq; videat, ferre opem patriæ,
 succurrere salutem, fortunisq; communibus: suā salu-
 tem posteriorem salute communi ducere, interclus-
 dere omnes seditionum vias. Pro Caio Rabir.

Si populo consulis, remoue te à suspicione alicu-

ius tuis commodi fac fidem, te nihil nisi populi vtilitatem & fructum querere. Ex lege Agrar. ad pop.

Nulla re conciliare facilius benevolentiam multitudinis possunt iij, quæ R. eipublice præsunt, quæ abstinentia, & continentia. 2. Officiorum.

Est boni magistratus, commoda ciuium defendere, non diuellere, atque omnes aequitate eadem continere. 2. Offic.

Est proprium munus magistratus, intelligere & gerere personam ciuitatis, debereque eius dignitatem & decus sustinere, seruare leges, iura describere, & ea fidei sue commissa meminisse. 1. Officiorum.

Hi qui R. eipublicam tuebuntur, in primis operam dabunt, ut iuris & iudiciorum aequitate suā quisque teneat, ut neque tenuiores propter imbecillitatem circumueniantur, neque locupletibus ad sua vel tuenda, vel recuperanda, obsit inuidia. 2. Offic.

In primis videndum est ei, qui R. eip. administrabit, ut suum quisque teneat: & earum rerum sit copia, quæ sunt necessariae. 2. Officiorum.

Magistratus, non obedientem, & noxiūm ciuā mulēta, vinculis, verberib[us]que coērceat: ni par, maiorve patestas, populūs ve prohibeat. 3. de Leg.

Qui R. eipublice præsunt, legū similes sint, quæ ad puniendum non iracundia, sed aequitate disciuntur. 1. Offic.

Munus eorum esse debet, resistere & levitati multitudinis, & perditorum temeritati.

Pro Milone.

Est ei, cui Respublica commissa est, necessaria oratio & sapientia, qua regat populos, qua stabiliat leges, qua castiget improbos, qua tueatur bonos, qua laudet claros viros, qua præcepta laudis & salutis aptè ad persuadendū edat suis ciuibus, qua hortari ad decus, renocare à flagitio, consolari possit afflitos, factaque & consulta fortium & sapientium, cum improborum ignominia semper in monumentis prodere. Plerunque tamē ad honores adipiscendos, & ad Respublicā gerendam nudi veniunt & inermes, nulla cognitione rerum, nulla scientia ornati. 1. de Leg.

Est boni magistratus, non solum videre quid agatur, verum etiam prouidere quid futurum sit.

Pro Murena.

Bono viro, nō minori cura est qualis Respublica post mortem suam futura sit, quam qualis hodie sit. In Lælio.

Caput est in omni procuratione negotij & manneris publici, ut avaritia pellatur vel minima suspicio. 2. Offic.

Nullum est vitium tetius, quam avaritia presertim in Principibus, & Respublicam gubernantibus habere enim quæstui Respublicā, non modo turpe est, sed sceleratum & nefarium. 2. Offic.

Senatorialis ordo ritio careat, ceteris specimen

*sit: nec veniat quidem in eum ordinem quisquam,
vitij particeps. 3.de Legib.*

*Imitemur nostros Brutos, Camillos, Halas, De-
cios, Curios, Fabricios, Maximos, Scipiones, Len-
tulos, & Aemilios, quos in Deorum immortalium
coetu ac numero repono. Amemus patriam, consi-
lamus bonis, praesenteis fructus negligamus, poste
ritati & gloria seruiamus. Id esse optimum pue-
mus, quod erit rectissimum. Speremus quod volu-
mus: sed quod acciderit, feramus. Cogitemus deni-
que corpus virorum fortium, magnorumque homi-
num esse mortale: animi vero motus, & virtutis
gloriam sempiternam. Pro Seſt.*

*O conditiones miseras administrandarum ciui-
tatum & prouinciarum, in quibus diligētia ple-
na simultatum est, negligentia recuperationum:
vbi severitas periculosa est, liberalitas ingrata,
sermo infidiosus, aſſentatio pernicioſa, frōs omnīū
familiaris, multorum animus iratus, iracundia & oc-
cultæ, blanditia aperte, venientes pretores expe-
ſtant, praefertibus inſeruiunt, abeuntes deferant.
Pro Flacco.*

*Sunt qui quod sentiunt, etiam si optimum est,
inuidia metu non vident dicere. 1.Offic.*

Lex. 33

*L Ex est ratio summa, insita in natura, que
l iubet ea que facienda sunt, prohibetque co-
traria. 1. De Legib.*

Lex, nihil est aliud, nisi recta, & à numine

*Deorum tracta ratio, imperans honesta, prohibe
bensque contraria. Philip. II.*

*Legibus proposita sunt supplicia vitiis, premia
virtutibus. 2. de Orat.*

*Vitiorum emendatricem legem esse oportet, co-
mendatricemque virtutum: ab ea enim priuenda
doctrina dicitur. 1. de Legib.*

*Docemur autoritate, mutuque legum, domitas
habere libidines, coercere omnes cupiditates, no-
stra tueri: ab alienis mentes, oculos, manus absti-
nere. 1. de Orat.*

*Leges sunt inuentæ, quæ cum omnibus, una atq;
eadem voce loquerentur. 2. Offic.*

*A maioribus nostris nulla alia de causa leges
sunt inuentæ, nisi ut suas ciues incolumes conser-
varent. In Vatin.*

*Ad salutem, ciuium ciuitatumque incolumentem,
vitamque hominum & quietam & beatam
conditæ sunt leges. 2. de Legib.*

*Ea virtute & sapientia maiores nostri fuerūt,
ut in legibus scribendis, nihil sibi nisi salutem, at-
que utilitatem Republicæ proponerent. Neque
enim ipsi quod obisset scribere volebāt: & si scri-
psissent, cùm esset intellectus repudiatum irilex-
gem intelligebant. 1. de Inuent.*

*Nihil est tam aptum ad ius, conditionemque
naturæ, quam lex, sine qua nec domus villa, nec
ciuitas, nec gens, nec hominum uniuersum genua
stare, nec rerum natura omnis, nec ipse mundus
potest,*

3. de Legib.

Fundamentum libertatis, fons aequitatis, mens & animus, & consilium, sententia ciuitatis, posita est in legibus. Pro Cluent.

Vt membra. Pro Cluent. In Similib. 17.

Ius amitti non potest sine magno incommode ciuitatis. Pro Cecin.

Omnia sunt incerta, cum à iure discessum est.

Ad Pap. Patum, lib. Fam. 9.

Maior hereditas venit vnicuique nostrūm à iure, & legibus, quā ab iis, à quibus illa bona reliqua sunt. Nam vt perueniat ad nos fundus, testamento alius fieri potest: vt retineamus quod nostrū factum est sine iure civili non potest. Pro Cecin.

Hoc spectat leges, hoc volunt, in columē esse ciuum coniunctionē: quā qui dirimunt, eos morte, exilio, vinculis, damno coercent. 3. Offic.

Legis est persuadere, non omnia vi ac minis cogere. 2. de Legib.

Si esset ista cognitio iuris magna ac difficultatis, tamen utilitatis magnitudo deberet homines ad suscipiendum discendi laborem impellere. 1. de Orat.

Domus iurisconsulti, est totius oraculū ciuitatis. Omnia iudicia aut distrahendarum cōtroversiarum aut puniendorum malefitorum causa reperita sunt. 1. de Orat.

Ius ciuile.

34

Iuris ciuilis summo semper in honore fuit cognitio atque interpretatio. 2. Offic.

D

*Nihil est in ciuitate tam diligenter retinendū, quā ius ciuile. Etenim hoc sublato, nihil est qua-
re exploratum cuiquam possit esse quid suum, aut
quid alienum sit. Nihil est quod aequabile inter
omnes, atque unū omnibus esse possit. Pro Cecin.*

*Ius ciuile eiusmodi esse debet, quod neq; inflecli
gratia, neque perfringi potētia, neque adulterari
pecunia possit. Quod si non modo oppressum, sed
etiam desertum, aut negligētius adseruatum erit
nihil est quod quisquam se habere certum, aut a
patre accepturum, aut relistarum liberis arbitre-
tur. Pro Cecin.*

*Qui ius ciuile contemnendum putat, is vincula
renelit nō modō iudiciorum, sed etiam utilitatis,
vitaeq; communis. Qui autem interpretes iuris ri-
superat, si imperitos iuris esse dicit, de homini-
bus, non de iure ciuili detrahit. Si imperitis non
putat esse obtemperādum, non homines lādit, sed
leges & iura labefactat. Pro Cecin.*

*Veri iuris, germanaeq; iustitiae solidam & ex-
pressam imaginem nullam tenemus, umbra &
imaginibus vtimur. 3. Offic.*

*Tu de iuris ciuiliis commendatione leges ples-
nissimē apud Ciceronem in oratione pro A.
Cecinna.*

Arma legibus contraria.

35.

Nihil est aequitati tā contrarium, atque infe-
stū, quā convocati armatiq; homines: nihil
iuri tam inimicum, quam vis. Pro Cecinna.

Nihil est exitiosius ciuitatibus, nihil tam contrarium iuri & legibus, nihil minus ciuale & humanum, quam constituta & composita Republio quicquam agi per vim. 3.de Legib.

Silent leges inter arma, nec se expectari iubent, cum ei qui expectare velit, ante iniusta pena lueda sit, quam iusta repetenda. Pro Milone.

Iudex, & quæ sint eius partes. 36.

Iudex est is, quem non minus bene de nobis estimare, quam secundum nos indicare velimus. Pro Rosc.Com.

Semper iniquus est Iudex, qui aut inuidet, aut fauet, debetque in iudicio imbecillis esse inuidia.

Pro Planc.

Abducuntur nonnanciam Indices ab institutis suis magnitudine pecunie. 6. Act.in Ver.

Ingētes dinitiæ, iudiciorum religionem, veritatemque solent perfringere. 2. Act.in Verr.

Plura iudicant homines, aut amore, aut cupiditate, aut iracundia, aut dolore, aut letitia, aut spe, aut timore, aut errore, aut aliqua p̄motione metit quā veritate, aut prescripto, aut iuris norma aliqua, aut iudicij formula, aut legibus. 2.de Orat..

Est sapientis iudicis, meminisse se hominē, cogitare sibi tantū esse permīssum, quātū commissum sit & creditum. Ed nō solum sibi soli potestatem esse datam, verum etiā fidem habitam esse, meminisse: p̄esse quem oderit, absoluere: quē non oderit, condēnare: & semper non quā relis ipse, sed quid.

Dij.

lex & religio cogat, cogitare. Animaduertere, qua lege reus citetur, de quo reo cognoscatur, quae res in questione versetur. Cū hæc sunt videnda, tū illud est hominis magni. Iudicis atque sapientis habere in consilio legem, fidem, religionem, & equitatē libidinem autem, & inuidiam, metum, cupiditates omnes amouere: maximi estimare conscientiam mentis sua, quam à Diis immortalibus accepimus, quæ à nobis diuelli non potest. Pro Cluent.

Cūm iudici dicenda sententia est, meminerit se Deū habere testem, id est, mentē suam, qua nihil homini dedit ipse Deus diuinus. 3. Offic.

Est sapientia iudicis id hoc, ut non solum quid possit sed etiam quid debeat, ponderet: nec quantum sibi permisum, meminerit, sed etiam quantus commissum sit. Pro Rabir. Posth.

Laborare debent iudices non modo quid dicant pro testimonio, sed etiam quibus verbis vñatur, ne quid minus moderatè possum, ne quid ab aliqua cupiditate prolapsum verbum esse videatur. Vulnus autem laborare, ne qua significari possit suspicio cupiditatis, ut & cūm prodeunt, existimatio sit quedam tacita de illis pudoris ac religionis: & cūm discedunt, ea diligenter conservata ac reteta videantur. Pro Font,

Neque contra Rempublicā, neque contra iusfrandum ac fidem, amici causa vir bonus faciet: ne si iudex quidē erit de ipso amico: ponit enim personam amici, cūm induit iudicis. Nam si omnia

facienda sint, que amici velint, non amicitia tales, sed coniurationes putandae sunt. 3. Offic.

Iudicis semper est verum sequi. 2. Offic.

Est boni iudicis parvus ex rebus conjecturā facere vniuersiusque, & cupiditatis & incontinentie. 6. in Verr.

Iudex bonus nemo esse potest, qui suspicione certa non mouetur. 7. Act. in Verr.

Scriptum sequi, calumniatoris est: boni vero iudicis, voluntatem scriptoris, autoritatēmque defendere. Quæ lex enim, quod Senatus consultum, quod magistratus edictum, non infirmari aut conuelli potest, si ad verba deflectere voluerimus? consilium autem eorum, qui scripserūt, & ratione, & autoritatē relinquamus. Non enim ex verbis pendet ius, sed verba seruiunt hominum consilii & autoritatibus: nec verba veniunt in iudicium, sed eares, cuius causa verba in leges coiecla sunt. Pro Cecin.

Dubium non est quin omnes omnium pecuniae posita sint in eorum potestate, qui iudicia dant, & eorum qui iudicant, quum nemo nostrum possit aedes suas, nemo fundū, nemo bona patriæ obtineret, cum ad iudicandum detur iudex nequam, & leuis, qui de iis iudicet. 4. Act. in Verr.

Præceptores.

37

Nullum munus Reip. afferre maius, melius ne possumus, quā si doceamus atque erudiamus inuentum, iis præsertim moribus atque tem-

D ij

poribus. quibus ita prolapsa est, ut omniū opibus
refrānanda atque coērcenda sit. 3.de Diuin.

Nulli bonarum artium magistri non beati pu-
tandi, quamvis consenserint vires atque defece-
rint. Cato Maior.

Pedagogi negligendi non sunt, sed quodammo-
do colendi. Lælius.

Nemo est nostrum liberaliter educatus, cui non
educatores, cui non magistri sui, atq; doctores, cui
non locus ille mutus, vbi ipse alcus aut doctus est,
cum grata recordatione in mente versetur. Pro
Planc.

Iidem erant antiquitus viuēdi preceptores, at-
que dicendi. 3.de Orat.

Ciuitas. 38

Ciuitas in seditione non potest esse beata.

1.de Finib.

Propriū est ciuitatis atque vrbis, vt sit libera,
& non solicita suæ rei cuiusq; custodia. 2. Offic.

Millies perire est melius, quam in sua ciuitate
sine armorum presidio non posse viuere: presidiū
charitate & benevolentia cuium septum ope-
ret esse, non armis. 2. Philip.

Illa non est ciuitas, cùm leges in ea nihil valēt,
cùm iudicia iacent, cùm mos occidit patrius.

Parad. 4.

In hoc vel maximè vitiosa est ciuitas, que lar-
gitione interposita, virtutis & dignitatis obliu-
scissolet. De Peti, consul.

Qui periculum non timet, proposita iniuria, morte, pœna, qui nihil segnus Rem publicam defendit, is vir vere, & ciuis putandus est. Pro Milone.

Ciuis est is, qui patriam suam diligit, ac bonos omnes saluos, incolosque desiderat. In Vat.

Ab omnibus huiusmodi ciuis laudandus ac diligendus est, qui non solum Reipub. ciuem improbum remouet, verum etiam seipsum eiusmodi fore profitetur ac prestat, ut sibi non modò, communis voluntate virtutis atque officij, sed etiam ut quadam magis necessaria ratione, rectè sit honesteq; vivendum. 5. Act. in Ver.

Ciuem oportet aequo & pari cum ciuibus iure vivere, neque summissum & abiectum, neq; se sefferentem: tum in Repub. ea velle, quæ tranquilla & honesta sint. 1. Offic.

Nihil viro bono & quieto, & bono ciui magis conuenit, quam abesse à ciuibus controversiis. Ad Attic. 9. lib. Epist.

Ciuis non est habendus, qui ciuale bellum concupiscit. Philip. 13.

Ingratus est, iniustusq; ciuis, qui armorum periculo liberatus, animum tamen retinet armatum. Pro Marc.

Ciuem ab hoste non natura ac loco, sed animo faelisque distinguimus. Parad. 4.

Hi & audaces & mali & perniciosi ciues pa-

D iiiij

tantur, qui incitant populi animos ad seditionem, aut qui largitione cecant mentes imperitorum, aut qui fortes & claros viros, & bene de Republica meritos, in aliquam vocans inuidiam. Qui verò sceleratorum impetus & conatus represso- ruit, qui autoritate, qui fide, qui magnitudine animi consiliis audacium restiterunt, q̄ boni ciues semper habiti sunt. Pro Sest.

Respublica & patria. 40.

Respublica nomen uniuersae ciuitatis est, pro qua mori, & cui nos totos dare, & in qua omnia nostra ponere, & quasi conseruare debemus. 2. de Legib.

Ed omnis vita nostre ratio transmittenda est, ut magnam nominis nostri famam, ex maximis in Republicam meritis collatis, posteris relin- quamus. In Vat.

Bono viro. Lelius. In Magist. 31.

Omnibus bonis expedit saluam esse Republicam. Philip. 13.

Laudandus est is, qui mortem appetit pro Republica, qui doceat chariorem esse patriam nobis quam nosmetipso. Estq; illa vox inhumana & scelerata eorum, qui negant se recusare, quod minus ipsis mortuis terrarum omnium deflagratio consequatur. 3. de Finibus.

Qui pro Republica vitam reddiderunt, nus- quam me hercule eos morte potius, quam immor- talitatem affecitos putavi. Pro Plane.

Nihil est ex omnibus rebus humanis praeclarus aut prestantius, quam de Republica beneremeri. Ad Planc. Famil. 10.

Omnit in ore deposito, debemus libere Republicæ consulere. Bru. ad Cic. Fam. II.

*Imitemur nostros Brutos. Pro Seſt. De Ma-
giſtr. 31.*

Huius maiores nostri, qui ob Republicam mortem obierant, pro brevi vita diutinam memoriā reddiderunt. Philipp. 9.

*Duo hæc moriens opto. Philip. 2. In Apo-
phtheg. 128.*

*Non potest cuiquam male de Repub. merentia
iusta esse causa. De Resp. Arusp.*

*Magnus est in Repub. campus, multis apertus
cursus ad laudem. Philip. 14.*

*Patria est communis omnium nostrum parens.
I. Inueſt. in Catil.*

*Non potest cognatio villa propior esse, quam
patriæ. I de Orat.*

*Ipsa patria dici vix potest quid charitatis,
quid voluptatis habet. Philip. 5.*

*Patria nihil dulcissimus, nihil charius in vita esse
debet. Ad Quir. post red.*

Est patriæ charitas maxima. In Vat.

*Commune patriæ solum, & clarum est, & iu-
cundum, & delectabile. Cicero Caio Cassio.
Famil. 12.*

Nullus locus est domestica sede iucundior. 4.

In Catilinam.

Nullus locus nobis dulcior esse debet patria.
Ad Marc. Famil. 4.

*Nostra patria delectat, cuius rei tanta est vis,
ac tanta natura, ut Ithacam illam in asperrimis
saxulis tanquam nidulū affixam, sapientissimus
vir immortalitati anteponat.* 1. de Orat.

*Chari sunt liberi, propinqui, familiares, sed
omnes omnium charitates patria una complexa
est, pro qua quis bonus dubitet mortem oppete-
re, si ei sit profuturus?* 1. Offic.

Patria nos primum natura conciliat. De Re-
spon. Arusp.

Patria est. 5. Tusc. In Apoph. 31.

*Si contentio quædam & comparatio fiat, qui-
bus plurimum tribuendum sit officij, principes
sunt patria & parentes, quorum beneficij maxi-
mè obligati sumus.* 1. Offic.

*Sapientis est carere patria, & duri non desi-
derare.* Ad Marc. Famil. 4.

*Malo sine periculo domi meæ esse, quam cum
periculo aliena.* Ad Marc. Famil. 4.

Pro patria, & in patria mori, præclarum.
Ad Attic. 8.

*Nemo est tam ingratus, tam impius, tamque
mollius humanitatis, qui si patriæ merita resu-
mere velit, non eam magis, quam seipsum dili-
gat.* In Vatin.

Nullus est casus pro dignitate & libertate pa-

tri& non ferendus. Philip. 13.

Omnia que à nobis geruntur, non ad nostram utilitatem &c commodum, sed ad patriæ salutem conferre debemus. In Vatin.

*Non solum nobis nati sumus. 1. Offic. 21
Apophth. II.*

Nullum est periculum, quod sapiens pro salute patriæ vitandum arbitretur: hæc enim secum loquitur. Non mihi soli, sed etiā, atque adeò multo potius, natus sum patriæ. Vita que fata debetur, saluti patriæ potissimum solvatur. 4. ad Heren.

Nihil est prestabilius viro, quam periculis patriam liberari: beatiq; sunt hi, quibus ea res bonori fuerit. Pro Mil.

Pericula, labores, dolorem etiam optimus quisque pro patria & pro suis suscipit: dolores deniq; fuscipere usauit, quam deserere ullam officij partem. 1. de Fin.

Quoniam sunt omnia cōmoda à patria accepta, nullum incommodū pro patria graue putandum est. At qui patriæ pericula suo periculo expetunt, hi sapientes putādi sunt, quum & eum quē debent honorem R. eipub. reddunt, & pro multis perire malunt, quam cum multis. Etenim vehementer est iniquum, vitam quam à natura acceptam propter patriam conservaueris, natura cùm cogat, reddere, patriæ cùm roget, nō dare & cùm passis cum summa virtute & honore pro patria interire, malle per dedecus & ignauiam viveres;

& quam pro amicis & parentibus, & ceteris
necessariis adire periculum velis, pro Republica,
in qua & hoc & illud sanctissimum nomen pa-
triae continetur, nolle in discrimen venire. 4. ad
Herennium.

Cum dies & noctes, omnia nos vndeque fate-
circumstent, non est dubitandum, eum spiritum,
quem naturae quisque debet, patriæ reddere. Phi-
lipp. 10.

O fortunata mors, quæ naturæ debita pro pa-
tria potissimum est reddita! Philip. 14.

Quum omnibus definita sit mors, optandum
est magis ut vita quæ necessitatibus debetur, patriæ
potius donata, quam reservata naturæ videatur.
Pro Sestio.

Debemus grata eorum virtutem memoria profe-
qui, qui pro patria vitâ profuderunt. Phil. 14.

Omnibus qui patriâ conseruarint, adiuuerint,
auxerint, certus est in calo & definitus locus, ubi
beati aeo sempiterno fruantur. In Som. Scip.

Peregrinatio. 41.

Omnis peregrinatio obscura & sordida est
omnibus, quorum industria in patria potest esse
illustris. Ad Marc. Caelium, Famil. lib. 2.

Omnibus peregrinantibus gratu est minimam-
rum quoque rerum, quæ domi gerantur, fieri cer-
tiores. Caelius ad Ciceronem, Famil. 8.

In externis locis, minor est ad facinus verecun-
dia. Ad Marc. Famil. lib. 4.

*Muti suam rem bene gessere, & publicam pa-
triā procul. Ad Trebatium, Famil. lib. 7.*

Gloria.

42.

Gloria, est illustris & pernagata multorum
& magnorum, vel in suis ciues, vel in pa-
triā, vel omne genus hominum, fama meri-
torum. Pro Marcello.

*Gloria, est solida quedam res & expressa, non
adumbrata: ea est consentiens laus honorū, incor-
rupta vox benē iudicantium de excellenti virtu-
te: ea virtutis resonat, tanquam imago gloriae, quæ
quia rectè factorum plerunque comes est, non est
bonis viris repudianda. Illa autem que se eius
imitatricem esse vult, temeraria atque inconsi-
derata, & plerunque peccatorum, vitiorūque
laudatrix fama popularis, simulatione honesta-
tis, formam eius, pulchritudinemque corrumpit.
Tu ergo quæ habent speciem gloriae, collecta ex
inanissimis splendoris insignibus, contemne: bre-
via, fugacia & caduca existima. 3. Tuscul.*

*Vera gloria radices agit, atq; etiā propagatur:
si etia omnia tanquam flosculi celeriter decidunt;
nec simulatum quicquam potest esse diuturnum.
2. Officiorum.*

*Honor, est premium virtutis, iudicio studioque
ciuium delatum ad aliquem. Qui cum sententiis,
qui suffragius adeptus est, is mihi & honestus &
honoratus videretur. De clar. Orat. ad Brutum.*

Is versus triumphus est, cùm bene de Republi-

ea meritis, testimonium à cōsensu ciuitatis datur.

Philip. 14.

Is honor videri solet, qui non propter spem futuri beneficij, sed propter magna merita claris viris defertur, & datur: estq; non in uitamentum ad tempus, sed perpetua virtutis premium. Ad Planc. Famil. lib. 10.

Ea est profectio iucunda laui, qua ab his profiscitur, qui ipsi in laude vixerunt. Ad Marci Catonem, Famil. lib. 15.

Is mihi videtur amplissimus, qui sua virtute in altiorem locum peruenit, non qui ascendit per alterius incommodum & calamitatem. Pro Rogo scio Amer.

Suscepit vita. 2. de nat. deor. De Virtute. 45.

Quae melior in genere hominum natura, quam eorum qui se natos ad homines iuuandos, tutandos, conservandos arbitrantur? Abiit ad eos Hercules: nunquam abiisset, nisi cum inter homines esset, eam sibi viam munisset. 1. Tusc.

Ed omnis vitae nostra ratio. In Vatin. De Repub. 39.

Actum praeclarè cum iis est, quorum virtus nec obliuione eorum qui sunt, nec retinentia posterorum sepulta esse poterit. Philip. 34.

Brevis vita data est, at memoria benè redditæ vita sempiterna, quæ si non esset longior, quam hac vita & periculis ad sumum am. laudem, gloriamque conderet. Philip. 14.

*Exiguum nobis vite curriculum natura círcum-
scripsit, immensum gloriae. Pro C.Rab.
vita brevis est, gloria cursus sempiternus.
Pro Seſt.*

*Breue tempus etatis, satis longum ad bene vi-
uendum. 1.Tuscul.*

*Honos alit artes, omnesq; incendimur ad stu-
dia gloria: iacentq; ea fēper, que apud quosque
improbantur. 1.Tusci.*

*Trahimur omnes laudis studio, & optimus quis-
que maximē gloria ducitur. Ipsi illi philosophi e-
tiam in illis libellis, quos de contemnenda gloria
scribunt, nomen suum inscribunt, in quo prædica-
tionem & nobilitatem despiciunt, prædicari se,
ac nominari volunt. Pro Arch.Poëta.*

*Opifices post mortem nobilitari volunt. Quid
enim Phidias sui similem speciem inclusit in cly-
peo Mineruae, cum inscribere non licet? Quid
noſtri philofophi? nonne in his ipsis libris quos
inscribunt, de contemnenda gloria sua nomina
inscribunt? 1.Tuscul.*

*Nemo est tam auersus à Mūsis, qui non man-
dari versibus ēternū suorum laborum facile
præconium patiatur. Pro Arch.Poëta.*

*Themistocles, cum consulteretur. Pro Arch.
Poëta. In Apaphth.4.*

*Poëta post mortē nobilitari volūt, unde illud,
Aspice o ciues, senis Enniū imaginis vnam.
Hic reſtrūm fixit maxima facta patrum.*

*Meredem gloria efflagitat ab his, quoruū pa-
tres affecerat gloria. Idemque,*

Nemo me lachrymis decoret, nec funera fletu.

Faxit: cur? volito doctus per ora virum.

I.Tusculan.

*Vix innenitur qui laboribus suscepis, pericu-
lisq; aditis, non quasi mercedem rerum gestarum
desideret gloriam. I. Offic.*

*Nemo vñquam sine magna spe immortalita-
tis, se pro patria offert ad mortem. I.Tuscul.*

*Perfecti homines, & excellētibus ingenis præ-
diti, excitantur spe gloria, quæ habet formam ho-
nestatis, & similitudinem. Cato Maior.*

*Nemo nostrum in Rēip. periculis, cum laude
& virtute versatur, quin spe posteritatis, fructuq;
ducatur. Pro C. Rabir.*

*Quum optimus quisq; maximè posteritati ser-
viant, esse aliquid verisimile est, cuius is post mor-
tem, sensum sit habiturus. I.Tuscul.*

*Licuit esse ocioso Themistocli, licuit Epami-
nonda: sed nescio quomodo inharet in mentibus,
quasi seculorum quoddam augurium futuroru:
quo quidem dempto, quistā esset amens, qui sem-
per in laboribus & periculis viueret? I.Tusc.*

*Pueri efferuntur letitia cùm ricerint, & pa-
det vistos: ut se accusari volunt, quam cupiunt
laudari: quos illi labores non perferunt, ut equa-
lium principes sint? s.de Finib.*

*Quibus tantos labores diurnos, nocturnosq;
domi,*

domi, militiaeque susciperet, si iisdem finibus gloria
suam, quibus vitam esset terminaturus? sed optimi
cuiusque animus maxime ad immortalitatem
gloriae nititur. Cato Maior.

*Est angustia animi atque demissio, triumphi ho-
norem atque dignitatem contemnere. Nam ve-
leuitatis est. In Piso. In Simul. 75.*

Præstantes viri, nunquam tanta conati essent,
quæ ad posteritatis memoriam pertineret, ni an-
imo vidissent posteritatem ad se pertinere posse.
Nonne melius multò fuisset, otiosam etatem &
quietem sine ullo labore & contentione traduce-
re? Sed nescio quo modo animus erigeris se poste-
ritatem semper ita prospicit, quasi cum excesserit
è vita, tum denique vieturus sit. Cato Maior.

Sapiens virtutis honorem, præmium, haud pra-
dam petit. 3. de Orat.

Nullam virtus aliam mercedem laborum, pe-
riculorumque desiderat, præter hanc laudis ex glo-
rie: qua quidem detracta, indices, quid est quod
in hoc tam exiguo vita curriculo, & tam brevi,
tantus nos in laboribus exerceamus? Certè si nihil
animus præsentiret in posterum, & si quibus
regionibus vita spatum circumscripturn est, eisdem
omnibus cogitationes terminaret suas: nec tantis se
laboribus frangeret, neque tot curis vigilisque an-
geretur, nec toties de vita ipse dimicaret. Nunc in-
siderit quedam in opimo quoque virtus, que noctes &
dies animum glorie stimulus coicit atque admo-

E

net, non cum rit & tempore esse dimitenda com-
memorationem nominis nostri, sed cum omni po-
steritate adæquandam. Pro Arch. Poëta.

Nullam mercedem tanta virtus, præter hanc
laudis & gloriæ desiderat: qua eisam si careat,
tamen est seipsa contenta: quanquam in memo-
ria gratorum hominum, tanquam in luce posita
letetur. Philip. 5.

Ex omnibus premiis virtutis, amplissimum est
præmium gloria: que vita brevitatem posteritatis
memoria consolatur: que efficit ut absentes adsi-
mus, mortui viuamus, cuius gradibus etiā homi-
nes in cœlum videntur ascendere. Pro Milone.

Non vita hæc dicenda est quæ corpore & spi-
ritu continetur: illa inquit, illa vita est, quæ vigeat
memoria seculorum omnium, quæ posteritas alit, quæ
ipsa æternitas semper intuetur. Pro Marco.

Vestra quæ dicitur vita, mors est. Serm. Scip.

Nihil est vera gloria dulcius. Philip. 5.

Natura nihil præstatius habet: nihil quod ma-
gis expetat, q̄ honestatem, q̄ laudem, q̄ dignitatē,
quam decus. 2. Tuscul.

Antiquior sit possessionibus gloria. 1. de
Divinitat.

Verum decus in virtute positum est. Cicero ad
Plancum. Famil. lib. 10.

De morte.

43

Omnium rerum mors est extrellum, ad Tor-
quatum. Famil. 6.

Mors est discessus animæ à corpore. 1. Tusc.

Mors, somno simili est. 1. Tusc.

Martí nihil est tam funile, quam somnus. Cato Maior.

Somnus, imago mortis. 1. Tusc.

Mors quasi saxum Tantalo semper impenderet. 1. de Finibus.

Moriendum certè est, Cr. id incertum an eo apfo die. Cato Maior.

Nemini exploratum potest esse, quemadmo se se habitarum sit corpus, non dico ad annum, sed ad vesperum. 2. de Finibus.

Quis est, quatinus sit ad olit scene, cui si exploratum, se ad vesperum esse victurum? Cato Maior.

Mors omnibus est parata. 4. Invechtin Catil.

Omnibus definita est mors. Pro Sestio.

Mortem omnibus natura proposuit. Phil. 4.

Necesse est mors. 2. Tusc.

Moriendum est omnibus; esti; fuis miseria in morte. 1. Tusc.

Commorandi nobis natura diuersorum, non habitandi dedit. Cato Maior.

Ex ipsa vita discedendum est, tanquam ex hospitio, non tanquam ex domo. Cato Maior.

Si hoc tempore diē non obieris, paucis post diebus est tibi moriendum, quia hystera matutus ex Sulphuris ad Cicero. Et ab. lib. 4. no. 1.

Hoc meditatum deb adotes etia debet esse, morte non negligenter, sive quā meditatio ne trāquila

E ij

esse animo quis non potest. Cato Maior.

*Mortem omnibus horis impudentē timens, quis
tranquillæ animo possit consistere?* Cato Maior.

*Quod id quod vitari non potest, metuit, is vivere
animo quieto nullo modo potest.* 2. Tuscul.

*Quae potest esse in vita incunditas, cum dies
& noctes, cogitandū sit iamiam esse moriendum?*
2. Tuscul.

*Qui mortem non timet, magnum is sibi præsi-
dium ad beatam vitam comparavit.* 2. Tuscul.

*Non deterret sapientē mors, quæ propter incer-
tos casus quotidie imminet, & propter breuitatem
vita nunquam longè potest abesse.* 1. Tuscul.

*Vtrum vivere an mori sit melius, dīj immortar-
ies sc̄unt: hominē quidem scire arbitror nemine.*
1. Tuscul.

A malis mōr̄s ibdūcē pōn à bonis. 1. Tuscul.

*Ipsē animi discessus à corpore fit sine dolore, &
fit plerūque siue sensu, nonnumq; etiam cum no-
luptate totum hoc leue est, qualecūq; sit: fit enim
ad punctum temporis.* 1. Tuscul.

*Tunc erimus beati, quum corporibus relēctis,
cupiditatum & cōmulationum erimus expertes.*
1. Tuscul.

*Pellantur ista ineptia penè aniles, ante tempus
moris miserū esse; Quod tādē tempus natura nos
et ea quidem dedit usuram vite tanq; pecunia,
nullā prestitūa die. Quid est igitur quod quer-
re, si repetit quām vult: ea enim condicione ac-*

ceperas. Quia verò atas longa est? aut quid omnino homini longum? Nónne modò pueros, modò adolescentes in cursu à tergo inseguens, nec opinantes assecuta est senectus? Omnia ista perinde ut cuiq; data sunt, pro rata parte à vita longa aut brevia dicuntur. 1.Tuscul.

Mors terribilis est iis, quorum cùm vita omnia extinguuntur, non quorum laus emori non potest. Paradox.

Honestā mors nūnquam est fugienda, sapa etiam appetenda. Martius ad Ciceronem, Famili.lib.11.

Vt et dominans in nobis Deus. 1.Tuscul. In piis Sent.68.

Non est iniussu Imperatoris. Cato Maior. In piis Sentent.70.

Nobis si quid tale acciderit. 1.Tuscul. In piis Sentent.72.

- Tibi & piis omnibus. 1.Tusc. In piis Sent.69.

- Nisi Deus. Tuscul. In piis Sentent.71.

- Sunt qui se gratum mortuis facere, si grauitet eos lugeat, arbitratur. Accedit supersticio mulieribus quedam: existimant enim diis immortalibus se facilius satisfacturos, si eorum plaga perculsi, afflictos se & stratos esse fateantur. 3.Tuscul.

- Mortuarum corpora nihil sentiunt in sepulta- ra quantum autem consuetudini, fameq; dandum sit, id curent viuē, sed ita, ut intelligent nihil ad mortuos pertinere. 1.Tusc.

E iiij

*Quum ab amicis rogaretur Diogenes. i.Tuscs.
in Apophthegm. 37.*

Mors bonum sit an malum, plenissime
primo Tusculanarum leges, &c in
dialogo, qui Cato maior in-
scribitur. 44

*Q*uis est, aut quotusquisque cui mors cum
appropinquet. Non refugiat timidus sanguinem, atque exal-
bescat metus. 3.de Finib.

* Emorbi volo. 2.Tuscul. In Apophth. 43.

Virtuti quæ sit vis & commen-
datio. 45

*V*irtus est per se ipsa laudabilis, & sine qua
nihil laudari potest. 2.de Orat.

*V*irtus nihil est aliud, quam in se perfecta, &
ad summum pertineta natura. 1.de Legi.

*V*irtus, est affectio animi constans, conueniensq;
laudabiles efficiens eos, in quibus est: & ipsa est
per se sua sponte, separata tamē nilitate lauda-
bilis: ex ea proficiuntur honeste voluntates, sen-
tientia, actiones, omnisq; recta actio. 4.Tuscul.

Virtutis multæ diffinitiones consulto
à nobis omittuntur. 46

*I*ndicitur honestum, non quod laudetur à mul-
tis, sed quia tale sit: ut vel si ignorant id hoti-
nes, vel se obtindissent, pulchritudine suæ tamen
esset, specieq; laudabile. 2.de Finib.

Honestum etiam si vobilitatum non sit, aut si

*Etiam à nemine laudetur, laudabile est natura;
quod si oculis cerneretur, mirabiles amores cita-
ret sapientia.* 1. Offic.

*Honestum, est quod detracta omni utilitate si-
ne ullis præmiis fructibus re, per seipsum iure po-
test laudari.* 2. de Finib.

*Si non ipso honesto mouemur, ut viri boni si-
nius, sed utilitate aliqua atque fructu, callidi su-
mus, non boni. Nam quid faciet is in tenebris, qui
nihil timet, nisi testem vel indicem? quid in deser-
to loco, nactus quem multo auro spoliare posset,
imbecillum atque solum?* 1. de Leg.

*Si emolumentis, non suapte natura virtus ex-
petitur, una erit virtus qua malitia reclivissime di-
cetur. Nam quis virtutē precio metiūtur, nullam
virtutem, nisi malitiam putant.* 1. de Legib.

*Nulla potest esse virtus, nisi gratuita. Nam
qua voluptate, quasi mercede aliqua ad officium
impellitur, ea non virtus, sed fallax, & imitatio
simulatioq; virtutis.* 5. Tuscul.

*Quicquid præter id quod honestū sit expeten-
dum esse duxeris, in bonisq; numeraris, & hone-
stum ipsum quasi virtutis lumen extinxeris, &
virtutem penitus euerteris.* 3. de Finib.

*Difficile est hominibus persuadere honestum,
propter ipsum eligendum.* C. Cassius Ciceroni,
Famil. lib. 15.

*Si ipsam honestatem rudiique perfectā & abso-
lutam, rem unam præclarissimam omnium, ma-*

E iiiij

simèq; laudandum penitus videremus, quonam gaudio compleremur, quum tātopere eius adumbrata opinione letemur? 5. de Finib.

Sumus natura studiosissimi, appetentissimiq; honestatis: cuius si quasi lumen aliquod aspeximus, nihil est quod vt eo potiamur, non paratis simus & ferre & perpeti. 2. Tuscul.

Nihil est virtute amabilius, quam qui adeptus erit, vbiunque erit gentium, à nobis diligeretur. 3. de Nat. Deor.

Virtutem necessariò gloria sequitur. 1. Tuscul.

Gloria virtutem tanquam umbras sequitur. 1. Tuscul.

Nihil est virtute formosius, nihil pulchrius, nihil amabilius. 1. de Nat. Deor.

Nihil est amabilius virtute, nihil quod magis alliciat homines ad diligendum: quippe cùm propter virtutem & probitatē eos etiam, quos nunquam vidimus, quodammodo diligamus. Cuius ea est vis, vt eā (quod maius est) in hōste etiam diligamus. In Lælio.

Animi hominum mouentur ad diligendum, cùn eorum, quibuscum vsu coniuncti sunt virtutem & bonitatem perspiciunt. In Lælio.

Conciliantur animi hominum dignitate hominis, rebus gestis, estimatione vite: alienanturque ab iis, in quibus hæc non sunt. 1. de Orat.

Suscepit vita, consuetudoq; communis, vt beneficiis excellentes viros in celum fama ac voluntate

tate tollamus. 2.de Natus. Deor.

Quae natio non comitatem, non benevolentiam, non gratum animum, & beneficij memorem dilit? Quae superbos, quae maleficos, quae crudeles, quae ingratos non aspernatur, non odit? 1.de Leg.

Eos viros nos suspicimus, maximisque effemimus laudibus, in quibus existimamus, excellentes quasdam & singulares perspicere virtutes. Despicimus autem eos, & contemnimus, in quibus nihil virtutis, nihil animi, nihil nervorum putatur. Quamobrem contemnuntur ij, qui nec sibi nec alteri profunt, ut dicitur, in quibus nullus labor, nulla industria, nulla cura est. Admiratione autem quadam afficiuntur ij, qui anteire ceteris virtute putantur. 2.Offic.

Illud honestum, quod in alio cernimus, nos mouet, atq; illi in quo id inesse videtur, amicos facit. Omnis enim virtus nos ad se allicit, facitq; ut eos diligamus, in quibus ipsa inesse videtur. 1. Off.

Quis est tam dissimilis homini, qui non moueat, & offensione turpitudinis & comprobatione honestatis? Quis est qui non oderit libidinosam, proteruan adolescentiam? Quis contra, in illa erate pudorem, constantiam, etiam si sua nihil intersit, non tamen diligat? An obliuiscimur quantum in audiendo, in legendō q; moueamur, cūm pie, cūm amicè, cūm magno animo, aliquid factū cognoscimus? 5.de Finib.

Que magno animo & elato, fortiter & excel-

74 SENTENTIARVM
lenter gesta sunt, ea nescio quomodo quasi plene
ore laudamus. 1. Offic.

Cum aliquid clementer, mansuetè, iustè, rectè,
moderate, sapienter factum aut legimus, aut au-
dimus, quo studio incendimur, non modò in gestis
rebus, sed etiam in fictis, ut eos sepe, quos nunquā
vidimus, diligamus? Pro Marcel.

Quis est qui nō admiretur splendorem pulchri-
tudinimque virtutis? 2. Offic.

Conciliatrix amicitia est, virtutis opinio. In
Lelio.

Habet hoc virtus, ut viros fortes, species eius
& pulchritudo etiam in hoste posita delectet.
In Pisonem.

Est proprium virtutis conciliare sibi animos
hominum, & ad usus suos adiungere. 2. Offic.

Virtus conciliat amicitias atque conseruat. In
ea enim est convenientia rerum, in ea est stabili-
tas, in ea est constantia: qua cum se extulit & lu-
men suum ostendit, & idem aspergit, agnouitque
in alio, ad id se admonet: vici simq; accipit illud
quod in altero est, ex quo eorum exardecscit siue
amor, siue amicitia. In Lelio.

Propter virtutem iure laudamur, & in virtute
ter rectè gloriamur. 3. de Nat. Deor.

Vera laus vere virtuti debetur. 3. de Orat.

Nihil quicquā sine virtute laudabile. 1. Tusc.

Quibus gradibus Romulus ascendit in cas-
lum? rebus gestis atque virtute. Parad. 1.

Bonus vir propriè & copiosè laudari sine virtutum cognitione non potest. 2 de Orat.

Eos, quorū vita perspecta est in rebus honestis, atque magnis, & bene de Republica sentientes, aut aliquo honore & imperio affectos obseruare & colere solemus. 1. Offic.

Vehementer amor multitudinis comouetur ipsa fama & opinione liberalitatis, beneficentie, iustitiae, fidei, omniumq; earum virtutum, qua perirent ad mansuetudinem, ad facultatem eosque in quibus eas virtutes inesse videmus, à natura ipsa diligere cogimur. 2. Offic.

Ea virtus videtur præstantis virtù, quæ est frumentosa aliis, sibi autem laboriosa, aut periculosa, aut certè gratuita. 2. de Orat.

Si quid optimum, maximūmq; est, id volumus adipisci, virtuti opera danda est, sine qua nullam rem expetendam consequi possumus. In Lelio.

Verum decus in virtute positum est. Cicero ad Plancius, Famili.lib. 10.

Digna est virtus gloriacione: tantumque prestat ceteris rebus, ut dici vix possit quid interfit. 4. de Finib.

Nesciunt multi, nesciunt quantas vires virtus habeat? namen virtutis tantum usurpat: quid ipsa valeat, ignorant. Parad. 2.

Non sunt isti audiendi, qui virtutem durans & quasi ferream esse volunt. In Lelio.

Non est in humana virtus, neque in maiis, men-

que superba, quæ populos uniuersos tueri, et que optimè consulere soleat: quod nō faceret profecto, si à vulgi charitate abhorreret. In Lælio.

Virtus, quam se equitus Charitas, minime reputanda est. In Lælio.

Virtus altissimum locum in homine, & maximè excellentem tenet. Cum autē assumpta est ratio, tanto in dominatio locatur, ut omnia prima naturæ, huius tutela, subiiciantur. 4. de Finib.

Virtus, omnia que cadere in hominem possunt, subter se habet: eaque despiciens, casus contemnit humanos: culpaq; omni carens, prater seipsum nihil censet ad se pertinere, 5. Tuscul.

Optimè virtus seipso nouit, & quam amabilis sit, intelligit. In Lælio.

Virtutis tanta est vis, ut non possit unquam esse non vir bonus non beatus. In Pison.

In virtute satis est praesidiū ad bene vivendum, satis etiā ad beatè, satis ut foriiter vivamus etiā ut magno animo, & quidē ut nulla re egeamus, semperq; simus in uile: sequitur ut nihil penerat, nihil desit, nihil obstat.. 5. Tusc.

Praesidiis ad vivendum in virtute satis est. 5. Tuscul.

Virtus ad beatè vivendum seipso contenta est. 5. de Finib.

Cum fareamur satis magnam vim esse in virtutis ad miseram vitam, fatendum est etiam eamdem vim in virtute esse ad beatam vitam. Con-

erariorum enim contraria sunt consequentia.

5. *Tuscul.*

*Q*uanti est estimanda virtus, quæ nec eripi, nec surripi potest, neque naufragio, neque incendio amittitur, nec tempestatum, nec temporum, permutatione mutatur! qua prædicti qui sunt, solidi sunt diuites: soli enim possident res & fructuosa & sempiternas: solique (quod est proprium diuiniarum) contenti sunt rebus suis. Satis esse putant quod est, nihil appetunt, nulla regent, nihil sibi deesse sentiunt, nihil requirunt. *Parad. vlt.*

Virtus in tempestate seu quieta est, & lucet in tenebris, & pulsa loco manet tamen, atque habet in patria, splendetque per se semper, neque alienis unquam sordibus obsolet. Pro Sest.

Amiti virtus non potest. 2. Tuscul.

Virtus est altissimis defixa radicibus, quæ nunquam villa vilabefactari potest, nunquam dimoveri loco. Philip. 4.

Ei non multum potest obesse fortuna, qui fibi firmius in virtute, quam in casu præsidium collocauit. 4. ad Herenn.

Omnis bene riuendi rationes in virtute sunt collocandæ, propterea quam sola virtus in sua potestate est. Omnia præter eam, subiecta sunt fortuna dominationi. 4. ad Heren.

Maior est virtutis iucunditas, quam voluptas, que percipitur ex libidine & cupiditate. 3. Actus Verrem.

Tu plecta si desideres, euolue diligenter quintā
Tusculanarum: nos enim ea tantum quæ
videbātur grauiora selegimus, ne potius
ex integro librum transcripsisse, quām ex
præcipuis præcipua selegisse videamur.

Expetendarum rerum tria genera. 47.

Rerum expetendarum tria sunt genera.
Nam est quiddā quod sua vi nos allicit ad
fēse, non emolumento captans aliquo, sed trahens
sua dignitate: quod genus, virtus, scientia, veri-
tas est. Aliud autem non propter suam vim &
naturam, sed propter fructum atque utilitatem
petendum: quod pecunia est. Tertium est, ex ho-
rum partibus iunctum, quod & sua vi, & di-
gnitate nos inducēt ducit, & præse gerit quan-
dam utilitatem quō magis expetatur, ut amici-
tia, bona existimatio. 2. de Inuent.

Vitia virtutis speciem plerūnquo
induunt. . . . 48.

Cetonda sunt diligenter, ne ea nos fallant
vicia, quæ virtutē videntur imitari. Nam
& prudentiam malitia, & temperantiam im-
manitas in voluptatibus aspernandis: & magni-
tudinem animi, superbia in animis extollendis,
& despiciētia in contemnendis honoribus, &
liberalitatem effuso; & fortitudinem audacie
imitatur, & religionem superstitione studiisque bo-
nis similia videntur ea, quæ sunt in eo genere nr-
mia. III Part.

Astatue tollenda sunt, eaque malitia: que vult
quidem videri se esse prudetiam: sed abest ab ea,
distatque plurimum: nec illa pernicies vita ma-
ior inueniri potest, quam cum in malitia ineft fi-
mulatio. 3. Offic.

Omnibus reris falsa quedam adiuncta sunt
tanta similitudine, ut nulla insit indicandi et af-
fendi nota. 1. de Nat. Deor.

Finitima sunt falsa veris. 4. Academ.

Voluptas.

49

Imitatrix est boni voluptas, malorum mater
omnium, cuius blanditiis corrumpuntur qua
natura bona sunt. 1. de Leg.

Malorum esca, voluptas: qua homines capiun-
tur, ut hamo pisces. Cato Maior.

Voluptate capimur omnes. 1. de Leg.

Voluptates blandissimae domine, sepe maiores
partes animae a virtute detorquent. 2. Offic.

Maximas virtutes iacere oportet, voluptate do-
minante. Ad Attic. lib. 5.

In voluptatis regno non potest virtus consistere.
Cato Maior.

Qui voluptati deditus est, huic omnia sensu, no
ratione sunt iudicada: eaque dicenda optima que
sunt suauissima. 2. de Finib.

Impedit consilium voluptas rationi iniuncta, ac
mentis, ut ita dicam, perstringit oculos, nec habet
ullum cum virtute commercium. Cato Maior.

Semonenda est voluptas, non solum ut retta

sequatur, sed etiam ut loqui deceat frugaliter.
2.de Finib.

Quod maior est voluptas, eò magis mentem à sua sede & statu dimouet. Parad. I.

Non est necesse tanquam meretricem. 2.de Finib. In Simil. 46.

Nemo est dignus nomine hominis, qui rnum diem totum velit esse in voluptate. 2.de Finib.

Non est eius qui dolore summum malum metiatur, mentionem facere virtutis. 3.Tuscul.

Qui voluptatibus ducuntur, & se vitorum éllecebris, & cupiditatum lenociniis dediderunt, missos faciant honores, nec attingant Rempubli-
cam, patiantur viros fortes labore, se otio suo perfrui. Pro Sest.

Nihil altum, nihil magnificum ac diuinum fuspicere possunt, qui suas omnes cogitationes abiecerunt in rem tam humilem, tam contemptam.
In Lælio.

Fieri non potest, ut animus libidini deditus, amore, desiderio, cupiditate, copia, inopia, etiam nonnunquam impeditus, literis operam dare pos-
sit. Nec est alia causa, cur in tantis premiis elo-
quentiae, tanta voluptate dicendi, tanta laude, tan-
ta gloria, tanto honore, tam sint pauci, semperque
fuerint, qui in hoc labore versarentur. Omitten-
dæ enim sunt omnes voluptates: relinquenda studia,
deleflationis, ludus, iocus, conuiuium, sermo etiā
penè omnium familiarium deserendus: quæ res
in hoc

in hoc genere homines à labore, studioq; deterret.
Pro M.Celio.

*Multa nobis blandimenta natura ipsa genuit,
 quibus sopita virtus coniueret, & multarum re-
 rum iucundissimarum varietatem dedit, quibus
 non modò prima etas, sed iam corroborata cape-
 retur. Pro M.Celio.*

*Plerique propter voluptatem & paruan &
 non necessariam, tum in morbos graues, tum in
 damna, tum in dedecora incurruunt: sepe etiam le-
 gum iudiciorumq; pœnis obligantur. 1.de Finib.*

*Nulla capitalior pestis, quam corporis volu-
 ptas, hominibus à natura data est. Cato Maior.*

*Vitiū vētrū & gutturis nō modò minuit etatē
 hominibus, sed etiam aufert. Pro M.Celio.*

*Voluptatem dimittamus, & suis se finibus te-
 nere iubeamus, ne blanditiae eius illecebrisque ca-
 piatur animi voluptas. 3.de Finib.*

*Amores & deliciae mature & celeriter deflo-
 rescunt. Pro M.Celio.*

*Fluit voluptas, & prima queque euolat: sa-
 piisque relinquit causas pœnitendi, quam re-
 cordandi. 2.de Finib.*

*Vna cum satietaate moritur memoria volunta-
 tis. 2.Offic.*

*Omnibus in rebus, voluptatibus maximis fa-
 stidium finitimum est. 2.de Orat.*

*Nos omnes, voluptate quemadmodum natura-
 capiamur, pluta primo de Finibus.*

F

Animus.

50

OPUS EST TE ANIMO VALERE, VT CORPORE POSSIS.
Caio Tironi, Famili. 16.

Ex anima constamus & corpore. 4. de Finib.

Constamus ex animo & corpore. 3. Tusc.

Animus est rationis compos & particeps: quo nihil ab optimo & sapientissimo genitore melius est procreaturn. De uniuers.

Mente nihil homini dedit Deus ipse diuinus.
3. Offic.

Nobis Deus, siue mater rerum omnium natura dedit animum, quo nihil est prestantius neque diuinus. Paradox. 1.

Animus est ingeneratus à Deo. 1. de Legibus.
in Piis. 3.

Est animus cœlestis C. Maior. in Piis. 36

Dij immortales. Cato Maior in Piis. 26

Humanus animus deceptus ex mente diuina,
5. Tuscul.

Animus cum est secum. 1. Tusc. in Piis. 48

Nulla est celeritas. 1. Tuscul. in Piis. 38

Dua sunt via. 1. Tusc. in Piis. 60

Oportet ut ipsa se mens. 5. Tuscul. in Piis. 39

Eorum animi. Sotn. Scip. in Piis. 61

Animus solus, nec cùm adeſt, nec cùm disceſit apparet. Cato Maior.

Omnium animi immortales sunt: sed bonorum, fortium diuini. 2. de Leg.

Bonorum virorum mentes mihi diuina acque

alterna videntur, & ex hominū vita, ad deorum religiem sanctimoniamq; demigrare. Pro Caio Rabirio.

Sic habeto te non esse mortalem, sed corpus hoc. Som. Scipionis.

Corpus hoc est mortale, animi verò motus semperni. Pro Sestio.

Nihil interest, motu animi sublato, inter pectorum & hominem: sed ne inter hominem & sarcum aut truncum, aut quidvis generis eiusdem. In Lælio.

Duplex est vis animorum: una pars in appetitu posita, altera in ratione, que docet & explanat quid faciendū, fugiendū rite sit: ita sit ut ratio præsit, appetitus verò obtemperet. i. Offic.

Est animorum ingeniorū mīq; nostrorum naturale quasi quoddam pabulum, consideratio, contemplatioque naturae: doctoque homini & eruditō cogitare, est vivere. Sapientis enim cogitatio, non fermè ad inuestigandum adhibet oculos ad uocatos. 4. Acad.

Animus perturbatus & incitatus, nec cohíbere se potest, nec quo loco vult, consistere omnino. 4. Tuscū.

Animus aeger. 3. Tusc. in Apophth. 123

Quæadmodum animus conturbatus. 3. Tusc. In Similib. 33

Animi morbi, sunt cupiditates immensa, inanes diuinarum gloria, dominationis, libidina-

sarum etiam voluptatum accedunt egritudines, molestie, mærores, que animos excedunt, consciuntque curis. 1.de Finib.

AE gris corporibus simillima est animi egritudo. 1.de Finib.

AE què animo dolemus, dum corpore dolemus. 3.Offic.

Errat qui ullum aut corporis, aut fortune vitium, animi vitiis grauius existimat. 3.Tuscul.

Morbi pernicioſores pluresq; sunt animi, quam corporis. 3.Tuscul.

Corpora curari possunt, animorum nulla medicina est. 3.Tusc.

Animi lincamēta pulchriora sunt, quam corporis. Reclamē solus liber, nec dominationi cuiusquam parens, neq; obediens cupiditati. Reclamē inuitus, cuius etiā si corpus constringatur, animo tamē vincula iniici nulla possunt. 3.de Finib.

Corpori tantūm præstat mentis excellens perfeſtio, ut vix possit cogitari quid interficit. 5.de Fin.

Deus ex ortu ex virtute antiquiore genuit animum, eumque ut dominum atq; imperantem obedienti præfecit corpori. De Univer.

Et multò maiora sunt opera animi, quam corporis: sic ex res, quas psequimur ingenio ac ratione, gratioreſſunt, quam hæ quas viribus. 2.Offic.

Quod maior est vis animi, quam corporis: hoc sunt maiora ea qua concipiuntur animo, quam illa qua corpore. Philip. II.

Quum multum animus corpori prestet. 2. de Leg. In piis Sent. 22.

Non viribus. Cato maior. Consilium, 26

Maior est animi voluptas, quam corporis.

2. de Finibus.

Voluptate animi nulla potest esse maior. Cato Maior.

Corpore nihil nisi praesens & quod adest, sentire possumus: animo autem & praterita & futura. 1. de Finib.

. Corpus tandem gaudet, dum presentem sentit voluptatem: animus & praesente percipit pariter cum corpore, & prospicit veniente, nec prateritam preterfluere finit. 5. Tuscul.

Corpus est quasi vas animi, aut aliquod receptaculum. 5. Tuscul.

Deus animum conclusit in corpore. De Universitate.

Exercendum est corpus, & ita efficiendum, ut obedere consilio, rationique possit in exequendis negotiis, & in labore tolerando. 1. Offic.

Redditur terra corpus. 2. de Leg.

Forma dignitas, aut morbo deflorescit, aut ueste extinguitur. 4. ad Heren.

Ratio.

Munus animi, est ratione vti. 3. Tuscul. 51.
Nihil est, non dicam in homine, sed in omni calo atq; terra, ratione diuinius, qua& quum adolevit atque perfecta est, nominatur ritè sa-

F ij

pientia. 1.de Leg.

Domina omnium & regina, ratio: connexa per se, & progressa longius, fit perfecta virtus: hæc ut imperet illi parti animi quæ obediens debet, id videndum est viro, velut seruo dominus, velut imperator militi, velut parens filio. 2.Tuscul.

Bene adhibita ratio, cernit quid optimam sit, neglecta multis implicatur erroribus. 3.Tusc.

Societas humanae vinculum, est ratio & oratio, quæ dicendo, communicando, disceptando, iudicando, conciliat inter se homines, coniungitque naturali quadam societate. Neque illa re alia absimus à natura rerum. 1.Offic. De homine. 119.

Ratione prestamus beluis. 1.de Leg.

Vt patrimonium homini ab homine relinquatur, sic ratio homini à Deo. 3.de Nat.Dcor.

Nihil potest esse aquabile, quod non à certa ratione proficiatur. 2.Tuscul.

Nihil per se amplum est, nisi in quo iudicij ratio extat. Ad Brut.16

Plus apud nos vera ratio valeat, quam vulgi opinio. Parad.1.

Crauior & validior est decem virorum bonorum sententia, quam totius multitudinis impcrius. Pro Planc.

Sunt homines qui rationem bono consilio à diis immortalibus datam, in fraudem malitiāmque convertunt. 3.de Nat.Dcor.

Appetitus rationi obediant. 52

Appetitus omnes contrahendi, sed antiqua sunt, excitandaque est animaduersio & diligentia, ut ne quid temerè ac fortuitò, inconsideratè, negligentè agamus. 1. Offic.

Efficiendum est ut appetitus rationi obediāt, eamque neque praecurrant, nec propter pigritiam aut ignorantiam deserant, sicutq; tranquilli, atque omni perturbatione animi careant, ex quo elucebit omnis constantia, omnisque moderatio. 1. Officiorum.

Tu in hanc sententiam plura lege. Primo

Offic. capite. Duplex est enim. 53

Moderari animo & orationi, cum sis iratus, aut etiam tacere & tenere in sua potestate motum animi & dolorem, et si non est perfecta sapientie, tamen non est mediocris ingenij. Ad Q. Frat. Epist. 1.

Animum vincere, iucundiam cohibere, victoriā temperare, aduersarium non modo extollere iacentem, sed etiam amplificare eius pristinā dignitatem, praeclarum est. Hac qui faciat, non ego eum summis viris comparo, sed simillimum Deo iudico. Pro Marc.

Si quis hoc robore animi est, atque hac indole virtutis ac continētiae, ut respuat omnes voluptates, omnīm q; rit & sua cursus in labore corporis, atque in apertū contentione conficiat, quem non quies, non rem iſſio, nō equalium studia, non ludi,

F iiiij

*non conuicia delectent: nihil in vita experendum
putet, nisi quod est cum laude & honore & cum
dignitate coiunctum: hunc mea sententia diuinis
quibusdam bonis instructum atque ornatum pu-
to.* Pro M. Caelio.

*R*egium est ita vivere, ut non modo homini, sed
ne cupiditati quidem seruias: contemnere omnes
libidines: non auri, non argenti, non ceterorum re-
rum indigere: populi utilitatis magis consulere,
quam voluntati: nemini cedere, multis ob sistere.
Pro Syll.

*R*efranet primum libidines. Parad. pe. Imper-
ator 30.

*E*sse abstinentem, continere omnes cupiditates,
praeclarum magis est, quam difficile. Ad Quint.
frat. Epist. 1.

*Q*uum præcipitur ut nobis metipsis imperemus,
hoc præcipitur, ut ratio coercent temeritatem.
2. Tusc.

*C*upiditates sunt insatiabiles, que non modo
singulos homines, sed universas familias euentur;
totu[m] etiam labefactat Rep. Ex cupiditatibus odia,
dissidia, discordia, seditiones, bella nascuntur. Nec
ha[ec] se foris solum iactant, nec tantu[m] in alios caco-
impetu incurruunt, sed intus etiam animis inclusae in-
ter se dissident atque discordant. 1. de Finib.

Semper manendum in officio. 54

Nulla vita pars, neq[ue] publicis, neq[ue] priuatis,
neque forensibus, neque domesticis in rebus,

neque si tecum agas quid, neque si cum altero cō-
trahas, vacare officio potest. In eoque excolendo
sita est vita honestas omnis, & in negligendo tur-
pitude. 1.Offic.

Nec pretio, nec gratia, nec periculo, nec simul-
tate à via recta ostendemus oportere deduci: nec
ab illa re honesta periculis, aut laboris magnitu-
dine. 3.ad Heren.

Nullo casu arbitror hoc constanti homini posse
contingere, ut illa intermissione fiat officij.

In Lelio.

Nulla laſitudo impedire officium, & fidem de-
bet. Cic.Cornific.famil.12.

Pericula labores dolorem etiam optimus quiſ-
que suipere manuit, quam deserere ullam officij
partem. 1.de Finib.

Artium studio à rebus agendis abduci, contra
officium est. 1.Offic.

Si quis amissis. 1.de Inuent. Vide doctus inno-
sus 24.

Et benè & honestè viuendum. 55

Optima viuendi ratio est eligenda: eā iucum
dam consuetudo reddet. 4.ad Her.

Omnis nostra cura debet in hoc versari semper,
si possumus, ut boni aliquid efficiamus. Sin mo-
nas, ut certè nihil mali. 2.de Orat.

Semper ita viuamus, rationem nobis reddē-
dam arbitremur. 4.att.in Ferrem.

Non ob eas solum incommoda. 1.de Finib.Vide

imp̄j.3.

*Si impietas. 3.de Finib. Vide imp̄j.3
A recta conscientia transuersum vnguem non
oportet quemquam in omni vita sua discedere.Cic.
Attic.lib.13*

*Nobis persuasum esse debet, si deos, hominesque
celare possumus, nihil tamen auare, nihil iniuste,
nihil libidinose, nihil incōtinenter esse facienda:
honest a bonū, non occulta queruntur. 3.Offic.*

*Improbum est relinquere honestatē propter
utilitatis magnitudinem. 3.Offic.*

*Tu honestatem ut utilitati præferendam esse,
disces ex tertio Officiorum,*

Sobriè viuendum.

55

*E Sse oportet ut vias, viuere non ut edas.
4.ad Heren.*

*Victus, cultusque corporis, ad valetudinem re-
ferantur, & ad vires, non ad voluptatē. 1.Offic.*

*Tantum cibi & potionis adhibendum est, ut
reficiantur vires, non opprimantur. Cato Maior.*

*Iucunditas victus est in desiderio, & non insa-
tietate. 5.Tusc.*

*Cibi condimentum est fames: potionis, sitis.
2.de Finib.*

Darius. 5.Tusc.in Apophth.59

Ptolomeo. 5.Tusc.in Apophth.60

Timochæus. 5.Tusc.in Apophth.58

Quum Dionysius. 5.Tusc.in Apophth.61

Non intelligunt homines, quām magnum re-

Eigal sit parsimonia. Parad.

Quæritur in re domèstica continentia laus, in publica, dignitatis. Pro Flacco.

Omnium perturbationum fons, est intemperantia, quæ est à tota mente, etiam à recta ratione defectio, sic auersa à prescriptione rationis, ut nullo modo appetitiones animi nec regi, nec contineri queant. 4.Tusc.

Mente rectè ut non possumus, multo cibo & potionē completi. 5.Tusc.

Quæ virum formam deceat, & qui vixtus esse debeat, primo Officiorum lege, capite, Quum autem.

Turpitudo fugienda. 57

Nihil est tam tetrum, nihil tam aspernandum, nihil homine indignius, quam turpitudo. 2.Tuscul.

Nihil est tam contra naturam, quam turpitudo. 3.Offic.

Nihil est detestabilis dedecore. Phil.3

Periculum minus fugiendum est, quam turpitudo. Philip.7

Ne turpitudo suscipiat vita cupiditate. Philip.13

Nihil est malum, nisi quod turpe aut vitiosum est. 2.Tuscul.

Si unum in locum collata sint omnia mala, cum turpitudinis malo non erunt comparanda. 2.Tuscul.

*Misera est ignominia iudiciorum publicorum,
Et cuius bona ex edito possidentur, huius omnis
fama & estimatio cum bonis simul possidetur.*

Pro Quintio.

*Nemo est tam agrestis. In Paradox. Vide I.
gnominia.*

Non peccandum. 58

PEc^care, est tangam transilire lineas. Pa-
radox. 3.

Peccare certè licet nemini. Parad. 3.

Accipere præstat, quām facere iniuriam.

5.Tuscul.

*Peccati dolor & maximus & eternus est. Ad
Attic. II.*

*Quæ parua videntur esse delicta, neque à mul-
tis intelligi possunt, ab iis etiam diligentius est
declinandum. I. Offic.*

Temperantia. 59

TEmperantia, est moderatrix omnium com-
motionum. 5.de Finib.

Est temperantia libidinum inimica. 3. Offic.

*Temperantia est quæ in rebus aut expetendis
aut fugiendis, ut rationem sequamur, monet, quæ
animis pacem affert, & eos quasi quadam concur-
dia placat ac leuit. I. de Finib.*

*Nihil reperiri potest tam eximiū, quām istam
virtutem, moderatricem animi, temperantiam,
non latere in tenebris, neque esse abdicam, sed in
luce. Ad Q. Frat. Epist. I.*

Quemadmodum temperantia. 4. Tusc. In Se-
mil. 38.

Frugalitatis esse videtur proprium, motus ani-
mi appetentes regere & sedare, semperque aduer-
san tem libidini, moderatam in omni reseruare
constantiam. 3. Tusc. 1.

Eas tres virtutes, fortitudinem, iustitiam, pru-
dentiam, frugalitas est complexa. 3. Tusc.

Non potest temperantiam laudare is, qui ponit
summum bonum in voluptate: est enim temperan-
tia, libidinum inimica. 3. Offic.

Qui voluptatem summum bonum statuit, esse
temperans nullo modo potest. 1. Offic.

Quel laus, quod decus erit tanti, quod adipisci
cum dolore corpus velit, qui dolorem summū ma-
lum sibi esse persuaseris. 2. Tusc.

Mediocritatis optima regula. 60

Nihil est quod tamē deceat, quam in omni re
seruare constantiam. 1. Offic.

His rebus que tractantur in vita, modū quen-
dam & ordinem adhibentes, honestatem & de-
cū conservabimus. 2. Offic.

Mediocritas ad omnē r̄sum, cultumq; vita refer-
enda est. In omnibus rebus mediocritas est opti-
ma. 1. Offic.

Modus est optimus, decus ipsum tenere, nec
progredi longius. Orat. ad Brut.

Suus cuique modus est, tamen magis offendit
nimium, quam parum. De Orat.

Tu quæ sīt in omni actione seruanda, lega
primo Officiorum, capite, in
omni autem actione.

Verecundia.

61

Curstos virtutum omnium, dedecus fugiens,
et laudem maximam consequens, verecun-
dia est. Par.Orat.

Moderator cupiditatis est pudor. 2.de Finib.
Sino verecundia nihil rectum esse potest, nihil
honestum. 1.Offic.

Maximum amicitiae ornamentum tollit, qui ex
ea tollit verecundiam. Itaque in inspernicioſus est
error, qui existimant libidinem, peccatorumque
omnium patere in amicitia licentiam. In Lilio,
Sapè videmus frālos pudore, qui nulla ratione
vincerentur. 2.Tusc..

Pudor in bello est maximè periculosus. Plan-
sus Cic.Famil.10.

Craue est homini pudenti petere aliquid ma-
gnū ab ea, de quo se bene meritum putet: ne id
quod petit, exigere magis quam rogare, et in mer-
cedis potius, quam beneficij loco numerare videa-
tur. Cic.Curioni, Famil.2.

Iustitia.

62

Iustitia, virtus omnium est domina et regina
virtutum. 3.Offic..

Iustitia, omnium virtutum causa atque sententia
est. 1.de Legib.

Excellētissima virtus, iustitia. 1.de Nat.Deoro.

Iustitia sine prudentia plurimū poterit: sine i-
stitia nihil valebit prudentia. 2. Offic.

Fundamentum perpetuae commēdationis & fa-
ma est iustitia, sine qua nihil esse potest laudabi-
le. 1. Offic.

Iustitia inest splendor virtutis maximus, ex
qua boni viri nominantur: cuius primum munus
est, ut ne cui quis noceat, nisi lacesitus iniuria:
deinde ut communibus, pro communibus vratetur,
priuatis autem, ut suis. 1. Offic.

Iustitia, ex qua una virtute veri boni appellā-
tur, mirifica quædā res multitudinis videtur, nec
iniuria: quis est enim qui non admiretur splenda-
rem, pulchritudinemque virtutis? 2. Offic.

Solitario homini, atque in agro vitam degenti,
opinio iustitia necessaria est. Atque iis etiam qui
vendunt, emūt, conducunt, locant, contrahendisq;
negotiis implicantur, iustitia ad rem gerendā ne-
cessaria est: cuius tanta vis est, ut nec illa quidem
qui maleficio & scelere poscūtur, possint sineulla
particula iustitia vinere. 2. Offic.

Iustitia partes sunt, nō violare homines. 1. Offi.

Totius iustitiae nulla est capitalior pessis, quam
eorum qui tum, dum maximè fallunt, id agunt ut
boni viri videantur. 1. Offic.

Omne officium quod ad conuentionem homi-
nūm, & ad salutem tuendam valet, anteponen-
dum est illi officio, quod cognitione & scientia co-
sinetur, officiisq; scientia anteponēda sunt officia

iustitiae: consideratè enim agere plus est, quām cogitare prudenter. 1. Offic.

Tu quæ dicantur proprie iustitiae & officia &
munera, leges plenissime apud Cicero.
nem in libris officiorum.

Pietas.

63

Pietas, est fundamentū omnium virtutum: parentem ut Deum reveri, atq; nō multò secus ac parentes, liberos amare debemus.

Pro Planc.

Pietati summa tribuenda laus est. 2. de Orat.
Omnibus est amor pietas. Cic. C. Caf. Famil.

65.

Pietate aduersus deos sublata, fides etiā & societas generis humani, & una excellētissima virtus iustitia tollatur necesse est. 1. de Nat. Deor.

Pietas grata est Deo. 2. de Legib. de Deo. I.

Pietas maximè & religio. 2. de Legibus. In Apophth. 64.

Humanitas & clementia.

64

Homines ad deos nulla re proprius accedunt, quām salutem hominibus dando. Pro Leg.

Nihil est tam regium, tam liberale, tamque munificū, quām opem ferre supplicibus, excitare affictos, dare salutē, liberare periculis homines. 3. de Orat.

Nihil est tam deformē, quām ad summum imperium acerbitatem naturæ adiungere. Ad. Q. Frat. Epist. I.

Recitè

*R*ecte præcipere videntur qui monent, quanto
superiores simus, tanto nos summissius geramus.
1. Offic.

*Q*ui plus propter virtutem nobilitatemque pos-
sunt, eo minus quantum possint, debent ostendere.
Pro Quintio.

In bonis fortunæ summa laus est, non extulisse
se in potestate, non fuisse insolentem in pecunia:
non se prætulisse aliis propter abundantiam fortis-
ne: ut opes & copiae, non superbia videantur ac
libidini, sed bonitati ac moderationi facultatem
ac materiam dedisse. 2. de Orat.

Nihil est laudabilius, nihil magno & præclare
viro dignis placabilitate & clemencia, que ita p-
bæda est, ut adhibetur Reipublicæ causa severi-
tas sine qua administraræ ciuitas nō potest. 1. Of.

In rebus prosperis, & ad voluptatem nostram
fluentibus, superbiam magnopere, fastidium, arro-
gantiāmque fugiamus. Nam ut aduersas, sic se-
cundas res immoderatè ferre, lenitatis est: præcla-
rāque est aquabilitas in omni vita, & idem sem-
per vultus, eademq; frans. 1. Offic.

Omnibus est odio crudelitas, & amoris pietas &
clementia. Cic. C. Cassio, Famili. lib. 15

*E*st hominum natura maxime inimica cruda-
litatis. 3. Offic.

Satis est homines imprudētia lapsos nō exigere:
vrgere verò iacentes, aut præcipitātes impellere,
certe est inhumanum. Pro Rabir. Positum.

Amor & amicitia.

65

Amititia, nihil aliud est, nisi omniū diuinarum, humanarūque rerū cum benevolētia & charitate summa consensio: qua quidem haud scio an (excepta sapientia,) quicquam melius homini sit à diis immortalibus datum. In Lelio.

Amicitiam omnibus rebus humanis anteponamus. Nihil est enim tam naturae aptū, tam conueniens ad res vel secundas, vel aduersas. In Lelio.

Quae ridentur utilia, honores, dimitiae, voluptates, & cetera generis eiusdem, haec amicitia nunquam anteponendasunt. In Lelio.

Amicitia plurimas rei continet: quoquò te verberis præstò est: nullo loco excluditur, nūquam incœpitiua, nūquam molesta est. Itaque nō aqua, non igni, non aere (ut aiunt) pluribus locis utimur, quam amicitia. Nam & secundas res splendidiores facit amicitia, & aduersas partiens, communicansque leuiores. Nec debilitari animos, aut cadere patitur: verum etiam iam amicum qui intuetur, tāqñā exēplar aliquod intuetur sui. Quocirca & absentes adsunt, & egentes abundat, & imbecilles valēt, & (quod dictu difficultius,) mori vivunt. In Lelio.

In amicitia omnia insunt que putant homines expetenda, honestas, gloria, tranquillitas animi, atque iucunditas: ut cùm hæc adsint, beata vita sit, & sine iis esse non posse. In Lelio.

De amicitia omnes ad vnum idem sentiunt, &

ij qui ad R^epublicam se contulerunt, & ij qui rerum cognitione, doctrināque delectantur, & ij qui suū negotium gerūt otiosè: prostremò ij qui se totos tradiderūt voluptatibus, sine amicitia vitā esse nullā sentiūt, si modò velint aliqua ex parte liberaliter viuere. Serpit enim nescio quo modo p^r omniū vitam amicitia, nec ullam etatis degende rationem patitur esse expertem sui. In Lelio.

Laus & charitas sunt vita sine metu degende presidia firmissima. 1.de Finib.

Amicitia presidiū est firmissimū. 1.de Finib.

Rerum omnium nec aptius est quicquam ad opes tuendas ac tenellas, quam diligi: nec alienius, quam timeri. 2.Offic.

Charum esse ciuem, benē de Repub. mereri, laudari, coli, diligi, gloriosum est: metui verò & in odio esse, inuidiosum, detestabile, imbecillum, caducum. 1.Philip.

Diligī, & charum esse, incundum: propterea quod tutiorem vitam & voluptatem efficit pleniorēm. 1.de Finib.

Sine amicorum benevolentia, neque in aduersa, neque in secunda fortuna quisquā viuere potest. Marcel.Cic.Famil.lib.4

Amicitia colenda est, quod sine ea tutò, & sine metu vieti nō poscit, ne iucundè quidē. 2.de Finib.

Nulla potest esse incunditas, sublata amicitia. Pro Plancio.

Quis est, prò deum fidem, qui velit vt neque

et ij

diligat quenquam, ne ipse ab ullo diligatur: circumstare omnibus copiis, atque in omnium rerum abundantia vivere? Hac enim est tyrannorum vita, nimis in qua nulla fides, nulla charitas, nulla stabilis benevolentia potest esse fiducia: omnia semper suspecta atque solicita sunt, nullus locus amicitiae. In Lilio.

Omnis ratio et institutio vitae adiumenta hominum desiderat. In primisque ut habeas quibuscum familiares conferre possis sermones. 2. Offic.

Nullo modo sine amicitia firma et perpetuam secundatem vitae tenere possumus. Nec vero ipsam amicitiam tueri, nisi eaque amicos, ac nosmetipsos diligamus. 1. de Finib.

Nullius opes tantae fuerunt, aut tanta esse possunt, que sine multorum amicorum officiis stare possint. Pro Plancio.

Omnium rerum quas ad beatem vivendum natura paravit, nihil est maius amicitia, nihil rubeius, nihil iucundius: quum solitudo et vita sine amicis, insidiarum et metus plena sit. Ratio ipsa monet amicitias comparare: quibus partis, conservatur animus, et a spe pariedarum voluptatum sciungi non potest. 1. de Finib.

Maximum est bonum amicitia: plurime sunt delectationes in ea. 1. de Inuent.

Amicitia nihil est rubeius. Cic. Appio Pulchro, Famil. 3

Hac est una via et laudis et honoris et dignitatis, a bonis viris et sapientibus, et bene et

natura constitutis laudari & diligi. Pro Sestia.

Violari amicitiam, apud maiores nostros nefas erat. Cic. Appio Pulch. Famil. lib. 1.

Violare amicitiam, hoc grauissimum crimen iudico. Philip. 2.

Quibus in rebus ipsi interesse non possunt, in his opera nostra ricaria fides amicorum supponitur: quam qui ledit, oppugnat commune omnium prasidum: & quantum in ipso est, disturbat vitam societatem, non enim possumus per nos omnia agere. Alius in alia re est magis utilis. In circò amicitiae comparatur, ut commune commodum mutuis officiis gubernetur. Pro Roscio Amer.

Quoniam res humanæ fragiles, caducæq; sunt, semper aliqui acquirēdi sunt quos diligamus, & à quibus diligamur. Charitate enim, benevolentiaque sublata, omnis est è vita sublata incunditas. In Lelio.

Est ea iucundissima amicitia, quam similitudo morum coniugauit. 1. Offic.

Omnium societatum nulla præstatiōr est, nulla firmior, quam cum viri boni, morib⁹ similes, sunt familiaritate cōiuncti. Nihil enim amabilius, nec copulatius, quam morū similitudo bonorū. 1. Offi.

Nihil est apti⁹ vita, nihil ad beatè viuen-dū accommodatius, quam cū viris bonis, iucūdis, amati⁹ bus nostri viuere. M. Cic. Pa. Peto, Famil. lib. 9.

In quibus sunt eadem studia, eadem voluntates, in his sit, ut equè quisq; altero delectetur ac seipso:

efficiturque id quod Pythagoras vult in amicitia, ut unus fiat ex pluribus. 1.Offic.

Nihil minus hominis esse videtur, q̄ nō respondeat in amore ius, à quibus prouocere. Cic. ad Brut.

Benevolentiam non adolescentiū more, ardore quodam amoris, sed stabilitate potius & cōstantia iudicemus. 1.Offic.

Eodem modo erga amicum affecti simus, quo erga nosmetipso: & nostra i amicos benevolentia, illorum erga nos benevolentiae pariter, & equaliter que respondeat. In Lelio.

Est i amicitia necessarium, vt alter nihilo sese plus quam alterum diligat, quod si tantillum interficit, iam amicitiae nomen occiderit: cuius est ea vis, vt simulacrum sibi aliquid, quam alteri, maluerit, nulla sit. 1.de Legib.

Vetus est lex illa iusta, veraq; amicitia, vt idem amici semper velint, neque est ullus certius amicitiae vinculum, quam consensus & societas cōsiliorum & voluntatum. Pro Plancio.

Non est sancta amicitia, nisi ipse amicus per se ametur toto pectore, vt dicitur: qui quidem amicus est, desperatis emolumenis & fructibus.

1.de Legibus.

Amicorum bona communia. 1.Offic.

Confirmata amicitia & perspecta fide, commemoratio officiorū superuacanea est. C. App. Pule. Famil. lib.3

odiosum est sane genus hominū, officia expre-

brantium, qua meminisse debet is, in quem collata sunt, non cōmemorare qui contulit. In Latio.

Qui fortunis alicuius inducti amicitiam eius sequuntur sunt, his simulatque fortuna et affa est, deuolant omnes. Cūm enim recessit res ea, quae fuit cōsuetudinis causa, nihil superest quare possint in amicitia retineri. 4. ad Herenn.

Vt hirundines. 4. ad Herenn. In Simil. 93

Non facile dijudicatur amor verus & fidelis, nisi aliquid ineidat eiusmodi tēpus, ut quasi aurum igne, sic benevolentia fidelis periculo aliquo perspici possit: cetera sunt signa communia. Cic. Pat. Pato, Famil. lib. 8

Amicus certus in re incerta cernitur. In Latio.

Amare nihil aliud est, nisi cum ipsum diligere quem ames, nulla indigentia, nulla utilitate qua sita. In Latio.

Nihil est aliud amare, à quo amicitiae nomine dicitur est, nisi velle bonis aliquē affici quā plurimis, etiā si ad se ex iis, nihil redeat. 2. de Finib.

Charum ipsum verbum est amoris, ex quo amicitiae nomen est ductum: quam si ad fructū nostram referemus, non ad illius cōmoda quem diligimus, non erit ista amicitia, sed mercatura quedā utilitatem suarum, Prata, & arua, & pecudum genites diliguntur isto modo, quod fructus ex iis capiuntur: heminum charitas & amicitia gratuita est. 1. de Nat. Deor.

Etiam si nulla sit utilitas ex amicitia, tamen

G 114.

ipſi amici propter ſeipſos amētur. Etenim ſi loca ſi fana, ſi vrbes, ſi gymnaſia, ſi campū, ſi canes, ſi equos, ſi ludicra exercēdi aut venādi cōſuetudine ad amare ſolemus, quātō id in hominū cōſuetudine facilius fieri poterit, & iuſtius? 1.de Finib.

Meipſum ames oportet, non mea, ſi verē amicis futuri ſimus. 1.de Finib.

Si fructibus & emolumētis & vtilitatibus amicitias colemus, ſi nulla charitas erit quae faciat amicitia ipsam ſua ſpōte, vi ſua, ex ſe, & propter ſe expetēdam: non dubium eſt quin fundos & iuſſulas amicis anteponamus. 2.de Finib.

Amicitia non ſub dubia vtilitatis ratione effici ſolet, ſed ipſa ex ſe oritur, & ſua ſponte naſcitur. 2.de Finib.

Plerique in rebus humanis, nihil quicquam bonum norunt, niſi quod fructuosum fit: & amicos tāquam pecudes, eos pótissimum diligunt, ex quibus ſperat ſe maximum fructum eſſe capturos: ita pulcherrima illa & maximē naturali carēt amicitia: nec ſibi ipſi exemplo ſunt, hæc viis amicitie qualis & quanta fit. Ipſe enim ſe quisque diligat, non ut aliquam à ſeipſo mercedem exigat charitatis ſue, ſed quod per ſe ſibi quisque charus eſt, quod niſi idem in amicitiam transferatur, verus amicus nunquam reperietur. In Lælio.

Eſt honestius de amicorum pecunia laborare, quam de ſua. Cic.ad Brut.Fam.lib.13.

Muli vitā neglexerunt, vt eos, qui hiſ chario-

res, quām ipsi sibi essent, liberarent. Par. Orat.

In omnibus nouis cōiunctionibus interēst, quālis primus aditus sit, & qua cōmendatione quasi amicitiae fores aperiantur. Cic. Brut. Fam. li. 15

*Cūm in amicitia, quæ honesta nō sunt postulan-
tur, religio & fides anteponatur amicitia. 3. Offi.*

Si in hominib⁹ eligēdis nos spes amicitie fefellerit ut vindicemus, missos faciam⁹. 4. Act. 3. Ver.

*Amicitias, quæ minus delectant, & minus pro-
bantur, magis decere censem sapientes sensim dis-
suere, quām repente præscindere. Cauēdum erit i-
gitur, ne non solū amicitiae deposita, sed inimi-
citiae etiā suscepta videantur. Nihil enim est tur-
pius, quām cum eo bellum gerere, qui cum fami-
iliariter vixeris. 1. Offic.*

*Vna ista sit cautio, atque una prouisio in ami-
citia, vt ne nimis citò diligere incipiamus, né ve-
non dignos. Digni autem sunt amicitia, quibus in
ipsis inest causa cur diligentur. In Lelio.*

*Nihil est quod studio & benevolentia, vel amo-
re potius effici non possit. C.R. ut. Fa. 13*

*Sine studio & ardore quodam amoris, in vita
nihil quicquam fit egregium. 1. de Orat.*

*Tu de amicitiae, amicorumque officiis plura lege
apud Ciceronem in dialogo, qui Lælius inscribi-
tur; est enim Cicero in eius laudibus multus.*

Adulatio. 66

*Nulla in amicitiis pestis est maior, quæ assen-
tatio, blanditia, adulatio. In Lelio.*

Simulatio amicitiae repugnat maxime: delet enim veritatem sine qua nomen amicitiae valere non potest. In Lelio.

Semper auget assentatio id, quod is, cuius ad voluptatem dicitur, vult esse magnum. In Lelio.

Cauendum est ne assentatoribus patefaciamus aures, nec adulari nos sinamus, in quo falli facile est: tales enim nos esse putamus ut iure laudemur. In Lelio.

Affentatio quamvis perniciosa sit, nocere tamen nemini potest, nisi ei qui eam recipit, atque ea delectatur. Ita fit, ut is assentatoribus patefaciat aures suas, maxime qui ipse sibi assentetur, & se maximè ipse delectet. In Lelio.

In obsequio comitas adsit, assentatio vitiorum adiutrix procul amoueatur, que non modo amico, sed ne libero quidem digna est. In Lelio.

Turpis est assentatio. Ad Atticum lib. 13.

Blanditia cum vitiosa sit ac turpis in cetera vita, tamen in petitione magistratus est necessaria: benevolentiam tamen cuius blanditiis & assentationibus colligere turpe est. De petitione Cosul.

Mihi hereditates non honeste videntur, si sunt blanditiis officiorum, non veritate, sed simulazione acquisite. 3. Offic.

LIBERALITAS.

67

*L*iberalitate nihil est nature hominis accommodatus, sed habet multas cautiones. Videatur enim primū, ne absit benignitas & ius ipse

quibus videbitur benignè fieri, & ceteris, nā quā
alii nocent, vt in alios liberales sint, nō beneficii,
neq; liberales, sed perniciosi iudicandi sunt: Dein-
de ne maior sit benignitas, quām facultas, nā quā
benigniores esse volunt, quām res patitur, primū
in eo peccant, quod iniuriosi sunt in proximos.
Videre etiam licet, plerosq; non tam naturā libe-
rales, quam quadam gloria inductos, vt beneficii
videantur facere multa, quae videntur magis pro-
ficiisci ab ostentatione, quām à voluntate. Fum il-
lud vnum considerandū est vt pro dignitate cu-
iusque tribuatur, in quo mores erunt spectandū
eius, in quem beneficium conferetur. 1. Offic.

Danda est opera, vt iis beneficiis quamplurimis
afficiamus, quorum liberis, posterisq; proda-
tur memoria. 2. Offic.

Liberalitate qui vtuntur, benevolentiam fibe
conciliant, & (quod altissimum est ad quietē vi-
uendum) charitatem. 1. de Finib.

Beneficium & gratia, vincula sunt concordie.
2. de Finib.

Ea liberalitas est probanda, que fine pericula
existimationis est. 4. Att. in Verr.

Non ita claudenda est res familiaris, vt eam
benignitas apperire non possit, nec ita referenda,
vt pateat omnibus. Sequuntur enim largitionem
rapina. Cūm enim dādo egere cōperint homines,
alienis bonis manū afferre coguntur, nec tanta
studia assequuntur eorū, quibus dederunt, quāta

odia eorum, quibus ademerunt. 2.Offic.

Cui res erupta est, est inimicus: cui data est, etiam disimulat se accipere voluisse. 2.Offic.

Bene præcipit Ennius, ut quicquid sine detractione posset commodari, id tribuatur vel ignoto. Ex quo sunt illa communia Non prohibere aquam profluentem. Pati ab igne capere ignem: Si quis velit consilium fidele deliberati dare, quæ sunt iusticia qui accipiunt, danti non molesta. Cuius versus non pudebit subscribere.

Homo qui erranti comiter monstrat viam.

*Quasi lumen de suo lumine accendat, facit,
Ut nihil minus ipsi luceat, cum illi accenderit.*

1.Offic.

Sunt multi splendoris & gloria cupidi, qui eripiunt ab aliis quod aliis largiantur: iisque arbitrantur se beneficos, in suos amicos visum iri, si locupletent eos quacunque ratione. Id autem tantum abest ab officio, ut nihil magis officio possit esse contrarium. 1.Offic.

Properior liberalitas esse debet in calamitosos, nisi forte erunt digni calamitate. Benefacta enim, ut ait Ennius, male locata malefacta sunt. 2.Offic.
Melius apud bonos, quam apud fortunatos, beneficium collocari puto. 2.Offic.

Liberalis est, qui suis facultatibus aut captos a prædonibꝫ redimit, aut æs alienum suscipit amicorū causa, aut in filiarū collocatione adiuuat, aut opulatur vel in re querenda, vel augēda. 2.Offic.

Tu si quid requiris amplius, leges primum
& secundum officiorum.

Prodigus. 68

Prodigi sunt qui pecunias profundunt in eas
res, quarum memoriam aut breuem, aut nul-
lam sunt relicturi omnino. 2. Offic.

Largitio fundum non habet. 2. Offic,
Multi patrimonia sua effuderunt inconsultè.
largiendo. 2. Offic.

Sequuntur largitionem rapinae. 2. Offic.

Ne eos fideles tibi putas. 2. Of. in Apoph. 72.

In referenda gratia quales
esse debeamus. 69

In collocando beneficio, & in referenda gra-
tia, hoc maximè officij est, ut quisque opis ma-
xime indigeat, ita ei potissimum opitulari quod
contrà sit à plerisque: à quo enim plurimum
sperant etiam si illi ius non eagent, tamen ei potis-
sum inservinnt. 1. Offic.

Quis est qui in opis & optimi viri causa.
2. Offic. Vide Corrupti mores. 116.

Acceptorum beneficiorum sunt delectus habe-
di & in primis quo quisque studio, vel benevolé-
tia fecerit, ponderandum est. Multi enim multa fa-
ciunt temeritate quadam, sine iudicio vel modo
in omniis, vel repentino quodam impetu animi,
quasi vento incitati: quæ beneficia æquè magna
non sunt habenda, atque ea quæ iudicio, confide-
ratè, constanterq; delata sunt. 1. Offic.

In referenda gratia, si modò Hesiodo creditus, debemus imitari agros fertiles, qui plus multò adferant, quām acceperunt. Etenim si in eos quos speramus nobis profuturos, non dubitamus officia conferre, quales in eos esse debemus qui iam profuerunt? I. Offic.

Hesiodum illud laudatur à doctis, quod eadem mensura reddere imbet, qua acceperis, aut etiam cumulatiore, si possis. De claris Orat.

Leue est onus, beneficij gratia. Pro Plan.

*Sera gratulatio reprehendi non folet, præser-
tim si nulla negligentia prætermissa est. Cic. Cu-
rioni. Famil. 2*

*Non est equum, tempore & die memoriam be-
neficij definiri. Ad Quirites post red.*

*Viciscēda iniurie facilitioratio est, quām bene-
ficij remunerandi: propterea quod superiorē esse
contra improbos, minus est negotiū, quām bonis
exequari, tum etiam ne tam necessariorum quidem
est malē meritis, quām optimē meritis referre
quod debeas. Ad Quirites post redditum.*

*Aliud pecuniam debere, aliud
gratiam. 70*

*N officio persoluendo dissimilis ratio debita
pecunia est, propterea quod pecuniam qui re-
tinet, non dissoluit: qui reddit, nō habet gratiam,
& qui reddit habet: & qui habet dissoluit. Ad
Quirit. post redditum.*

Dissimilis est pecunia debitio & gratia. Nam

qui pecuniam dissoluit, statim non habet id quod reddidit: qui autem debet, is retinet alienū. Cratiam autem & qui refert, habet: & qui habet, non eo ipso quod habet, refert. Pro Planc.

Commodè dixit, quicunq; dixit, Pecuniam qui habeat non redidisse: & qui reddiderit, non habere. Cratiam autem & qui retulerit, habere: & qui habeat retulisse. 2. Offic.

Ingratus.

71

Nemo gratiarum immemor, est gratus inuentus. Post redditum ad Senat.

Omnes, immemores beneficij oderunt. 2. Offic.

In ingratitudine, nihil malis non inest. Ad Atticum. 8

Nihil est tam inhumanum, tam immane, tam ferum, quām committere ut beneficio, non dicam indignus sed virtus esse videare. Pro Planc.

Non solum gratus debet esse qui accepit beneficium, verum etiam is cui potestas accipieb̄ fuit. De prouinc. consul.

Cum gratia ferri non potest quanta debetur, ha-
benda tamen est quantam maximam animi no-
strī capere possunt. Philip. 3.

Fortitudo & magnanimitas.

72

Viri propria maxime est fortitudo, cuius ma-
nera duo maxima sunt, mortis dolorisq; con-
temptio. 2. Tuscul.

Est fortitudinis proprium & magnitudinis a-
imi, nihil eximescere, omnia humana despicere

*nihil quod homini accidere possit, intolerandam
putare.* 3. Offic.

*Fortitudo est scientia perferendarum rerum, vel
affectionis animi in patiendo & perferendo summa
legi parens sine timore.* 4. Tuscul.

Fortitudo est virtus, pugnans pro aequitate.
1. Offic.

*Fortes & magnanimi sunt habendi, non qui fa-
ciunt, sed qui propulsant iniuriam.* 1. Offic.

*Nemo poterit esse celsus & erectus, & ea que
hominis accidere possunt, omnia parva ducere, nisi
omnia bona sibi in se posita censembit.* 5. Tuscul.

*Fortes viri, non tam præmia sequi solent recte
factorum, quam ipsa recte facta.* Pro Milo.

*Et virorum fortium, virtute prestare tatum, ut pos-
sint fortuna culpa non extimescere.* Philip. 13.

*Magna laus & admirabilis videri solet, tulisse
casus sapienter aduersos non fractum esse fortuna
retinuisse in rebus asperis dignitatē.* 2. de Orat.

*Est viri fortis, ne supplicius quidem moueri, ut
fortiter fecisse poniteat.* Pro Milone.

*Qui magno animo est atque fortis, omnia que
cadere in hominem possunt, despicit & pranihilo
putat, atque iste vir altus & excellens magno
animo, vere fortis, infra se omnia humana ducit.*
3. de Finib.

*Homines magno animo erectique viuentes,
sempersunt beati, qui omnis motus fortuna muta-
tionesq; rerum, & temporum, leues & imbecilles
fore*

fere intelligent, si in virtutis certamen venerint.
5.de Finib.

Est suum in nobis, ut & aduersa quasi perpetua obliuione obruamus, & secunda iucundè ac suauiter meminerimus. 1.de Finib.

Eaque eximia plerisque & præclara videntur, parua ducere, eaq; ratione stabili formaq; cōtemnere, fortis animi magniq; ducendum est: & ea que videntur acerba, ita ferre ut nihil à statu naturæ discedas, nihil à dignitate sapiësis, robusti animi est, magnaq; constantiæ. 1.Offic.

Siqui inducunt animum, illa quorum splendore capiuntur, vires, valetudinem, pulchritudinem, diuitias, honores, opes cōtemnere, eaq; que sis cōtraria sunt, pro nihilo ducere, tū poterunt clarissima voce cōfiteri, se neque fortune impetu, nec multitudinis opinione, nec dolore, nec paupertate terretri, omniaq; sibi in se posita, neq; esse quicquā extra suā potestatē quod ducant in bonus. 5.Tusc.

Robustus animus & excelsus omni est liber cura & angore, cum & mortem contemnit, & ad dolores ita paratus est, ut meminerit maximos luctus morte finiri, paruos multa habere internalia requiescit, mediocrum nos esse dominos, ut si celestibiles sint, feramus: si minus a quo animo è vita, quam ea non placent, tanquam ex theatro exeamus. 2.de Finib.

Diuitias contemnere, & pro nihilo ducere, magis animi & excelsi est. 3.Offic.

*Nihil est tam angusti animi, tamq; parui: quam
amare diuitias. Nihil honestius, magnificientius
que, quam pecuniam contempnere, si non habeas:
si habeas, ad beneficentiam, liberalitatemq; con-
ferre.* 1. Offic.

*Maxime admiramur eum, qui pecunia non mo-
uetur: quod in quo viro perspectum sit, hunc di-
gnum spectatu arbitramur, quod eas res spernit
& negligit, ad quas plerique inflammati audi-
tate rapiuntur.* 1. Offic.

Tu plura. Offic. primo, &c de Orat. tertio.

Contemptores diuitiarum. 73

*M*ulti diuitias despiciunt, quos patuo con-
tentos, tenuis victimus cultusq; delectat. Ho-
nore verò, quorum cupiditate quidam inflammā-
tur, quam multi ita contemnunt, ut nihil inanius
esse, nihil leuius existiment. Item cetera, qua qui-
busdam admirabilia videntur, permulti sunt. quā
pro uihilo putent. In Latio.

*Caduca semper & mobilia hec esse duxi, non
virtutis atque ingenij, sed fortunæ, ac temporum
muera, quorum ego non tam facultatē unquam,
& copiam expetendā putavi, quam & in utero
rationē, & in carendo patientiā. Pro Domo Sua.*

Ambitio. 74

*M*iserima est omnino ambitio, honorumque
contentio. 1. Offic.

*Maxime adducuntur plerique, ut eos iustitia
capiat obliuio, cùm in imperiorum, honorum, gle-*

rianē cupiditatem inciderint. 1. Offic.

Quicquid est huiusmodi, in quo nō possunt plus res excellere: in eo plerūque sit tanta contentio, ut difficillum sit sanctam seruare societatem: difficile est enim quum præstare ceterū concupiueris seruare equitatem. 1. Offic.

Multi iniqui. 3. Offic. In Apophth. Sr.

Nulla sancta societas. 1. Offic. in Apop. 120.

Pestis maior esse nulla in amicitia potest, quam in quibusdam honoris certamē & gloria, ex qua iniuriciæ maxime sapè inter amicissimos extiterunt. In Lelio.

Facillimè ad res iniustas impellitur, ut quisque est altissimo animo & gloria cupido. 1. Offic.

Complures se scelere contaminarunt imperij cupiditate. 3. Offic.

In liberis ciuitatibus regnandi cupiditate nihil tetrius, nihil fœdius excogitari potest. 3. Offic.

Cauenda est gloria cupiditas: eripit enim libertatem; pro quam agnanimis viris omnis debet esse contentio. 1. Offic.

Timida est ambitio, & folicta cupiditas Magistratus: omnia non modò qua reprehendi patam, sed etiā qua obscure cogitari possunt, timeamus: rumorens, fabulam fictam, falsum perhorrescimus: ora omnium utque oculos intuemur. Nihil enim est tam molle, tam tenerum, tam aut fragile, aut flexibile, quam voluntas erga nos sensusq; ciuium: qui non modò improbitati irascun-

H ij

tur candidorum, sed etiam recte factis saepè faciunt. Pro Milo.

Arrogantia.

75

Ex copia, atque rerum omnium affluentia, primo arrogantia nata est. De lege Agr. ad pop. contra Rullum.

Deforme est de seipso prædicare, falsa præstatio, & cum irrisione audientiū imitari militem gloriosum. 1.Offic.

Quoniam omnis arrogantia odiosa est, tum illa ingenui atque eloquentie multò molestissima. Diuin. in Verr.

*E*st minimè inepiti homini, & eiusdem etiam faceti, cum de sapientia disceptetur, hāc fibi ipsam detrahere, eis tribuere illudentem, qui eam fibi arrogant, ut apud Platonem, Socrates in cœlum effert laudibus Protagoram, Hippiam, Predicū, Corgiam, ceteros: se autem omnium rerum insciū fingit, & rudem. De Clar. Orat.

Temeritas & pertinacia.

76

Omnis actio vacare debet temeritate & negligentiā. 1.Offic.

*N*ihil est temeritate turpius, nec quicquam tam indignū sapientis gravitate & constanter, quam aut falsum sentire: aut quod non satis exploratē perceptum sit & cognitum, sine tulla dubitatione defendera. 1. de Nat. Dear.

*N*ihil est à gravitate sapientis, errore, lenitate, temeritate disiunctius. 4. secad.

a.b

Nihil sentire est melius, quam prava sentire.
Pro Cluent.

*Vt hoc pulcherrimum est, vera videre, sic prove-
ris probare falsa, turpisimum est.* 4. Acad.

*Satius est id ipsum de quo ambigitur, cōcedere,
quam impudenter resistere.* 1. de Nat. Deor.

*Quid est iam futile, quam quicquam appro-
bare non cognitum?* 1. Acad.

*Insignis est temeritas, cum aut falsa aut inco-
gnita res approbatur. Nec hoc quicquam est tur-
pis, quam cognitioni & perceptioni assertionē
approbationēque præcurrere.* 1. Acad.

*Quid est stultus, quam incerta pro certis ha-
bere, ac falsa pro veris?* Cato Maior.

*In parum cognitis stulte, & dīs persenerare,
turpe est.* 2. de Inuent.

Ne cui rei temerè aut arroganter assenserimus
2. de Inuent.

*Ipsa consuetudo assentiendi periculosa esse vi-
detur, & lubrica.* 1. Offic.

*Temerè affirmare de altero, est periculsum,
propter occultas hominum voluntates, multipli-
cēque naturas.* Cic. Bruto.

*Cauendum est, ne incognita pro cognitis ha-
beamus, si que temerè assentiamus, sed adhibea-
mus ad considerandas res & tempus & diligen-
tiam.* 1. Offic.

*Nos refelli, redargui; patiamur: quod hi ferūt
animo iniquo, qui certis quibusdam destinatis* q;

*sententius, quasi addicli ex coſecrati ſunt, eaq; ne-
ceſſitate coſtricti, vt etiā qua nō probare foſeant,
ea cogantur conſtantie cauſa defendere.* 2. *Tufc.*

*Pleriq; errare malunt, eamq; ſententiam quā am-
adamauerunt pugnaciſſimē defendere, quām fi-
ne pertinacia, quod conſtantissimē dicatur, ex-
quirere.* 4. *Acad.*

vt neceſſe eſt lance in libra. 4. *Acad. in Sim. 68*
*Sæpe, nullā ratione, quorundam tantum
opinione & autoritate nitimur.* 77

I *D ratum habent homines, quod ab eo quē pro-
bant, iudicatum vident.* 1. *de Nat. Deor.*

*Tuemur ea, qua dicta ſunt ab iis quos proba-
mus.* 1. *de Finsb.*

*Non tam autoritatis in diſputando, quām ra-
tionis momenta quārenda ſunt. Quinetiā obeft
plerunque iis qui diſcere volunt, autoritas eorum
qui ſe docere profitentur. Desinunt enim ſuum iu-
dicium adhibere: ed habent ratum, quod ab eo
quem probant, iudicatum vident. Nec verò pro-
bare foſeo id, quod de Pythagoreis accepimus,
quos ferunt, ſiquid affirmarent in diſputando,
quum ex eis quareretur quare ita eſſet, reſponde-
re ſolitos. Ipſe dixit.* 1. *de Nat. Deor.*

*Concepta ſemel opinio vix
deponitur.* 78

I *M petrari non poſteſt, quin quale quidque vi-
deatur ei, talem quifque de illo opinionem ha-
beat.* *Cicer Bruto.*

*Difficile est mutare animum, & si quid est pe-
nitus insitum moribus, id subito euellere. Cicero
Quin. Fratri.*

Similitudo & exemplum, homines plu-
rimum per mouere solet. 79

Duo illa nos maximè mouent, similitudo &
exemplum. 3. de Orat.

*Quod exemplo fit, id etiam iure fieri putant ho-
mines. C. Servio Sup. Famil. 4.*

Populus. 80

Maximus magister populus. 3. Tuscul.
Populus sine comparatione probat, esse
melius, non sentit illud quod est, qualemque est
probat. De Clar. Orat.

Sic est vulgus, ex veritate pauca, ex opinione
multa estimat. Pro Rosc. Com.

Homines opinione nō minus fame, quam aliqua
certa ratione commoueri solent. Pro lege Manil.

Fama, & multitudinis iudicio mouentur ho-
mines, ut id honestum putent, quod à plerisq; lau-
detur. 2. Tuscul.

In imperita multitudine est varietas & incon-
stantia. & crebra tanquam tempestatum, sic sen-
tientiarum commutatio. Pro Domo sua.

*Qui in oculis est multitudinis, tamen illius in-
dicio stare nolit: nec quod illa putat, idem putes
pulcherrimum. 2. Tuscul.*

Nos opinionibus vulgi rapimur in errorem, nec
vera cernimus. 2. De Legib.

Plus apud nos ratio valeat, quam vulgo opinio.
i. Parad.

Crauior & validior est decem virorum bonorum sententia, quam totius multitudinis imperata. Pro Planc.

Non comitiis iudicat semper populus, sed mouetur plerunque gratia, cedit precibus, facit eos, a quibus est maximè ambitus: deniq; si iudicat, non delectu aliquo aut sapientia ducitur ad iudicandum, sed impetu nonnunquam & quadam etiam temeritate. Non est enim consilium in vulgo, non ratio, non discrimin, non diligentia: semperq; sapientes ea quae populus fecisset, ferenda, non semper laudanda duxerunt. Pro Planc.

Nullum fretum, nullus Euripus, tot motus, tantas, tam varias habet agitationes fluctuum, quantas perturbationes, & quantos astus habet ratio comitiorum. Dies intermissus unus, aut nox interposita sepe perturbat omnia, & totam opinionem parva nonnunquam commutat aura rumoris. Sepe etiam sineulla aperta causa fit aliud atq; existimamus, ut nonnunquam ita factum esse etiam populus admiretur, quasi verò non ipse fecerit. Pro Murana,

Timida est. Pro Milone. Ambitio. 71.

Libertas.

81

*L*ibertas, est potestas viuendi ut velis. Is vivit ut vult, qui recta sequitur, qui gaudet officio, cui viuendi via considerata atque prouisa est: qui ne legibus quidem propter metum paret, sed

tas sequitur atq; colit, quod salutare maximè iudicat, qui nihil dicit, nihil facit, nihil cogitat denique, nisi libenter ac liberè: cuius omnia cōsilia, resq; omnes quas egerit, ab ipso proficiuntur, eodemque seruntur: nec est vlla res qua plus apud eum polleat, quam ipsius voluntas atq; iudicium. Cui etiam fortuna ipsa cedit. Parad. penult.

Liber est is astimandus: qui nulli turpitudinē seruit. 4. ad Heren.

Libertatis proprium est, sic vivere ut velis.

I. Offic.

Ille mihi nō videtur liber, cui mulier imperat, cui lex imponit, prescribit, iubet, vetat quod videtur: qui nihil imperati negare potest, nihil recusare audet. Si poscit, dandum est: si vocat, veniendum: si eiicit, abeundum: si imminatur, extimescendum. Parad. penult.

Ita preclara est recuperatio libertatis, ut nemors quidem sit in repetenda libertate fugienda. Phil. p. 10.

Restiae, quas delectationis causa concludimus, cum copiosius alantur, quam si essent liberae, non facile tamen patiuntur se continerē. 5. de Finib.

Tu plenius vide qui proprii liberi sint,
Parad. penult.

Seruitus.

82

Seruitus est, obedientia fracti animi & abiecti, arbitrio carentis suo. Parad. penult.

Omnibus grave seruitutis iugum esse debet in-

libertate educatis. Antequam iret in exilium.

Nemini animus bene informatus à natura parere debet, nisi præcipiēti aut docenti, aut utilitatis causa iuste & legitimè imperanti, ex quo animi magnitudo existit, humanarūq; rerum concentio. 1. Offic.

Omnis est misera seruitus. Philip. 10.

Nihil est fœdius seruitute: ad decus & libertatem nati sumus. Philip. 12.

Cùm omnis seruitus est misera, tum verò intolerabile est seruire impuro, impudico, effeminato. Philip. 3.

Mors est seruitute potior. Philip. 10.

Mors seruituti, turpitudiniq; anteponenda. 1. Offic.

Exilium.

83

Exilium est scelerum pœna. Paradox. 4.

Exilium ibi est, vbi virtuti non est locus. Pro Milone.

Omnes scelerati & impūi, quos leges exilio affici volunt, exules sunt, et si solum non mutant. Parad. 4.

Exilium terribile est ius, quibus quasi conscriptus est habitandi locus, non ius qui omnē orbem terrarum viam urbem esse dicunt. Parad. 4.

Si abesse à patria miserū est, plena misericordia sunt prouinciae, ex quibus admodum pauci in patriam reuertuntur. 5. Tuscul.

Ad omnem rationem Tenui vox accommoda-

ri potest. Patria est, ubiunque est bene. 3.Tusc.

Exilium, non supplicium est, sed profugium, portisq; supplicij: nam qui volunt paenam aliquā subterfugere, aut calamitatem, eosolum vertunt, hoc est, sedem ac locū mutat: qui si in ciuitate legis vim subire vellent, non prius ciuitatem, quam vitā amitterent: quia nolunt, non adimitur iis ciuitas, sed ab iis relinquitur atq; deponitur. Pro Cencina.

Exilium id, quod fit propter alienam, offendit populi voluntatem, malum est. 1.Tusc.

Famae seruendum. 84

Non est res nulla tanti; aut commodum ullum tam expetendum, ut viri boni & splendorem & nomen amittas. 3.Offic.

Non est negligenda fama: nec mediocre telum ad res gerendas existimare oportet benevolentiam ciuium. In Lælio.

Negligere quid de se quisque sentiat, non solum arrogantis est, sed etiam omnino dissoluti. 1.Offic.
Perditissima ratio est diligere reformam, negligere famam. 4.ad Heren.

Ex sententiis omnium nostra fama pendet. In Piso.

Est hominis ingenui & liberaliter educati, velle bene audire a parentibus, a propinquis, a bonis etiam viris, & futurae post mortem fama, etiam detracito vsu consulendum est. 3.de Finib.

Bona existimatio pecuniis prestat. 2.de Orat.

Antiquior fit possessionibus gloria. 1.de Dini.

Danda est diligenter opera, ut hominum aures
optimo de nobis sermone compleantur. Nostrum:

Veritas.

85

Tantam semper potentiam veritas habuit,
ut nullus machinis, aut cuiusquam hominis
ingenio aut arte subverti potuerit. Et licet in cau-
sis nullum patronum aut defensorem obtineat, ta-
men per seipsa defenditur. Ex Orat. in Vatin.

O magna vis veritatis, quæ contra hominum
ingenia, calliditatem, soleritatem, contraq; fictas
omnium insidias, facile se per seipsa defendat.
Pro M. Celio.

Multorum improbitate depresso veritas emer-
git, & innocentia defensio interclusa respirat.
Pro Cluent.

Est interdum ita perspicua veritas, ut eam in-
firmare nulla res possit, tamen est adhibenda in-
terdum vis veritati ut eruatur. Pro Quintio.

Homini est propria veri inquisitio atque in-
vestigatio. 1. Offic.

Quod verū simplex, sincerumq; est, id est na-
turæ hominis accommodatissimum. 1. Offic.

Veritas odium parit. In Lælio.

Quæ valeant ad fidem faciendam, &
quibus maximè credamus. 86

In suadendo nihil est optabileius, quam dignas-
tas. De Orat.

Genus hoc sermonum positū in hominum ve-
terum autoritate, & eorum illustrium, plus nescio

quo pacto videtur habere gravitatis. In Lelio.
Opulentos homines, & atatis spatio probatos
dignos, quib⁹ credatur putamus. Nō recte fortasse;
sed vulgi opinio vix mutari potest. In Topicis.

A quibus verum auditur. 87

PVeritia, somnis, imprudentia, vinolētia, insania, eius generis sunt, ex quibus sapissimè verum auditur. In Topicis.

Multa finguntur, ut iis tanquam rebus gestis moucamur. 88

FIt plerunque, ut iij, qui boni aliquid volunt afferre, effingant aliquid, quò faciat id, quod nunciant, latius. Philip. I.

Conficta sunt multa à poëtis, ut effictos nostros mores in alienis personis, expressāmq; imaginem vitæ quotidiane videremus. Pro Rosc. Amer.

Mendacium 89

Tollerandum est ex rebus contrahendis omne mendacium. 3. Offic.

In virum bonum non cadit mentiri, emolumen ti sui causa. 3. Offic.

Quum iudici. 3. Offic. Vide Index: 33.

Nihil est turpis vanitate. 1. Offic.

Sordidi putatūr, qui mercātitia mercatoribus, quod statim vendant: nihil enim proficiunt, nisi admodum menjantur. 1. Offic.

Mendacio & mendaci nulla fides. 90

Quis met à veritate deflexit, hic non maiore religione ad perjurium, quam ad men-

dacum perduci consuevit. Et que pœna à dīs immortalibus periuro, hec mendaci constituta est. Non enim ex pactione verborum, quibus iusfrandum cōprehēditur, sed ex perfidia ac malitia, per quam insidie tēduntur alicui, dīj immortales irasci ac succensere consuerunt. Pro Rosc. Com.
vbi qui semel peierarit, ei credi postea, etiam si per plores deos iuret, non conuenit. Pro C. Rab.
Posthum.

Non ex libidine aut similitate, aut levitate ter-
ritium, cause honestorum hominum ponderari debent. Pro Sylla.

Ementiuntur sape homines in eos quos oderūt.
In Par. Orat.

Si qui ob emolumentum suum, cupidiss. aliquid dicere videntur, iis credere non conuenit. Pro
Font.

Autoritatem nullam debemus, nec fidem com-
mentitiis rebus adiungere. 2. de Divin.

Non verbis, sed facto probamur. 97

Omnis virtus in actione consistit. 1. Offic.

Non paranda nobis solum, sed fruenda
etiam sapientia est. 1. de Finib.

Non procacitat lingua, vita fardes eliduntur.
Cic. in Sallust.

Non ex singulis vocibus philosophi spēlrandi
sunt, sed ex perpetuitate atq; constantia: resq; spē-
clarior oportet, non verba. 5. Tuscul.

Virtus, integritas, probitas in homine, non li-

gue volubilitas, non ars, non scientia requiri solet.
Pro Planeio.

Ea magna voluptas est, aequalem ac parem ven
bis vitam agere: atque ita vivere, ut omnis oratio
meribus consonet. Cic. in Sall.

Misera est senectus, quae se oratione duntaxat
defendit. Cato Maior.

Ita vivunt quidem, ut eorum vita refellatur or
atio: atque ceteri existimantur dicere melius,
quam facere, quum sit melius facere, quam dice
re. 2. de Finib.

Sunt qui quum populi non solum cōmoda, ve
rum etiam salutem oppugnant & impedian, ora
tione asequi volunt, ut populares esse videātur.
Ut C. Cracchus, quum largitiones maximas fe
cisset, & effudisset ararium, verbis defendebat
ararium. 3. Tusc.

Epicurus tantummodo induit personā philoso
phi, & sibi hoc ipse nomen inscripsit, cūm nō mul
tū differret à iudicio ferarū, presertim quū omne
malum dolore definiat, bonū voluptate. 5. Tusc.

Cum philosophorum vita misérabiliter pugnat
oratio. 2. Tusc.

In philosophia. Orat. ad Brut. Vide. Philosop
hia. 19.

Non est fatis iudicare. 1. de Finib. Vide con
silium rem præcurrat. 29.

Plus in negotiis gerendis res, quam verba pre
sunt. 4. Acad.

Sunt facta verbis difficiliora. Cic. ad Q. u. Fr.
Est alienū viro, quod alteri præceperit, id ipsum
facere non posse. 3. Offic.

Quid verba audiam, cùm facta videam?
3. Tuscul.

Qui suos casus aliter ferunt, atque vt aliis au-
tores ipsi fuerunt, non sunt vitiosiores, quàm ferè
plerique, qui avaria avaros, gloriae cupidos glorioſi
reprehendunt. 3. Tuscul.

Noti imitari malos medicos, qui in alienis ma-
lis profitentur se tenere medicinæ scientiā, se ipſos
curare non possunt. Sed potius alii que tutè pre-
cipere soles, ea tibi subiice, atque apud unum
proponē. Seruius. Cic. Famil. 4.

Tu qualis es, talem te esse existimes, vt quantū
à rerum turpitudine abes, tantum te à verborum
libertate sciungas. Deinde vt ea in alterum ne di-
cas: quæ cùm tibi falsò responsa sint, erubescas.
Pro M. Calio.

Non etas in homine, sed virtus
consideranda.

92

Non canis, non ruge repente autoritatem af-
ferre possunt, sed honestè acta superior etas
fructus autoritatis præbet. extrémos. Cato
Maior.

Virtutis, quàm etatis, cursus celerior. Philip. 5.

Sermo & oratio.

93

Verba inuenta sunt, non que impedirent, sed
que indicarent voluntatem. Pro A. Cecin.
Inter

*Interpres mentis est oratio, verbis discrepans,
sententius congruens. 1.de Leg.*

*Sermone eo debemus rati, qui notus est nobis.
1.Offic.*

In primis prouideamus, ne sermo rituum aliquod indicet inesse moribus: quod maximè tū sollet euenire, cùm studiosè de absentibus detrahēdi causa, aut per ridiculū, aut severè, aut maledicè, contumeliosèq; dicitur. 1.Offic.

Quoties aliquid aut dicimus, aut loquimur, toutes de nobis iudicatur. 1.de Orat.

*Moderari animo & rationi. Cic.ad Q. Frat.
Vide Appetitus.52..*

Diligentissimè lingua m continere, mihi virtus interdum non minor videtur, quam omnino non irasci. Cic.ad Q u. Fratr.

Id ipsum dicere nunquam est non ineptum, nisi quum est necessarium. 1.de Orat.

Habent suum modum quæcumque opportuna dicuntur. 3.de Finib.

Tacere noli ubi nō oportet. Pro Rosc. Comæd.

Non est necesse omnium flagitia proferre. Pro Milone.

*Sepe grauius offendunt animos auditorum, qui aliena flagitia aperte dicunt, q̄ qui committunt.
Cic.in Sallust.*

*Homines notissimos sumere odiosum est, quum & illud incertum sit, velintne hi se se nominari.
Pro Rosc. Amer.*

Debemus considerare. Orat. ad Brut. Vide Circumstantia. 125.

Alia est ratio. Pro M. Celio. Vide Circumstantia. 125.

*Cavendum est, ne quid agendo faciendō ve facias,
cuius imitatio rideatur. De clar. Oratorib.*

*Fit nescio quo pacto. 1. Offic. Vide aliena &
videmus. 149.*

*Oratio debet esse ornata or sententias, quam ver-
bis. Part. Orat.*

*Non tam copia, quam modus in dicendo qua-
rendus est. Pro Leg. Manil.*

*Decorus est sermo senis, quietus & remissus,
facitq; perspē sibi audientiam diserti senis cōpta
oratio & mitis. Cato Maior.*

*Difficile est dictu, quanto pere conciliat animos
hominum comitas, affabilitasq; sermonis. 2. Offic.*

*Sermo familiaris quatenus moderandus sit,
lege plenius primo Offic. cap. Et quoniam
cum sequent,*

*De nobis in neutram partem
loquendum.*

94

*M*inime sibi quisque notus est, & difficil-
lime de se quisque indicare ac sentire po-
test. 3. de Orat.

*Nemo de se satis honeste, ac sine multorum in-
uidia loqui potest. Cic. in Vatin.*

*vt verecundius ipsi de se omnes scribant neces-
se est, si quid est laudandum: & pretereant, si quid*

reprehendēdū est : accedit etiam ut minor sit fidēs, minor autoritas . Cic.L.Luceio.Famil.5.

Multis doctrina non deest, sed

oratio.

95

Fieri potest ut rectè quis sentiat : & id quod sentit, politè eloqui non possit. 1.Tuscul.

Sunt qui se ita literis abdiderunt, ut nihil possint ex his, neque ad communem afferre fructum, neque in aspectum, lucemque proferre. Pro Archia Poëta.

Sunt quidam aut ita lingua hæsitates, aut ita voce absconi, aut ita vultu, motuq; corporis vasti atque agrestes, ut etiam si ingenio atque arte valeant, tamen in doctorum numerum venire non possint. Sunt autē quidam, ita naturæ muneribus in iisdem rebus habiles, ita ornati, ut nō nati, sed ab aliquo Deo fīcii esse videantur. 1.de Orat.

Sinistri quidam laudatores. 96

Sunt qui nihil laudat, nisi quod se imitari possent. 2.Tuscul

Nunc tantum quisq; laudat, quantum se posse sperat imitari. Orat.ad Brut.

Est iniqua, in omni re accusanda, prætermissis bonis, malorum enumeratio, vitiorumq; selectio. 3.de Leg.

Est liberum, alterum laudare, de quo, quicquid detrahatur, necesse est aut infirmitati, aut inuidia assignetur. Cecina Ciceroni, Famil.6.

Inuidia.

97

I. y

INuidentia, est agritudo ex alterius rebus se-
cundus. 3. Tuscul.

*Virtutis comes inuidia, plerūque bonos insepta-
tur. 4. ad Heren.*

*Late patet hoc vitium, & est in multis, inuide-
re scilicet. Cic. Appio Pulch. Famil. 3.*

*Mos est hominum, ut nolint eundem pluribus
rebus excellere. De clar. Orat.*

Plerique sunt inuidi, maximèq; est hoc com-
mune vitium & peruagatum: inuidetur autem
prstanti, florentiq; fortuna. 2. de Orat.

Inuident homines, maximè paribus aut inferio-
ribus, cùm se relictos sentiunt, illos autē dolēt euo-
lasse: sed etiā superioribus inuidetur sāpe vehe-
menter, & eā magis, si intolerātius se iactat, &
equabilitatem communī iuris, prstantia digni-
tatis, aut fortuna sue transeunt. 2. de Orat.

In iudiciis inuidia imbecillis esse debet: nihilq;
homini est tam timēdum, quam inuidia: nihil in-
nocenti suscepta inuidia, tam optandum, quam
equum iudicium. Pro Cquent.

Inuidia summus ordo caret. 3. de Legi.

*Inuidia virtute parta gloria, non inuidia, pu-
tanda est. 1. Innect. in Catil.*

Ira.

98

IRa (ut inquit Ennius) est initium insanie.
4. Tuscul.

Prohibenda est maximè ira in puniendo. Nunq;
enim iratus, qui accedet ad pœnā, mediocritatē il-

*Iam tenebit, quæ est inter nimirū et parū: cauendū
est igitur, ne maior sit pœna, q̄ culpa. 1. Offic.*

*Omnis animaduersio & castigatio, contumelia
vacare debet. 1. Offic.*

*Monitio acerbitate, & obiurgatio contumelia
careat. In Lelio.*

*Non sunt audiendi, qui grauiter irascendū ini-
micis putant. 1. Offic.*

*Obiurgationes etiā nonnunq̄ incidūt necessariæ,
in quibus vtendū est fortasse & vocis contētione
maiore, & verborū grauitate acriore, atq; etiam
illud ipsum quod acerbitatis habet obiurgatio, si-
gnificandū est ipsius id causa, qui obiurgetur, sus-
ceptum esse. Id agendū etiā est, vt ne ea facere vi-
deamur irati: sed vt ad vrendū & secandū sic ad
hoc genus castigandi rarò, inuitiq; veniemus: nec
vnq̄ nisi necessariò, si nulla reperiatur alia medi-
cina. Sed tamen ira procul absit, cū qua nihil re-
lè fieri, nihil consideratè potest. 1. Offic.*

*Semper ira procul absit, cum qua nihil recte, ni-
hil consideratè fieri potest. Quæ enim cū aliqua
perturbatione fiūt, ea nec constater fieri possunt,
neque ius qui adsunt probari. 1. Offic.*

*Proprium est irati, cupere à quo lassus videatur,
ei quām maximum dolorem inurere. 1. Offic.*

*Non est in nostra potestate, fodicantibus iis re-
bus, quas malas esse opinamur, dissimulatio vel
opinio. 3. Tuscul.*

Difficile est tacere, cūm deicas. Pro Sylla.

I iij

*Omnes lesi dolent, irati efferuntur. Pro M.Cal.
Habet quendam aculeum contumelia, quem
pati prudentes ac boni viri difficilimè possunt.
Ex c. aet. in Verr.*

*Doloris magnitudo vim quandam nobis dicen-
di dat & tribuit. Ad Attic.lib.4.*

*Leuiora sunt ea quæ repentinò aliquo motu acci-
idunt, quam ea quæ præmeditata atque præpa-
rata inferuntur. 1.Offic.*

Tu plura in eo libro, quæ ad hanc sen-
tentiam pertinent leges.

Timor, & metus. 99

RErum omnium nec aptius est quicquam.
2.Offic. Vide Amicitia.69.

Charum esse ciuem. Philip.1. Vide Amic.69.

*Benevolētiae vis est maxima, metus imbecillis.
2.Offic.*

*Nulla vis imperij tanta est, qua premente me-
tu possit esse diurna. 2.Offic.*

*Multorum odiis nullæ opes possunt obſistere.
2.Offic.*

*Quem metuant, oderunt: quem quisque odit,
periisse expedit. 2.Offic.*

Oderunt, dum metuant. Philip.1.

Timor, nō diurni magister est officij. Phil.2.

*Malus est custos diurnitatis, metus: contrāq;
benevolētia fidelis est ad perpetuitatem: id igitur
amplectamur, ut metus abſit, charitas retineat-
tur. 2.Offic.*

*Millies perire est melius, quām in sua ciuitate
sine armorum præsidio nō posse vivere: præsidium
charitate & benevolentia ciuium septum oportet
esse, non armis.* Philip. 2.

Tu plenissime secundo Offic. cap. Rerum
autem omnium.

Grauior est plerūque metus, & grauius affi-
cit, quām res ipsa quæ timetur. 100

Plus in metuendo est malo, quām in eo ipso
quod timetur. Cic. A. Torq. Famil. lib. 6.

Maior est ea vis, quæ periculo mortis injecto,
formidine animū perterritum loco sèpè, & certe
de statu dimouet, quām quæ ad corpus nostrū, vī-
tām q; peruenit. Itaque saucij sèpè homines cùm
corpore debilitantur, animo tamē non cedunt, ne-
que eum relinquunt locū, quem statuerunt defen-
dere. Atque aliq; pelluntur integri: ut non dubium
sit quin maior adhicità vis eis sit, cuius animus
sit perterritus, quām illi, cuius corpus vulneratū
sit. Pro A. Cecin.

Eæcitus maximi sèpè pulsi ac fugati sunt ter-
rore ipso impetuq; hostiū, sine cuiusquam nō mo-
dò morte, verū etiam vulnere. Pro Cecin.

Magna est stultitia, id ipsum quod verearis, ita
cauere, ut cùm ritare fortasse potueris, vltro ac-
cessas & attrahas. Cic. Brutus.

Omnis, quorū in alterius manu vita posita est,
sapientius illud cogitant, quid possit is, cuius in ditio-
ne ac potestate sunt, quām quid debeat facere.

Pro lege Manilia.

*Nos omnia tum venientia metu augentes, tum
maerore praesentia, rerum natura, quam errorem
nostrum damnare malumus.* 5. *Tuscul.*

*Quod futurum est, vitari non
potest.* 101

Effugere nemo potest quod futurum est. Et
sape utile est non scire quod futurum sit.
Miserum est enim nihil proficiemt angit. 3. *de
Natura Deor.*

*Nihil est pro certo futurum, quod possit aliqua
procuratione accidere, ne fiat.* 2. *de Diuin.*

Factum infectum esse non potest. 102

Quod semel iam missum est, coerceri, repre-
misq; non potest. 1. *de Fini.*

Praterita mutare non possumus. In *Pis.*

Non potest dies esse sepius, qui semel fuit.
2. *de Finib.*

De prateritis non est querendum. Cic. *Curio.
Famil. lib. 7.*

*Quod fuit durum pati, meminisse
dulce est.* 103

Et si optabilius est vita cursum conficere sine
dolor & iniuria, tamē ad immortalitatem
gloriae, plus afferit desideratum esse à suis ciuibus,
quam omnino nunquam fuisse violatum. *Pro
domo sua.*

*Habet prateriti doloris secura recordatio dele-
tationem.* Cic. *Luceio. Famil. lib. 5.*

Iucunda est memoria præteriorum malorum.

2.de Finib.

Sua vis est præteriorum malorum memoria.

2.de Finib.

Iucundi sunt acti labores. 2.de Finib.

*Non tam cumulus bonorum iucundus esse pos-
test, quām molesta decessio. 1.Tusc.*

*Vllum vix laborem subimus, nisi pro-
posito præmio, aut gloria. 104*

Nemo nostrum in Republicæ periculis cum
laude ac virtute versatur, quin spe posteri-
tatis, fructūque ducatur. *Pro Caio Rabir.*

*vix inuenitur, qui laboribus suscepis, pericu-
lisque aditis, non quasi mercedem rerum gesta-
rum desideret gloriam. 1.Offic.*

*Pro sua patria pauci post genus hominum nati
repertisunt, qui nullis præmiis propositis, vitam
suam hostium telis obiicerent. Pro Caio Rabir.*

Omnes vtilitate mouentur. 105

Omnes expetimus vtilitatem, ad eāmq; ra-
pimur, nec facere aliter ullo modo possu-
mus. *Nam quis est qui utilia fugiat? aut quis po-
tius qui ea non studiosissime persequatur. 3.Offic.*

*Cūm aliqua species vtilitatis obiecta est, nos
commoueri necesse est. 3.Offic.*

*Nemo est quin putet expetendam maximè di-
gnitatem, sed vincit vtilitas plerūque, cum subest
ille timor: ea neglecta, ne dignitatē quidem posse
retineri. 2.de Orat.*

Cum utilitas ad se rapere, honestas contrà reuocare ad se videtur, fit ut distrahatur deliberando animus, afferatque anicipitē curam cogitandi.

1. Offic.

Hec res plus proficit, si proponatur spes utilitatis future, quam preteriti beneficij recordatio.

2. de Orat.

Alterum ne læseris, tibi ut profis. 106.

Qui alteri exitium parat:

Eum scire oportet sibi paratam pestem, ut participet parem. 2. Tusc.

Quod cuique obtigerit, id quisque teneat: eo si quis plus appetet, violabit ius humanae societatis. 1. Offic.

Animaduertamus cum alios iuuare velimus, ne quos offendamus. Sapè enim aut eos lèdimus, quos non debemus, aut eos quos non expedit. Si imprudenter, negligenter est: si scienter temeritatis. 2. Offic.

Res familiaris quari debet in rebus, à quibus abest turpitudo: conseruari autem diligentia & parsimonia, iisdem etiam rebus augeri. 2. Offic.

Nostra utilitates nobis omittenda non sunt, aliisque tradenda cum iis ipsis egeamus: sed suæ cuique utilitati, quod sine alterius iniuria fiat, seruendum est. 2. Offic.

Alienum est à iustitia, ad quam nati esse vindemur, detrahere quid de aliquo quod sibi assimat. 3. de Finib.

*Non est permisum, ut impunè nobis liceat,
quod alicui eripuerimus, id alteri tradere. 4. Act.
in Verr.*

*Et si unum quodq; membrū. 3. Offic. In Simi 5
Suum cuique incomodum ferendum est potius,
quam de alterius cōmodis detrahendum. 3. Offic.*

*Rei familiaris amplificatio nemini nocens, non
est vituperanda, sed fugienda semper iniuria. Sed
detrahere aliquid alteri, ex hominē hominis incomō
modo suum augere cōmodum, magis est contra na
turam, quam mors, quam paupertas, quam dolor,
quam cetera, que possunt aut corpori accedere, aut
rebus externis. Illud enim natura non patitur, ut
aliorū spoliis nostras facultates, copias, opes au
geamus. Neq; verò hoc solū natura, id est iure gē
tium, sed etiam legibus populorū, quibus insingu
lis ciuitatibus Rē publicā cōtinētur, eodem modo
constitutum est. Ut nō liceat sui cōmodi causa, no
cere alteri. Hoc enim spectat leges, hoc volūt, in
columem esse ciuium coniunctionem. 3. Offic.*

*Tu plenissime leges tertio officiorum, quatenus
commodis propriis sit inferuendum.*

Promissa seruanda.

107

*Pacta semper & promissa seruanda sunt, que
nec rī, nec dolo malo facta sunt: illa seruanda
non sunt, que non sunt iis ipsis utilia, quibus illa
promiseris. 3. Offic.*

*Illiis promissis standum non est, que coactus quis
metu aut deceptus dolo promiserit. 1. Offic.*

Promissa non sunt seruanda iis quibus promiseris, inutilia si sint: nec si tibi plus noceant, quam illi profinet cui promiseris. 1. Offic.

Scelerum promissio, & iis qui expectant perniciosa est, & iis qui promittunt. Philip. 8.

Semper in fide quid senseris, non quid dixeris, cogitandum est. 2. Offic.

Quod affirmatne quasi Deo teste promiseris, id tenendum est. 1. Offic.

Quod ex animi tui sententia iuraueris, id non facere, periurium est. 3. Offic.

Quod ita iuratum est, ut meus conciperet fieri oportere, id seruandum est: aliter si non feceris, nullum periurium est. 2. Offic.

Conscientia.

108

Conscientia graue pondus. 3. de Nat. Deor.
Nullum theatrum virtuti conscientia manus est. 2. Tuscul.

Conscientiam à diis immortalibus accepimus, qua à nobis amelli non potest. Pro Cluen.

Si optimorum consiliorum atque factorum testis in omni vita nobis conscientia fuerit, sine ullo metu summa cum honestate viuemus. Pro Cluen.

Conscientia recta voluntatis, maxima consolatio est rerum incommodarum. Cicero A. Torquato, Famil. lib. 6.

Vacare culpa, maximum est foliatum. Cic. M. Mario, Famil. 7.

Nihil est melius, quam memoria recte factorū, &

libertate contentū, negligere humana. Cic. Brut.

Cōscientia bene acte & vita, multorumq; beneficiorum recordatio, iucundissima est. Cato Maior.

Magna est vis conscientiae in utrunque partem, ut neque timeant qui nihil commiserint, & poenam semper ante oculos versari putent qui peccaverint. Pro Milone.

Ego semper hac opinione tractus fui, ut eū qui nihil commiserit, sibi nullam poenam timere existimarem. In Vatin.

Bonum.

109

*Q*uod rectum & honestum, & cum virtute est, id solum opinor bonum. Parad. I.

Tria sunt genera bonorum: maxima, animi: secunda, corporis: externa, tertia. 3. Tusc.

Alia sunt in homine optanda, alia laudanda. Gen^o, forma, vires, opes, diuitiae, ceteraque quae fortuna dat, aut extrinsecus, aut corpori, non habet in se veram laudem, qua deberi. uni solum virtuti pertinet, sed tantum quod ipsa virtus in earum rerum usu ac moderatione maximè cernitur. 2. de Orat.

Nihil bonum, nisi quod honestum; nihil malum, nisi quod turpe. Cic. Attic. lib. 10.

Quicquid est quod bonum sit, id expetendum est: quod autem expetendum, id certè approbandum: quod vero approbaris, id gratum, acceptumq; habendum. 5 Tusc.

Non sunt dicenda bona illa, quibus abundans licet esse miserrimum. Parad. I.

Bona non sunt, que quis habeat, & miserrimus esse possit. 5.Tusc.

Nec bonum est illud, quod aut cupias ardenter aut adeptus te efferas insolenter. 4.Tusc.

Divitias, quia quiuis, quanvis indignus, habere potest, in bonis non numero. 2.Tusc.

Neque pecuniae, neq; tecta magnifica, neq; opes, neq; imperia, neq; ea quib⁹ maximè astricti sint, voluptates, in bonis rebus aut expetendis numerādæ sunt, quippe homines iis rebus affluētes, ea desiderant maximè quibus abundant. Parad. I.

Bias, Parad. I. In Apophth. 65

Plura primo Academicarum, tertio Tusculanorum, primo Paradox. & in lib. de Finibus bonorum & malorum legere potes.

Vir bonus.

110

Vir bonus est, qui prodest quibus potest, nocet autem nemini. 3.Offic.

Vir bonus nō modè facere, sed ne cogitare quidem quicquam audebit, quod non audeat pradicare. 3.Offic.

Homo frugi, omnia rectè facit. 4.Tusc.

Fas nec est, nec unquam fuit, quicquam nisi pulcherrimum facere eum, qui esset optimus. 3.Offic.

Vir bonus, nihil cuiquā, quod in se transferat, detrahet. Itaque in virum bonum non cadit mentiri, emolumenti sui causa, criminari, praripera, fallere. De Uniuers.

Non est res vlla tanti, aut commodum ullum

nam expetendum, ut viri boni & splendorem & nomen amittas. 3.Offic.

*Neq; contra Remp. 3. Offic. Vide de iudice. 37
Probus inuidet nemini. De Vniuersit.*

*Vt quisque est vir optimus, ita difficilissime esse
alios improbos suspicatur. Cic.ad Q. Fratr.*

Omnis boni, beati. 3.de Finib.

*Quum sapiens, & bonus vir. 5.Tusc. De Sa-
cientia. 15.*

*Nec bono quicquam mali euenire potest, nec vano,
nec mortuo nec inquam eius res a deis immor-
taliibus negligentur. 5.Tusc.*

*Qui omnibus bonis instructi sunt & ornati, tu
sapientes, sum viri boni dicuntur. 5.Tusc.*

*Boni nullo emolumento impelluntur in fraudem,
impum sapè paruo. Pro Milone.*

*Sancti viri, & religionem coletes, sunt qui me-
ritū diis immortalibus, gratiā iusti honoribus &
meritis & memori mente persolvunt. Pro Plac.*

*Omnis viri boni aequitatē & in ipsum amant.
Nec est viri boni errare, & diligere, quod per se
non sit diligendum & colendum. 1.de Legib.*

*Nemo est omnino negligendus, in quo aliqua
virtutis significatio appareat. 1.Offic.*

Beatus.

III

*B Eatus esse sine virtute nemo potest. 1.de
Natura Deorum.*

*Tūcerimus beati. 1.Tusc.In Pius sententiis. 66
Ist est beatus, cui nihil humanarum rerum, aut*

intolerabile ad demittendum animum, aut minus
lætabile ad efferendum videri potest. 4.Tusc.

Beati dicuntur, qui sunt in bonis, nullo adiun-
cto malo. 5.Tusc.

Beati sunt, quos nulli metus terrent, nullæ aegri-
tudines excedunt, nullæ libidines cruciant, nullæ fu-
tilest latitiae exultantes languidus liquefaciunt vo-
luptatibus. 5.Tusc.

Vir temperans, constans sine metu, sine aegritu-
dine, sine alacritate nulla sine libidine, is est bea-
tus. 5.Tusc.

Nemo potest non beatissimus esse, qui est totus
aptus ex se, quiq; in se uno sua ponit omnia. Cui
autem spes omnis & ratio, & cogitatio p̄det ex
fortuna, huic nihil potest esse certi, nihilque quod
exploratum habeat, permanetur sibi, ne unum
quidem diem. In Parad.

Nisi stabili & fixo & permanente bono bea-
tus esse nemo potest, nihil enim inueterascere, nihil
extingui, nihil cadere debet eorum, quæ in vita
beata consistunt. Nam qui timebit ne quid ex his
deperdat, beatus esse non poterit. 5.Tusc.

Qui beatus est, non intelligo quid requirat ut
sit beator, si est enim quiddam quod desit, ne bea-
tus quidem est. 5.Tusc.

Beatus esse in maximarū rerū timore nemo po-
test. Nemo igitur esse beatus potest: neque enim in
aliqua parte, sed in perpetuitate temporis vita bea-
ta duci solet. Nec appellatur omnino vita beata,
nisi

nisi confecta atque absoluta, nec enim potest alias quisquam beatus esse, alias miser. Qui enim existimabit posse se miserum esse, beatus non erit. Nam cum semel est suscepta beatæ vita, tam permanet, quam ipsa illa effectrix beatæ vita sapientia, nec expectat ultimum tempus aetatis, quod Cœfus scribit Herodotus præceptum esse à Solone.

De Finib. 2

Est verè fortunatus ille, cuius ex salute non minor penè ad omnes, quam ad illum, cui vētura sit latitia peruererit. Pro M. Marc.

omne beatum est, cui nihil deest: & quod in suo genere expletum atque cumulatum est: idq; virtutis est proprium. 5. Tusc.

Reliqua tu lege secundo paradoxo, & Tuscularum libro quinto.

Miser.

112

Prestans valetudine, viribus, forma, accer-
mus integrissimisq; sensibus, etiam si libet, velo-
citatem da, dinitias, honores, imperia, opes, gloriā
si fuerit is qui hæc habeat, iniustus, intemperans,
timidus, hebeti ingenio, atque nullo, is erit profe-
cto miserrimus. 5. Tusc.

Beatus est nemo, qui ea lege viuit, ut non modò
impunè, sed etiam cum summa interactoris glo-
ria interfici possit. Philip. 1

Cui vita potest esse utilis, quū eius vita condi-
tio sit, ut qui illam eripuit, in maxima & gratia
futurus sit & gloria. 3. Offic.

K

Ita viuere, ut non sit viuendum, miserrimum est.
Cic. Caio Mario. Famil. 7

Impii semper cruciantur.

113

Sua quenque *fraus*, & suus error maxime veniat, suum quenque *scelus* agitat, amentidique afficit sue mala cogitationes, conscientieque animis terrerit. Haec sunt impiorum assidue, domesticaque furiae, que dies noctesque penas a sceleratissimis repetunt. Pro Rosc. Amer.

Sua quoque; fraus, suum facinus, suum scelus, sua audacia, de sanitate ac mente deturbat. In Pisonem.

Nō ob ea soliū incommoda, que eueniunt improbis, fugienda improbitas est: sed multò etiā magis, quod cuiuis in animo versatur, nūquam sinit eum respirare, nunquā aquiescere. 1. de Finib.

Si quis satis opibus hominū cōtra conscientiam septi esse & muniti videntur, deorū tamen numē borrent, easque ipsas solicitudines, quibus eorū animis noctesque discuteantur, à dīs immortalibus supplicij causa importari putat. 1. de Finib.

Morte, dolore corporis, aut lucta animi, aut offenditio iudicij, hominū miserias pōderamus, quae fateor humana esse, & multis bonis viris accidisse. Sceleris etiā pena tristis: & prater eos euentus qui sequitur, per se ipsa maxima est. 2. de Legib.

Animi conscientia improbi cruciantur, tū etiā pœna timore, qua aut afficiuntur, aut semper sunt in metu, ne afficiantur aliquando. 2. de Finib.

Si impietas improbemolita quidpiā est, quāvis

occultè fecerit, nūquam tamen confidet id semper fore occultum. Plerūque enim improborum facta primò suspicio insequitur: deinde sermo atque famatum accusator, tum iudex, multi etiam ipsi se indicant. 1. de Finib.

Omībus quarū mens abhorret à ratione, semper aliquis talis terror impendet. 4. Tusc.

Eorum animi qui se corporis voluptatibus diderunt. Som. Scip. In Pīis sententīs. 61

Imprabo nemini & bene potest esse. Parad. 2

Impij pēnas liunt, non tā iudiciis (que quondam nūsquā erant, hodie multifariā nulla sunt) quām angore cōscientia, fraudisq; cruciatu. 11. de Begib.

Impīis apud inferos sunt pēnae preparatae. 2. de Inuentio.

Impij apud inferos pēnas liunt. Philip. 14. In Pīis sententīs 76

Tu plenissime leges Paradoxo secundo, quibus
accutis scelerati conficiantur.

Sceleratorum & latronum beneficium. 114

Nullum est aliud latronum beneficium, nisi ut commemorare possint, iis se vitam dedisse, quibus non ademerint. Philip. 2.

Impius meritò, & Tyrannus iure percuti,
occidiique possunt. 115

Insidiatori & latroni non potest afferri iniusta-
nex. Pro Milone.

Non se obstrinxit scelere, si quis tyrannum occidit, quamvis familiarem. 3. Offic.

Quem discordia, quens cedes ciuium, quem bellum cuile delebat; cum ex numero hominum efficiendum, ex finibus humanae naturae censio exterminandum. Philip. 13

Nulla nobis cum tyrannis societas est, sed summa potissim distractio; neque est contra naturam spoliare eum, quem honestum est necire. 5. Tusc.

Corrupti mores. 118

A multis ipsa virtus contemnitur, & venditatio quedam, atque ostentatio esse dicitur. Philip. 13

*Iustitia vacillat, vel iacet potius: omnisque ha-
bitantes, quae in communitate cernuntur, & in so-
cietate generis humani.* 3. Offic.

Virtuti & gloria maxime inuideri salet. 2. de
Oratore.

*Iam pudori, probitati, virtuti, rectis studiis, bo-
nis artibus nihil est loci.* Cic. Titio Fam. 5

*Est huius seculi labes quedam, & macula, virtu-
ti inuidere, velle ipsum florem dignitatis effinge-
re.* Pro Cor. Balbo.

*Durior est coditio spectatae virtutis, quam inco-
gnitae.* Brv. Cic.

*Culus est spectata multis, magnisq; rebus singu-
laris integritas, mens admirabilem facit hone-
stissimi facti gloriam.* Philip. 3

*Sapientia & magnitudo animi, qua omnes res
humanae geruntur, tenues, & pro nihilo putantur.*
2. de Orat.

Videmus quāta sit in inuidia, quantoq; in odio
apud quosdam homines nobiles, nonorū hominū
virtus & industria, si tantulum oculos deiceri-
mus, præstò esse insidias, si ullum locum aperueri-
mus suspicioni aut criminis, accipiendū esse statim
vulnus, esse nobis semper vigilandū, semper labo-
randum videmus. Inimicitiae sunt? subeantur la-
bores? suscipiantur: etenim tacite magis & occul-
te inimicitiae timenda sunt, quām indictæ &
apertæ. Hominum nobilium non ferè quisquā no-
stra industria sauet: nullis nostris officiis beneto-
lentiam illorum alicere possumus: quasi natura
& genere disiuncti sint, ita dissident à nobis an-
imo ac voluntate. 7. Act. in Verr.

Vigilandum est semper: multæ insidiae sunt bo-
nis. Pro Planc.

Ad multorū amicitiam faciliorem aditum ha-
bet nequitia & audacia, quām cuiusquam virtus
& integritas. 3. Act. in Verr.

Quis est qui in opis & optimi viri cause nō an-
teponat in opera danda gratiam fortunati & po-
tentis? A quo enim expectatur, & celerior remu-
neratio sibi videtur, in eum ferè est voluntas no-
stra propensior. 2. Offic.

Fraudis atque insidiarum & perfidiae plena
sunt omnia. De Pet. Cons.

Largitione corrupta sunt suffragia. 3. de Leg.

Ingentes diuitiae. 2. Act. in Verr. Vide li-
dex. 37

Kij

Malè se res habet, cùm id quod virtute effici debet, id tentatur pecunia. 2. Offic.

Qui opibus plus valent, etiam auctoritate plus possunt. Cic. Lent Fam. I

Hoc tempore obsequium amicos, veritas odium parit. In Lælio.

Omnis qui in paupertate sunt, malunt maleficio parare diuitias, quām officio paupertatē tueri. 2. ad Heren.

Qui pauperes sunt, iis antiquior officio pecunia est. 1. de Invent.

Sunt homines qui rationem bono consilio à diis immortalibus datam, in fraudem, malitiamq; cōaerunt. 3. de Nat. Deor.

Sunt homines quos libidinis, infamiaeq; sue neque tēdeat, neque pudeat: qui quasi de industria in odium, offensionemq; populi irruere videantur. 2. Et. in pr. err.

Sunt quidā nō re, sed nomine homines. 1. Offi.

O superbiam inauditam, in facinore gloriari. Cic. Brutus Fam. II

Est in quibusdam tanta peruersitas, vt innētis frugibus, glande rēscantur. Orat. ad Brut.

Quidam habent aures tam inhumanas, tamq; agrestes, vt ne doctissimorum quidem virorū eos mouere possit autoritas. Orat. ad Brut.

Consuetudo.

*M*axima est vis vetustatis & consuetudinis, non modò in hoc quod est animal, sed

in iis etiam. que sunt inanima , consuetudo vallet, cùm locis etiam ipsis montuosis delectemur & sylvestribus, in quibus diutius commorati sumus.

In Lelio.

Consuetudinis magna est vis: pernoctant venatores in niue, in montibus vri se patimuntur.

2.Tuscul.

Consuetudo laborum, perpessionem dolorum efficit faciliorem. Nam ferre laborem, contemnere vulnus, consuetudo docet. 2.Tusc.

Qui multa sunt sepe perpeſſi , facilius ferunt quicquid accidit, obduruſſeque ſeſe contra fortunas arbitrantur, ut ille apud Euripidem.

Si mihi nunc tristis primū illuxiſſet dies.

Nec tam erumnoſo nauigasscm falо:

Eſſet dolendi cauſa: ut inieclto equulei

Frēno, repente tactu exagitantur nouo.

Sed iam ſubiectus miferis obtorpi. 3.Tusc.

Corruptela malæ consuetudinis, igniculi extinguntur à natura dati, exorinturque & conſirmantur vitia contraria. 1.de Leg.

Non ingenerantur hominibus mores tā à stirpe generis & ſeminis, quām ex iis rebus que ab ipſa naturali loci, & à vta consuetudine ſuppeditātur.

De Leg. Agr. ad pop. contra Rul.

O confuetudo peccandi, quantam habes iucunditatē in improbis & audacibus, cùm pena abſuit, & licentia consecuta eſt. 5. Act.

in Verr.

K iij

*Magna est illecebra peccāti, impunitatis spes.
Pro Milo.*

Consuetudo peccandi, maleficij suscipiēdi removet dubitationem. 2.ad Heren.

Quotusquisque reperitur, qui impunitate & ignoratione omnium proposita, abstinere possit iniuria? 3.Offic.

Omnes religione mouentur, & deos patrios, quos à maioribus acceperunt, colendos sibi diligēter, & retinendos arbitrantur. 6.Aet.in Verr.

Repentina grauiora. 118

Videntur omnia repentina grauiora.

Nam premeditatio futurorum malorum lenit eorum aduentum, qua venientia longè antē riederis. 3.Tusc.

Nam qui hac audita à docto meminissem viro. 3.Tusc.In Apoph.129

Non est dubium quin omnia que mala putantur, sint improvisa grauiora. 3.Tusc.

Quoniam multū potest animi prouisio & preparatio ad minuendū dolorem, sint semper omnia homini humana premeditata. 3.Tusc.

Quod posſit accidere, diu cogitare oportet: haec cogitatio vna maximè omnes molestias extenuat & diluit. 3.Tusc.

Hostium repentinus aduentus, magis aliquando conturbat, quam expectatus: & mari subita tempestas, quam ante prouisa, terret nauigantes vehementius. 3.Tusc.

Tu plura tertio Tusc. legere potes.

Sæpe bonum est ignorare quid
futurum est. 119

Sæpe utile est non scire, quid futurum sit: mi-
serum est enim nihil proficiem ang. 3.de
Nat. Deor.

Ad hoc ne homines quidem probi faci:nt, ut
amicis impendentes calamitates prædicant, quas
illi nullo modo effugere possint. 2.de Divin.

Rem, carendo magis, quam fruendo,
quid valeat cognoscimus. 120

Grauitas morbi facit ut medicinae egeamus:
Geaq; nunc appareat, cuius vim non sentieba-
mus, quum valebamus. Cic. Varr. Famil. 9

Amicitiae, consuetudines, vicinitates, quid ha-
beant voluptatis, carendo magis intelligimus,
quam fruendo. Ad Quir. post Red.

Homo. 121

Homines mortales sunt. 1.de Nat. Deor.
Omnia aliorū causa sunt generata, ut fru-
ges, atq; fructus, quos terra gignit animātiū cau-
sa: animātes autē hominū, ut equum vehēdi cau-
sa, arandi bouem, venandi & custodiendi canem.
Ipse autem homo ortus est ad mundum contem-
plandum & imitandum. 2.de Nat. Deor.

Homines hominum causa sunt generati, ut ipse
inter se alijs aliis prodesse possent. 1.Offic.

Proximè & secundum Deum, homines homi-
nibus maximè utiles esse possunt. 2.Offic.

*Hoc natura præscribit, ut homo homini, qui-
cunque sit, ob eam ipsam causam tantum quod si
homo sit, consultum velit.* 3.Offic.

*Sic nos nati videmur, ut inter omnes esset so-
cetas quadam.* In Lælio.

*Homo naturæ obediens, homini nocere non po-
test.* 3.Offic.

*Oportet hominē ab homine, ob hoc ipsum quod si
homo sit, non alienum videri.* 3.de Finib.

*Impellimur natura, ut prodeesse velimus quam-
plurimis, in primisque docendo, rationibus; pru-
dentia tradendis. Itaque non facile est inuenire,
qui quod sciat ipse, non tradat alteri. Ita non so-
lū ad discendum propensi sumus, verūm etiam
ad docendum.* 2.de Finib.

*Ut magnas utilitates adipiscimur cōspiratione
hominū atq; cōsensu: sic nulla tam detestabilis pe-
stis, que nō homini ab homine nascatur.* 2.Offic.

*Duplicē est natura generis humani, sed præstāt
ius genus est eorum qui sunt viri.* de Vniuersi.

*Hominum duo sunt genera alterum indoctum
& agreste, quod antefert semper viilitatem hone-
statis: alterum ex politum, quod rebus omnibus di-
gnitatem antefonit. Itaque huic generi laus, ho-
nos, gloria, fides, iustitia, omnisq; virtus: illi autem
alteri, questus, emolumentum fructusq; proponi-
tur, atque etiam voluptas, que eis maximè inimi-
ca virtuti, boni q; naturā fallaciter imitālo adul-
terat: quam immanissimus quisq; acerrime sequi-*

tur, neque solum honestis rebus sed etiam necessariis anteponit. In Part. Orat.

Hoc solum animal homo natum est, pudoris ac
verecundiae particeps; appetens coniunctionem ho-
minum ac societatem, animaduertensq; in omni-
bus rebus quas ageret aut diceret, ne quid ab eo
ficeret, nisi honeste & decorè. 4.de Finib.

Nihil est vnu vni tam simile, tam par, quam Hominis
omnes inter nos metipso sumus. Quod si deprava- nū similitudo
natio consuetudinum, si opinionum varietas, non non ex
imbecillitatem animorum torqueret & fleceret corpo-
quocunque cœpisset sui nemo ipse tam similis es- ritis for-
set, quam omnes essent omnium. Itaque quecūq; ma, sed
est hominis definitio, vna in omnes valet, quod rū quæ-
argumenti satis est, nullam dissimilitudinem esse rēda est.
in genere, que si esset, non vna omnes definitio
contineret. 1.de Leg.

Homini natura præscripsit, ut nihil pulchrius,
quam hominem putaret: est enim vis tanta natura,
ut homo nemo velit nisi hominis similis esse,
& quidem formica formica. 1.de Nat. Deor.

Omnium animalium formam viciit hominis
figura. 1.de Nat. Deor.

Nullum est animal prater hominem, quod ha-
beat aliquam notitiam Dei. 1.de Leg.

Est homini cū Deo rationis societas. 1.de Leg.

Deus, animal vnum spectabile hominem, in
quo omnia animalia contineret, effecit. De Vnius.

Sunt ex terra homines, non ut incole atque

habitatores, sed quasi spectatores superarū rerum, atque cœlestium, quarum spectaculum ad nullum aliud genus animantium pertinet. Sensus autem interpretes ac nuntij rerum, in capite tāquam in arce, mirificè ad usus necessarios & faeli & collocati sunt. Nam oculi tanquā speculatores, altissimum locū obtinent, ex quo plurima cōspicentes fungantur suo munere. Et aures cùm sonū percipere debeāt, qui natura in sublime fertur recte, in altis corporū partib⁹ collocatæ sunt. Itemq; nares, cō quòd omnis odor ad supra fertur, recte sursum sunt: & quòd cibi & potionis iudicium magnum earū est, non sine causa vicinitatē oris secutæ sunt. Iam gustatus, qui sentire eorū quibus vescimur, genera deberet, habitat in ea parte oris, quā esculentis & poculentis natura patefecit. Tactus autem toto corpore & quilibet fūsus est, ut omnes tactus, omnēsque nimios & frigoris & caloris appulus sentire possumus. Atque ut in adīciis architecti auertūt ab oculis naribusq; dominorum ea, quæ profluentia necessariò tetri esset̄ aliquid habitura, sic naturares similes procul amandauit à sensib⁹. Adde quòd ipsa natura primū oculos membranis tenuissimis vestiuit & sepsit, quas primū perlucidas fecit, ut per eas cerni posset: firmas autem, ut continerentur. Sed lubricos oculos fecit & mobiles, ut declinarēt si quid noceret, & aspectum quo vellent, facile conuerterent. Nasus ita locatus est, ut quasi murus oculis interiectus esse

videatur. *Auditus autem semper patet: eius enim sensus etiā dormientes egemus: à quo quum sonus est acceptus, etiā à somno excitamur.* Flexuosum iter habet ne quid intrare possit, si simplex & directum pateret. *Prouisum etiā, ut si qua minima bestiola conaretur irrumpere, in sordibus aurium tāquam in visco inhāresceret.* *Quād verò aptas manus, quamq; multarum rerum ministras natura homini dedit!* &c. 2. de Nat. Deor.

Principio corporis nostri magnam naturā ipsa videtur habuisse rationem, qua formam nostrā, reliquamq; figuram, in qua esset species honesta, eam posuit in promptu: quæ autē partes corporis ad nature necessitatē date, aspectū essent deformem habituatae atque formam, eas contexit atque abdidit. Hanc naturā tam diligentem fabricans imitata est hominū verecūdia. *Quae enim natura occultauit, eadē omnes, qui sana mēte sunt, remouent ab oculis, ipsiq; necessitati dāt operā, ut quā occultissimè pareat: quarūq; partiū corporis usus sunt necessarij, eas neque earum usus suis nominibus appellant: quodq; facere turpe non est, modò occulte, id dicere, obscenam est.* 1. Offic.

Ipsum hominem eadem natura non solum celeritate mentis ornauit, sed & sensu tanquā satellites attribuit ac nuntios, & rerum plurimarum obscuras & necessarias intelligentias enudauit, qua fundamēta quadam scientiae: figuramq; corporis habilem & aptam ingenio humano dedit.

*N*ācūm ceteras animantes abieciisset ad pastum,
solum hominē erexit: & ad cœli quasi cognatio-
nis, domicilijsq; pristini consuetum excitauit. Tū
speciem ita formauit oris. ut in ea penitus recon-
ditos mores effingeret. Et oculis quemadmodum
unimo affecti sumus, loquuntur: & is qui appelle-
tatur *vultus*, qui nullo in animante esse, præter
hominem potest, indicat mores. 1. de Leg.

*N*atura corpus hominis sic formauit & geruit,
ut alia in primo ortu perficeret, alia progrede-
re se fingeret: neque sansè multum adiumentis ex-
ternis, & aduentu iis vteretur. Animum autem
reliquis rebus ita perficit, ut corpus: sensib^o enim
ornauit ad res percipiendas idoneis, ut nihil aut
non multum adiumento nulla ad suam confirma-
tionem indigeret. 5. de Finib.

*P*arui primo ortu sic iacent, tanquam omnino
sine animo sint. Quā autem paulū firmitatis ac-
cesserit, & anima vñatur & sensibus cōstituturq;
ut sese erigant, & manibus vñatur & eos cogno-
scunt à quibus educantur: deinde aequalibus dele-
stantur, libenterq; se cum his cōgregant. dantq; se
ad ludendū, fabellarūq; auditions ducuntur: deniq;
eo quod ipsis superat, aliis gratificari volūt, ani-
maduertūtq; ea quæ domi sicut curiosi, incipiūtq;
cōmentari aliquid & discere: & eorum quos vidēt,
volūt non ignorare nomina: quibusq; rebus cū a-
equalibus decertat, strinxunt, efferūt se lētitia: viltē
debilitantur, animosq; demittunt. 5. de Finib.

Pueri efferūtur. s. de Finib. *Vide Gloria.* 43

Semper in promptu habere debemus, quantum natura hominis pecudibus, reliquisq; bestiis antecellat. Illae enim nihil sentiunt nisi voluptatem, ad eamq; feruntur toto impetu. Hominis autem mens discendo alitur, & cogitando semper aliquid aut inquirit, aut agit, videndiq; aut audiendi delectatione ducitur. 1. Offic.

Si considerare volemus quae sit in natura hominis excellentia & dignitas, intelligemus quam sit turpe diffluere luxuria, & delicate ac mollier vitare: quamq; honestum, parcè, continenter, seuere, sobrie. 1. Offic.

Quum despiceremus, & sentire quid simus, & quid animatibus ceteris differamus, sum ea insequimur incipiens ad quem natis sum^o. s. de Fi.

Si nihil haberet aliud hominis animus, nisi ut appeteret aut refugeret, id quoq; ei esset commune cum bestiis. Habet primum memoriam, & eam infinitam innumerabilium, quam quidem Plato recordationis esse vult. 1. Tusc.

Hec vnum animal homo sentit quid sit ordo, quid sit quod deceat: in factis dictiusq; qui sit modus. Itaq; eorum ipsorum, quæ aspectu sentiuntur, nullum aliud animal pulchritudinem, venustatem, & conuenientiam partium sentit, cauetque ne quid indecorè effeminatae faciat: tum in omnibus & opinionibus & factis, ne quid libidine se faciat aut cogitat. 1. Offic.

Est natura sic generata vis hominis, ut ad omnem virtutem percipiendam facta videatur: ob eamque causam prauis virtutibus simulacris, quarum in se habent semina, sine doctrina mouentur. 5. de Finib.

Nec figura corporis, nec ratio excellens ingenij humani significat ad hanc unam rem natum hominem, ut frueretur voluptatibus. 2. de Finib.

Nemo est dignus nomine hominis, qui unum diem velit esse in voluptate. 2. de Finib.

Hominem, nihil nisi quod honestum, decorumque sit, aut admirari, aut optare, aut expectare oportet, nulli neque homini, neque perturbationi animi succumbere. 1. Offic.

Nobis personam imposuit ipsa natura cum excellencia, praestatioque animantium reliquarum. 1. Offic.

Homo ceteris animalibus longe prestat.
2. de Finib.

Sermo hominis colloquimur inter nos, et quod exprimere dicentes maxi do sensu possumus. 1. de Orat.

me pro prius ut ratio. Ratione prestamus beluis, per quam coelestia ralemus, argumentamur, refellimus, differimus, concordamus, et concludimus. 1. de Legib.

Inter hominem et belua hoc maxime interest, quod haec tantum, quantum sensu mouetur ad id quod adest, quodque praesens est, se accommodat, paulum admodum sentiens praeteritum et futurum.

Homo autem quirationis est particeps, per quam consequentia cernit, causas rerum videt, earumque progressus,

progressus, & quasi anteceßiones non ignorat, similitudinibus comparat, rebusque præsentibus adiungit, atque annexit futuras, facile totius vitaे cursum videt, ad eamque degendam præparat res necessarias, & cetera. 1. Offic.

Homines, cū multis rebus humiliores & infirmiores sunt, videntur hac re maximè bestiis præstare, quòd loqui possunt. Quare præclarū mihi vi detur adeptus is, qui qua re homines bestiis præstant, ea in re hominibus ipsis antecellat, 1. Offic.

vt viri
bus ve-
locitate
multis.
que sex-
ibus.

Nulla re longius absimus à natura ferarum, quam equitate, in quibus inesse fortitudinem sapè dicimus, ut in equis, leonibus, iustitiam, & quietatem non dicimus, sunt enim rationis & orationis expertes. 1. Offic.

Homines et si multis alij, tamen hoc uno à bestiis plurimū differunt, quod rationem habeant à natura menti daram, mentemq; & aerem & viventem, celerrime p; multa simul agitatem, & (ut ita dicā) sagacem, quæ & causas rerū, & cōsecutiones videat, & similitudines transferat, & difficulta cōiungat, & cùm presentibus futura copulet, omnemq; cōpletatur vita consequentis statū. Eadem p; ratio facit hominem hominū appetentem, cūq; in natura & sermone & usu cōgruētē, ut profectus à charitate domesticorum ac suorum currat longius, & se implicit primū ciuiū, deinde omnium mortalium societate: atque ut ad Archytam scripsit Plato, nō sibi se solūm natū memine-

L

Et, vt rit, sed patriæ, sed suis vt per exigua pars ipsi relinquatur. Et quoniā eadem natura cupiditatem Christi. ingenuit homini veri inueniendi (quod facilimē tentian. nil hu- apparet, cūm vacui curis, etiam quid in cœlo fiat, mani à scire auemus) his initius ducēti omnia vera dilig- se alie. num pu- mus, id est fidelia, simplicia, cōstantia: tum vana, tabat, falsa, fallentia odimus: vt fraudē, periurium, ma- quōd homo es litiam, iniuriā. Eadem ratio habet in se quiddā amplum atque magnificum, ad imperādū magis, sct. quām ad parēdū accōmodatum. Omnia huma- na non tolerabilia solum, sed etiam leuia dicens, altum quiddam & excelsum nihil timens, nemini- ent cedens, semper inuictum. 2. de Finib.

Videndum est ne quid humile, ne quid summis- sum, molle, effeminatum, fractum, abiectum fa- ciamus. 4. Tusc.

In dolore maxime est prouidendum, ne quid abiecte, ne quid timidè, ne quid ignavie, ne quid molliter, ne quid seruiliter, muliebris erue facia- mus. 2. Tusc.

Turpe, nec viro dignum videtur gemere, eiula- re, lamentari, frangi, debilitari dolore. 2. Tusc.

Turpe est viro debilitari, dolore frangi, succum- bere. 2. de Finib.

Duae sūt veræ for- Ingemiscere nonnunquam viro concessū est, idq; titudinē raro: eiulatus ne mulieri quidē: sin erit ille gemi- nis partus lamentabilis, si imbecillus, si abiecitus, si flebi- tes, non frāgi do- lus, ei qui se dederit, vix eum virum dixerim, nihil loce in est enim fletu mulierib; viro turpius. 2. Tusc.

Cum tibi siue Deus, siue mater rerum omnium rebus ad
Natura dederit animum, quo nihil est praestan- uetis,
tius, neque diuinus: sic te ipse abiicies atque pro- & non
sternes, vt nihil inter te, atque inter quadrupedē insole-
aliquem putas interesse? 1. Parad. scere in
secūdis.

Nihil est aut nequius, aut turpius effeminato
viro. 3. Tusc.

Nos ita liquescimus, fluimusq; mollitia, vt apis
aculeum sine clamore ferre non possumus. 2. Tusc.

Nos ita leues atque inconstantes sumus, vt si
mures corroserint aliquid, quorum est opus, hoc
unum monstrum putemus. 2. de Divin.

Tu de forma hominis, membrorumque ordine
& compositione secundo de Nat. Deor. Vide la-
tius: & quam virum dedebeat molliti's Offic.
primo capite, Sed pertinet ad omnē officiū quæ-
sionem, lege copiosius.

Diversa hominum studia, & iudicia. 122

Non est una omnium facies. 1. de Nat. Deor.
Quot homines, tot sententiae. 1. de Finib.

Diversa sunt hominum studia. Cic. Att. lib. 2

Suo quisq; studio maximè ducitur. 5. de Finib.

Multæ in naturis hominum dissimilitudines
sunt, vt alios dulcia, alios subamara delecent.
Alij libidinosi, alij iracundi, aut crudeles aut su-
perbi sint, alijs à talibus abhorreant. de Fato.

Non in omnes omnia conueniunt. Pro Rofcio
Amerino.

Alij glorie seruiūt, alijs pecunia: rari sunt qui
exteris cūnibus pro nihilo habitis, rerū naturam

Lij

studiosè intueantur: quod qui faciunt, & sapientia
studiosi, & philosophi habentur. 5.Tusc.

Suum cuique pulchrum est: adhuc neminem co-
gnoui poëtam, qui sibi non optimus videretur: sic
res habet, te tua, me delectant mea. 5.Tusc.

Nemo vñquam neque poëta, neque orator fuit,
qui quenquam meliorem, quam se arbitraretur.
Cic. Attic. lib.14.

In omni re difficillimum est formam (quod
νοητὴ τὸ πλαίσιον Cræcè dicitur) exponere optimi: quod
aliud aliis videtur optimum. Varia enim sunt iu-
dicia: nec facilis explicatio, quæ forma maximè
excellat. Orat.ad Brut.

At in corporibus. 1.Offic.In Simil. 55.

Alij dolore mouentur, alij cupiditate, iracūdia
etiam multi afficiuntur: & quum in mala sc̄iētes
irruūt, tamen se optimè cōsulere arbitrātur: itaq;
dicunt, nec dubitant. Mīhi sic est usus: tibi vt
opus est facto, face: eorū est querela qui sibi chari
sunt, se seq; diligunt. 5.de Finib.

Sua cuiq; ciuitati religio est, nostra nobis: officia
nō eadē disparibus atatibus tribuūtur: aliaq; sūt
iuncū, alia seniorū, alia cōstantis etatis: sunt &
extrema quædam studia senectutis. Cato Maior.

Vt natura alius. 4.Tusc.in Simil.44.

Quisque id sequatur, ad quod natura
magis est compositus. 123

Quam quisque norit artem, in ea se exer-
ceat. 1.Tusc.

Suum quisque noscat ingenium. 1. Offic.

Quisque ad id quod facere potest, detrudendus est. 1. de Orat.

Diligentissime hoc est eis, qui instituant aliquos, atque erudiant, videndum, quod sua quenque natura maximè ferre videatur. 3. de Orat.

Natura primùm, atque ingenium, ad discendum uim affert maximam. 1. de Orat.

Ad quas artes aptissimi erimus, in iis potissimum elaborabimus: si aliquando necessitas nos ad ea detruserit, que nostri ingenij non erunt, omnis adhibenda erit cura, meditatio, diligentia, ut ea si non decorè, at quām minimè indecorè facere possimus. Nec tam nobis enitendum est, ut bona que nobis data non sunt, sequamur, quām ut vicia fugiamus. 1. Offic.

Quem potissimum vitæ cursum sequi velimus, in hac deliberatione ad suam cuiusque naturam, consilium omne est revocandum. 1. Offic.

Tuēda sunt sua cuique non viliosa, sed propria, qua contemplates expēdere oportebit quid quisque habeat sui, eaq; moderari, nec velle experiri quām aliena deceant: id enim maximè quemque decet, quod est suum cuiusque maximè. 1. Offic.

Natura non attinet repugnare, nec quicquam sequi quod assequi non queas, quod nihil decet inuita, ut aiunt, Minerua: id est, repugnante & aduersante natura. 1. Offic.

Hoc generi hominum propè natura datum, ut

qua in familia laus aliqua forte floruerit, hæc ferre qui sunt eius stirpis (quod sermo hominum ad memoriam patrum virtute celebretur) cupidissime persequantur. Pro C.Rab. Posth.

Tu primo Offic. legito quæ ad hunc locum pertinet, cap. Intelligendum.

Circunstantia. 124

Sæpè tēpore fit, ut quod plerūque turpe haberi soleat, inueniatur non esse turpe. 3. Offic. Tempore commutatur officium, ut non semper sit idem. 1. Offic.

Temporibus quibusdam, aut officiis debit is, aut rerū necessitatibus sæpè evenit, ut & voluptates repudiādæ sint, & molestiæ nō recusandæ. Itaque earū sic tenetur à sapiēte delectus, aut ut reiiciendis voluptatib⁹ maiores alias cōsequatur, aut perferendis doloribus asperiores repellat, 1. de Finib.

Debemus considerare in omni re, quid aptius sit, & consentaneū tēpore & persona, tñ quid in di-
ctis factisq; dedebeat. Q uod si poëta fugit ut maxi-
mū vitiū, qui peccat etiā cùm probā orationē
affingit improbo, stultōne sapiētis: si deniq; pictor
ille vidit cùm immolanda Iphigenia, tristis Cal-
chas esset, mœstior Ulysses, mœreret Menelaus,
obvolumēdum caput Agamemnonis esse, quoniam
summum illum luctum penicillo non posset imita-
ri: si denique histrio quid deceat querit, quid fa-
ciendum oratori putemus? Orat. ad Brut.

In omnib⁹ quid tēpora petat, aut quid personis

dignum sit semper considerandum est. 2. de Inuēt.

Habenda est ratio hominum, rei & temporis. 2. de Orat.

Turpe est, valdeque vitiōsum, in re seuera, conuiuio dignum aut delicatum aliquem inferre sermonem. 1. Offic.

Tanta vis est loci & temporis, ut si quis cum causam sit acturus, in itinere, aut in ambulatione secū ipse meditetur: aut si quid aliud attēti cogitat, non reprehendatur in scita temporis. 1. Offic.

Pericles. 1. Offic. In Apoph. 55

Alia fori vis est, alia triclinij, alia subselliiorum ratio, alia lectorum: non idem iudicū, comessatorūque conspectus: lux denique longè alia est solis & lychnorū. Pro M. Cælio.

Nec iisdem de rebus, nec in omni tempore, nec similiter omnes delectantur. 1. Offic.

Non omnis fortuna, non omnis honos, nō omnis autoritas, non omnis aetas, nec verò locus, aut tempus, aut auditor omnis, eodem aut verborū genere tractandus est, aut sententiarum: sempérque in omni parte orationis, et vita, quid deceat est considerandum: quod & in re de qua agitur, possum est, & in personis eorum qui dicunt, & eorum qui audiunt. Orat, ad Brutum.

Inconstantis nō puto, sententiā aliquam tanquam aliquod nauigium ex Republicæ tempestate moderari. Pro Corn. Bal.

*Nunquam præstantibus in Repu. gubernandi
L. iiiij*

viris laudata est in una sententia perpetua permanensio. M.Cic.Lentulo.Famil.I

Tempori cedere(id est necessitatì parere) sèper sapientis habitum est. Cicero Marcello.Famil.4

Temporibus parere omnes politici præcipiunt. Cic.Attic.12

Est non modò liberale, paululum nonnunquam de suo iure decidere, sed interdum etiam fructuorum. 2.Offic.

Epistolaे offendunt non loco redditæ. Cic. Brut.Famil.11

Multa quæ rectè committi seruis fidelibus possunt, tamē sermonis & vituperationis vitadæ causa committenda non sunt. Cic.ad Quint.Fratrem.

Plurima ad alieni sensus conjecturam, non ad suum iudicium scribuntur. Cecin.Cic.Fam.6

Qui aut tēpus quo postulet, nō videt, aut plura loquitur, aut se ostentat, aut eorum, quibuscū est, vel dignitatis, vel commodi rationem non habet: aut denique in aliquo genere aut incōcinnus aut multus est. is ineptus dicitur. 2.de Orat.

Tu, si voles, videto quid, quo loco, & tempore deceat Offic.lib.1.cap.Talis est igitur.

Ea facillimè luduntur, quæ neque magno odio, nec misericordia maxima digna sunt. 2.de Orat.

Parcendum est maximè Charitati hominum, nec temerè in eos dicas qui diliguntur. 2.de Orat.

Facile multitudo à tristitia & sèpè acerbitate, cōmodè ac breviter, & acutè & hilari dicto de-

ducitur. 2.de Orator.

Orator tristitiam ac seueritatem mitigat ac relaxat, odiosasq; res sàpè, quas argumentus diluit non facile èst, ioco, risuq; dissoluit. 2.de Orat.

Tu de duplice iocandi genere, vide primum

Offic. secundum etiam de Orat.

Verba opportuna aliquando lo-
quitur Olior. 125

*S*æpè sub fôrdido palliolo latet sapientia.
3.Tuscul.

Summi gubernatores in magnis nonnùquam tè-
pestatibus à vectoribus admoneri solèt. Philip. 7

Nihil perpetuum, nihilque non miserum
& calamitosum. 126

*A*Beunt omnia unde orta sunt. Cato Maior.
Infra lunam nihil èst non mortale & ca-
ducum, præter animos hominum, Deorum munere
datos. Som. Scip.

Cœlestia semper spectato, humana illa contem-
nito. Som. Scip.

Contemnendæ sunt humanae res. 4.Tusc.

*Conferto nostram longissimam etatem cum e-
ternitate, sic brevissima reperietur. 1.Tusc.*

*Quidei potest rüderi magnum in rebus huma-
nis, cui æternitas omnis, totiusq; mundi nota sit
magnitudo? 4.Tusc.*

*Altè spectare si voles, atque hanc sedem &
æternam domū contueri, neque sermonibus vulgi
dederis te, neque in præmis humanis spem posue-*

ris rerum tuarū: si s te illecebris oportet ipsa virtus trahat ad verum decus. Som. Scip.

Cogitantes supera. 4. Acad. In Pius sent. 44.

Regna, imperia, honores, nobilitas, diuitiae, opes, eaque quae sunt iis contraria, in casu sita, temporibus gubernantur. 1. Offic.

Nihil est opere aut manufactū, quod aliquādō non conficiat, & cōsumat vetustas. Pro Marc,

O dūj boni, quid est in hominis vita diu? mihi ne diuturnum quidem quicquam videtur, in quo est aliquid extremum. Cūm enim id aduenierit, tunc illud quod praterit effluxit: tantum remanet quidem quod virtute & recte factis sis consecutus. Cato Maior.

Non est omnino hoc ipsum diu, in quo est aliquid extremū: quod cūm venerit, omnis voluptas pro nihilo est habenda, quia postea nulla futura est. Pro M. Marcel.

Quae etas longa est, aut quid omnino homini longum? Nonne modò pueros, modò adolescentes in cursu à tergo insequens, nec opinantes affecta est senectus? Omnia ista perinde ut cuique data sunt, pro rata parte à vita, longa aut brevia decuntur. 1. Tusc.

Hora cedunt & dies, menses & anni, nec praeteritum tempus unquam reuertitur, nec quid sequatur sciri potest. Cato Maior.

Quis est, quāuis sit adolescens, cui sit exploratio se ad vesperum esse vixitrum? Cato Maior.

Nulla est tanta vis, tantaque copia, quae non ferre debilitari frangique possit. Pro M. Marc.

Nihil semper suo statu manet. 1. de Nat. Deor.

*Nihil semper floret: etas succedit etati. Phi. ix
Volat etas. 1. Tusc.*

Forma dignitas aut morbo deflorescit, aut vetustate. 4. ad Heren.

*Nemo confidat semper sibi illud stabile & firmum permanensurum, quod fragile & caducum sit.
2. Tuscul.*

Sensim sine sensu etas senescit, nec subito frangitur, sed diuturnitate extinguitur. Cato Maior.

Ita ratio comparata est vita, naturaeque nostra, ut alia etas oriatur ex alia. In Lilio.

Cursus est certus etatis, & via una naturae, eaque simplex: sua cuique parti tempestivitas est data. Cato Maior.

*Quae potest esse in vita iucunditas, cum dies a nobis cogitandum sit, iamiam esse morsendum?
1. Tuscul.*

Nemini exploratum potest esse, quomodo habeturum sit corpus, non disco ad annum, sed ad respersen. 2. de Finib.

In vita nihil est nisi propagatio miserrimitenis. Cic. Luceio, Famil. 5

Quid habet vita commodi, quid non potius laboris? Cato Maior.

Nemo non miser. 1. Tusc.

Mortalis nemo est. 3. Tuscul. In Apoph. 86

Nanque nimis. 3.Tusc.In Apoph.90

Non nasci homini longe optimū est. 1.Tusc.

*Oppida qua quodam tēpore floruerūt,nūc pro-
strata ac diruta sunt. Seru.Su'p.Cicer Famil.4.*

*Durum à prospera,fœlicique fortuna in
aduersam cadere,& talium mi-
seremur facillimè. 127*

Nihil est tam miserabile,quām ex beato ef-
fici miser. Part.Orat.

*Hoc natura adfert,vt eis faveamus,qui eadem
pericula,quibus nos perfuncti sumus,ingrediun-
tur. Pro Murana.*

*Regum afflictæ fortuna facile multorum opes
alliciunt ad misericordiam,maximè eorū qui aut
reges sunt,aut viuūt in regno,vt regale ius nomē
magnum & sanctū esse videatur. Pro lege Manil.*

Fortuna. 128

Fortuna ,est rerum omnium domina . Pro
Marcello.

*Fortuna est rerum externarum, & ad corpus
pertinentium. 5.Tusc.*

*Fortunam insanam esse & cæcam & brutam
perhibent philosophi.Cæcā ob eam rem,quia ni-
hil cernat,quò sese applicet.Insanam autē aiunt,
quia atrox,incerta,instabilisq; sit.Brutam,quia
multis in commodis conflictatur,propter immen-
sam pecunia cupiditatem. 2.ad Heren.*

*Varia est vita,commutabilisq; ratio,vagare
lubilisq; fortuna. Pro Milone.*

Non scilicet ipsa fortuna cœca est, sed eos etiam plerūq; efficit cœcos, quos complexa est. Illi enim efferuntur fastidio fere & contumacia, neq; quicquā insipiente fortunato intolerabilius fieri potest. Atque hoc quidem videre licet, eos qui antea cōmodis fuerunt moribus, imperio, potestate, prosperebus immutari, sperniq; ab iis veteres amici- tias, indulgeri nouis. In Latio.

O fallacem hominum spem, fragilemq; fortunā & inanes nostras contentiones, quae in medio spa- tio sāpē franguntur & corrunt, & antē in ipso portu obruuntur, quām portum conspicere potue- rint! 3. de Orat.

Vita regitur fortuna, non sapientia. 5. Tusc.

O volucrem fortunam, quām citò omnia ex la- titia & voluptate, ad luctum & lacrymas re- sidunt! Pro Syl.

O misera vita ratio, quaē tandem resides in vo- luptate, quandiu fortune posuit libido. Antequā īret in exil.

Fortunā vitare nemo potest. Cic. Dol. Fam. 9.

Fors in armis plus quām ratio potest. Cicer. Attic. lib. 14.

Nihil est tam contrarium rationi & constan- tie, quām fortuna. 2. de Divin.

Non sunt omnia committenda fortunā, ne ma- gnā nimis in nos habeat dominationem. 4. ad Heren.

Fortunam laudare, est stultitia: & vituperare,

*Superbia est. Animi autem laus & honesta est,
& vituperatio vehemens. 1.de Inuent.*

*Ei non multum potest obesse fortuna, qui sibi
firnius in virtute, quam in casu præsidium colle-
cauit. 4.ad Heren.*

*Occupavi (inquit) te fortuna. 5.Tuscul. In
Apophth.83*

*Magna vis est in fortuna in utræque partem:
vel secundas ad res, vel aduersas. Nam & cum
prospero flatu eius utimur, ad optatos exitus pro-
vehimur: & cum reflatur affligimur. 2.Offic.*

*Fortitudini fortuna adiumento solet esse.
3 ad Heren.*

Fortes fortuna adiuuat. 2.Tuscul.

Humana ferenda sunt. 12.9

Humana ferenda sunt. Cic.Att.lib.15
*Nobis hominum ineptiæ ac stultitiae de-
uorandæ sunt. De clar.Orat.*

*Homines nos esse meminerimus, ea lege natos, ut
omnibus telis fortunæ pposita sit vita nostra: ne-
que esse recusandum quod minus ea, qua natus sumus
conditione vivamus: néve tam grauer eos casus
feramus, quos nullo consilio vitare possumus: eu-
tisq; aliorum memoria repetendis, nihil accidisse
noui nobis cogitamus. Cicero Titio,Famil.5*

*Simus ea mète, quæ & veritas & ratio prescri-
bit, ut nihil in vita nobis prestandum preter culpæ
putemus: eaq; cum careamus, omnia humana pla-
catè & moderatè feramus. Cic.A.Tor.Famil.6*

Præter culpam & peccatum homini accidere nihil potest, quod sit horribile aut pertimescendum.
Cic. Messino, Famil. 5.

Ferenda est fortuna, præsertim quæ abest à culpa. Cic. Att. Torq. Famil. 8.

Eversis rebus omnibus, quū consilio profici nihil possit, una ratio videtur, quicquid euenerit, ferre moderatè. Cic. Torq. Famil. 6.

Perditis rebus omnibus, ipsa virtus se sustentare posse videtur. Cic. Torq. Famil. 6.

Magna vis est in virtutibus: eas excita si forte dormiunt iā tibi aderit princeps fortitudo, quæ te animo tāto esse coget, ut omnia quæ possint homini euenerire contēnas, & pro nihilo putas. 3. Tusc.

Ratio in consulendo plurimum valere debet.
Cic. Curioni. Fam. 7

Summa est stultitia frustra confici dolore, cùm intelligas nihil posse profici. 3. Tusc.

Nobis quicquid acciderit, fortius & sapienter feramus, & accidisse hominibus meminerimus.
Cic. Att. lib. 14

Communē, incertūmq; cui sum, quem neq; vitare quisquam nostrum, neque præstare ullo pæcto potest, sapiēcer seramus. Cic. P. Sestio. Famil. 5

Ut secunda moderate tulimus, sic nō solūm aduersam sed funditus eversam fortunā sortiiter ferre debemus. Cic. Messino. Fam. 5

Nihil est præcipue cuicquā dolēdum, in eo quod accidat uniuersis. Cic. Torq. Fam. 6

*Necessitas ferēdē cōditionis humanae, quasi cū
Deo pugnare prohibet, admonētq; esse hominem,
quaē cogitatio magnopere luctum levat.* 3.Tusc.

*Nihil est quod plus valeat ad ponendum labo-
rem, quām cūm est intellectum nihil profici, &
frustra esse susceptum.* 3.Tusc.

*Quādo prēstitimus quod debuimus, moderatē
quod euenit, feramus.* Cic.Torq.Fam.6.

*Est etiam in nobis, vt & aduersa quasi perpe-
tua obliuione obruamus, & secunda iucundē ac
suauiter meminerimus.* 1.de Finib.

*Leuat dolorem communis quasi legis & huma-
ne conditionis recordatio.* Cic.Cæcin.Famil.6.

Leuis est tamen consolatio ex miseriis aliorum,
Cic.Torq.Famil.6.

*Eorum qui grauius ferunt lucus, aliorū exē-
pli leniuntur Sic perpesſio ceterorum facit, vt ea
quaē acciderint, multo minora, quām quanta sunt
existimata, videantur.* 3.Tuscul.

*Ipsa agritudo lenitur, cūm obiiciimus mōrenti-
bus imbecillitatem animi effeminati, cū mq; eorū
grauitatem, constantiam p; laudamus, qui nō tur-
bulenter humana patientur.* 4.Tuscul.

*Motus animi, solicitudines, agritudinesq; obli-
uione leniuntur, traduclis animis ad voluptatem.*
3.Tuscul.

*Omnibus modis fulciendi sunt, qui corrūst, nec
cohærere possunt propter magnitudinem agritu-
dinis.* 5.Tuscul.

Si ac

Hac sunt officia consolationum, tollere & gritudinem funditus, aut sedare, aut detrahere quam plurimum, aut supprimere, nec pati manare logias, aut ad aliam traducere: aut, ut Chrysippo placet, in consolando detrahere illam opinionem mœrēti, si se officio fungi putet iusto atque debito. Sunt enim qui gratū mortuis facere, si grauiter eos lugeant, arbitrantur. Accedit superstitionis muliebris quædam. Existimat enim diis immortalibus se facilius satisfacturos, si eorum plaga perculsi, afflictos se & stratos esse fateantur. 3. Tusc.

Sunt qui consolationē respuant: sed refert quomodo adhibeatur, ut enim tulerit quisq; eorum qui sapienter tulerunt, non quo quisque in commode affectus sit praedicandum est. 3. Tuscus.

Ut in causis. 3. Tusc. Vide in Simi. 43.

Nihil hoc fieri turpis, aut dici potest, q; eum, qui hanc personam suscepit, ut amicorū controversias causasq; tueatur, laborantibus succurrat, & gris medeatur, afflictos excitet, hūc in minimis, tenuissimisq; rebus ita labi, ut aliis miserandus, aliis irridendus esse videatur. 1. de Orat.

Dies dolorem minuit.

130

Confolationum malte sunt via, sed illa re-
ctissima impetrat ratio, quod dies impetratura est. Cic. Attic. lib. 12.

Sensim & pedetētim progrediens dolor extenuatur, non quod ipsa res immutari soleat aut possit, sed id quod ratio debuerat, usus docet minora esse

ea quæ sunt visa maiora. 3.Tusc.

Cùm cōstat ægritudinem vetustate tolli, hæc via non est in die posita, sed in cogitatione diurna. Ipsa enim cogitatio, nihil esse in re mali, dolori medetur, non ipsa diurnitas. 3.Tusc.

Error stultis extenuatur dies, ut cùm eadem res maneat aliter ferant in ueterata, aliter recentia. 4.Tuscul.

Quod allatura est ipsa diurnitas, quæ maximos luctus vetustate tollit, id nos præripere cōsilium, prudentiāq; debemus: neq; expectare temporis medicinā, quam repræsentare ratione possimus. Cic.Titio,Famil.5.

Est in potestate abūcere dolorem, cùm velis, temporis seruientem. 3.Tuscul.

Dies stultis mederi solet. Cicera Curioni, Familiarium. 7

Dolor in longinquitate leuis, in breuitate gravior esse solet, ut eius magnitudinem celeritas, diurnitatē alleuiatio consoletur. 1.de Finib.

Nullus dolor est, quem non longinquitas temporis minuat atque moliat. Seruī Sulpit.Ciceronii, Famil.4

Est tarda illa quidem medicina, sed tamen magna, quam adfert longinquitas & dies. 3.Tusc.

Ceteri dolores mitigantur vetustate. Cicero Attico, lib.3

*Non nobis solum nati sumus, sed
Reipublicæ & posteris. 131*

Non solum nobis diuites esse volumus, sed
liberis, propinquis, amicis, maximeq; Re-
publicae. 1. Offic.

Bono viro non minori cura est, qualis Respu-
blica post mortem suam futura sit, quam qualis
hodie sit. In Lælio.

Non nobis solum nati sumus. 1. Officior. In
Apophth. II.

Ut ad Archytam scribit Plato, non sibi soli se
natus homo meminerit, sed patriæ, sed suis, ut per
exigua pars illi relinquatur. 2. de Finib.

Non dubitat Agricola, quāvis senex, querentō
cui serat, respōdere, diu immortalibus, qui me non
accipere tantummodo à maioribus voluerunt, sed
etiam posteris tradere. Idēmque laborant in eis,
quæ sciunt nihil omnino ad se pertinere: ferunt ar-
bores, quæ alteri seculo profint. Cato Maior.

Nec parentes, nec amici negligendi,
etiam si ad amplissimam digni-
tatem peruerteris. 132

Si quam præstatiā virtutis, ingenij, fortunæ
consecuti sunt nonnulli, impariant eam suis,
communicentque cum proximi: ut si parentibus
natis sunt humiliis, si propinquos habeant imbe-
cilliores, vel animo vel foro, et corū angeat opes,
et si que honoris sint & dignitati: ut in fabulis, quā
ali quandoiu propter ignorantiam stirpis & gene-
ris, in famulatu fuerint, cùm cogniti sunt, & aut
deorum, aut regum filij inuenti, retinent tamen

charitatem in pastores, quos patres per multos annos esse duxerunt. In Latio.

Mores crescunt cum ætate. 133

Curpiditas agèdi aliquid adolescit vna cum ætate. 5.de Finib.

Habenda est ratio diligenter, quos imitemur, quorum similes velimus esse. 1.de Orat.

Magni interest quos quisque audiat quotidie domi, quibuscum loquatur à puero, quemadmodum patres, pedagogi, matres etiam loquantur. de Clar.Orat.

Quae acciderunt in pueritia, meminimus optimè sàpè. 3.ad Heren,

Id est difficile, quod cum spe magna sis ingressus, id non exequi usque ad extremum. Pro C. Rab. Post.

Vt superioræ ætas, sic & posterior
esse solet. 134

Studia que sunt in adolescentia tanquam in herbis, significant que virtutis maturitas, & quanta fruges industriae sunt future. Pro Cælio.

Adolescentia significat, ostenditq; fructus futuros: reliqua tempora de metendis fructibus, aut percipiendis accommodata sunt. Cato Maior,

Facile in optimam partem cognoscuntur adolescentes, qui se ad claros & sapientes viros, bene consilentes Reipub. contulerunt: quibuscum si frequentes, sint opinione afferunt populo, eorum fore se similes, quos sibi ipsi delegerunt ad imitan-



dum. i Offic.

Quis ullam vllius boni spem habebit in eo, cuius primum tempus etatis palam fuerit ad omnes libidines diuulgatum? Ad Sen. post red.

Perinde ut est opinio de cuiusque moribus, ita quid ab eo factum sit, & non factum, facile estimari potest. Pro Cluentio.

Omnibus in rebus, qua grauiores, maioresque sunt, quid quisque voluerit, cogitarit, admirerit, non ex criminis, sed ex moribus eius qui arguitur, est ponderandum. Neque enim potest quisquam nostrum subito fingi, neque eiusquam repente vita mutari, aut natura converti. Pro Sylla.

Libidinosa & intemperans adolescentia effecsum corpus tradit senectuti. Cato Maior.

Est quiete, & pure, & eleganter acte etatis placida ac lenis senectus. Cato Maior.

Aetas honeste ac splendide, tantam ad fert consolationem, ut eos qui ita vixerint, aut non tangat agitudo, aut leuiter pungat animi dolor. 3. Tusc.

Qui adolescentum peccatis ignosci putant oportere, falluntur, propterea quod etas illa non est impedimento bonis studiis. At hi sapienter faciunt, qui adolescentes maximè castigant, ut quibus virtutibus omnem vitam tueri possunt, eas in etate maturissima velint comparare. 4. ad Flerennium.

Multi à voluptate ad virtutem
se receperunt. 135

Multos vidi & audiui, nō modò qui primo-
ribus labris gustassent genus hoc vita vor-
luptariae, & extremis, ut dicitur, digitis attigis-
sent, sed qui totam adolescentiā voluptatibus de-
dissent, emersisse aliquando, & se ad frugem bo-
nam, ut dicitur, recepisse, grauēsque homines &
illustres fuisse. Datur enim concessu omnium, &c.
Pro M.Cælio. Vide Iuuentus. 136.

Multi & nostra & patrū memoria summi &
clarissimi ciues fuerunt, quorum cùm adolescentiæ
cupiditates deferuerint, eximia virtutes firmatae
iam etate extiterunt. *Pro M.Cælio.*

Iuuentuti ludus quidam, & voluptas
interdum aliqua permittatur. 136

Cur iuuenes relaxare animos, & dare se
iucunditati volent, caueant intemperan-
tiam, meminerint verecundiæ. 1.Offic.

*Ludendi est quidam modus retinendus: ut nec
nimis omnia profundamus, elatique voluptate, in
aliquam turpitudinem dilabamur.* 1.Offic.

Ludo & ioco vti illis quidem licet, sed sicut
somno & quietibus, ceterisq; quum grauibus, se-
riisq; rebus satisfecerimus. *Ipsumq; genus iocādē*
ingenuum & facetum esse debet, non profusum,
nec immodestum, sed semper in ipso ioco aliquid
probi ingenij lumen eluceat. 1.Offic.

Pueris non omnem licentiam ludendi damus,

sed eam que ab honestatis actionibus non sit aliena. i.Offic.

Datur concessu omnium huic aliquis ludus etati, & ipsa natura profundit adolescentie cupiditates: quae si ita erumpunt, ut nullius ritam labe- factent, nullius domum euertant, faciles & tolerabiles haberi solent. Pro M.Celio.

Detur aliquid etati, sit adolescētior liberior, nō omnia voluptatibus denegētur, nō semper superet vera illa & directaratio, vincat aliquando cupi- ditas, voluptasque rationem, dummodo illa in hoc genere prescriptio, moderatioq; teneatur: parcat iuuentus pudicitiae suae, ne spoliat alienā, ne effūdat patrimoniuī, ne fēnore trucidetur, ne incurrat in alterius damnuī atque famā, ne probrū castis, labē integris, infamiam bonis inferat: ne quem interi- mat, ne intersit insidiis, scelere careat: postremo, cūm paruerit voluptatib;, dederit aliquid tēporis ad ludū etatis, atque ad inanes hafce adolescētiae cupiditates: reuocet se aliquādo ad curam rei do- mesticae, rei forensis, R. eip. ut ea qua ratione anteā non prospexerat, satietate abiecisse, experiēdo contempſiffe videatur. Pro M.Celio.

Tempus iuuentutis sua sponte infirmū, aliorum libidini infestum est. Pro M.Celio.

Voluptate & deliciis facile iuuentus intercipi- tur. In Vatinium.

Semper magno ingenio adolescentes refranandi potius à gloria, quam inuitandi sunt. Ampn.

M iij

*tāda sunt plura illi etati, siquidem efflorescit in-
genū laudibus. Pro M.Cælio.*

Tu plura in oratione. Pro M.Cælio.

Iuuentus senum prudentia nitatur

& regatur.

137

Est adolescentis maiores natu vereri, exq; his
deligere optimos & probatissimos, quorū cō-
filio & authoritate nitatur: in euntis enim etatis
inscitia, senum constituenda & regenda prudētia
est. Maximè autē hac etas à libidinibus arcenda
est, exercendaque in labore patientiāq; & animi
& corporis: ut eorum & in bellicis & i ciuilibus
officiis vigeat industria. I.Offic.

Tribuere plurimum senectuti debemus. I.Offic.

Eum nos, qui etate anteit, tāquam superiorem
colere debemus. In Lælio.

Nō est rectū, minori parere maiore. De Vnū.

Imitādi sunt maiores: primum illud exceptum,
sed ne vitia sint imitanda. I.Offic.

Senectutis est proprium, vt adolescentulos do-
ccat, instituat, ad omne officij genus instruat.
Cato Maior.

Senectus.

138

Nihil est preclarior, quam honoribus &
Reipu. muneribus perfunctum senem posse
suo iure dicere, id quod apud Enniū dicit ille Py-
thius Apollo, se esse eum, vnde sibi, si non populi
& reges, aut omnes, sui tamen ciues cōsilium ex-
peterent. I.de Orat.

Omnium etatum certus est terminus. Senectus autem nullus certus est terminus, recteque in ea viuitur, quoad munus officij exequi & tueri possit. Cato Maior.

Misera est senectus, que se oratione duntaxat defendit. Non cani, non rugae repente autoritatem afferre possunt, sed honeste aetate superior etas, fruētus autoritati praeberet extremos. Cato Maior.

Senibus labores corporis sunt minuēdi, exercitationes animi etiam augenda videntur. 1. Offic.

Nihil magis cauendū est senectuti, quam ne languore, desidiaeque dedat, luxuria vero cum omnī etati turpis, tuū senectuti fœdissima est. Duplex enim inde malum est, quād & ipsa senectus dedecus concipit, & facit adolescentum impudentiorē intemperantiam. 1. Offic.

Studiose & diligenter euolues dialogū, qui Cato Maior inscribitur, ubi in senectutis laudibus multus, imo etiam totus est Cicero.

Relaxetur oportet aliquando animus. 139

*H*omines quanuis in rebus turbidi, tamen si modò homines sunt, interdum animis relaxantur. 2. Philip.

Otij non minus, quam negotij ratio extare debet. Pro Planc.

Contentio probanda. 140

*C*ontentio tandem sapiens est, quandiu aut proficit aliquid: aut si non proficit, non obest. Pro Calio.

Malè paria, malè pereunt.

141

Malè parta, malè dilabuntur. 2. Philip-

pica.

142

Quibus facile ignoscitur.

Illis facile ignoscitur, qui non perseverare, sed
ab errato se reuocare moluntur. In Vatin.

Cuiusvis est hominis errare, nullius nisi insipientis,
perseuerare in errore. Philip. 12.

Optimus est portus penitenti, mutatio consilij.
Philip. 12.

Sit erranti medicina confessio. Cic. ad Q. Fr.

Humanum est errare, sed ferinum perseverare
in errore. Nostrum.

Voluntas puniatur, etiam si non
impleatur.

143

In ipsa deliberatione facinus inest, etiam si ad
id non peruerterit. 3. Offic.

Non exitus rerum solum, sed & hominum con-
silia legibus vindicantur: minus quidem dolendum
est, re non perfecta, sed puniendum certe nihilomi-
nus. Pro Milone.

Multæ simulationes, nec fronti
vlla fides.

144

In animis hominum multæ sunt latebra, &
multi recessus. Pro M. Marcel.

Multis simulationib[us] inuolucris tegitur, & quasi
velis qbus dā obtēditur vniuscuiusq[ue]; natura, frōs,
oculi, vultus persēpe mētiuntur. Cic. ad Q. Fr.

Temerè affirmare de altero, est periculosum,

propter occultas hominum voluntates, multiplicè
cesque naturas. Cic. ad Brut.

Fronte atque vultu simulatio facillimè sustine-
tur. Cic. Lent. Famil. I.

Nullus ad nocendum efficacior, quam
domesticus inimicus. 145

Nulle sunt occultiores insidiae, quam que la-
tēt in simulatione officij, aut in aliquo ne-
cessitudinis nomine. Nam cum qui palam est ad-
uersarius, facile cauedo vitare possis: hoc vero oc-
cultum, intestinum ac domesticum malum nō mo-
dò existit, verū etiam opprimit antequam prospic-
cere atque explorare potueris. Act. 2. in Verr.

Tacita magis & occultæ inimicitie timenda
sunt, quam indicata & aperta. Ad. 7. in Verr.

Vultus animum detegit. 146

Vultus ac frons, animi est ianua, quæ signifi-
cat voluntatem abditam ac retrusam. De
Pet. Conf.

Omnis motus animi suum quendam à natura
habet vultum & sonum & gestum. Animi ima-
go, vultus est: indices, oculi. Nā hec est una pars
corporis, qua tot animi motus sunt, tot significa-
tiones & commutationes possit efficere. Oculi e-
nim sunt, quorum tum intentione, tum coniectu-
tum hilaritate, motus animorum significemus a-
pè. Nam oculos natura nobis, vt equo & leoni
setas, caudam, aures, ad motus animorum decla-
randos dedit. 3. de Orat.

Ex oculorum obtutis, superciliorum aut remissione, aut contractione, facile iudicamus quantus sit in homine dolor aut metus, aut denique tristitia. 1.Offic.

Ex coniectura multa discuntur. 147

PErinde ut est opinio de cuiusque moribus, ita quid ab eo factum sit, & non factum, existimari potest. Pro Cluent.

De futuris rebus et si difficile est dicere, tamen interdum possis coniectura propius accedere, quibus res est eiusmodi, cuius exitus praevideri potest.

Cic.Torq.Famil.6..

Facile in optimam partem. 1.Offic.Vide, ut superior etas. 1;4.

Artibus ipsis si in dicendo non utimur, tamen apparet atque extat utrum simus earum rerum redes, an didicerimus. 2.de Orat.

Aliena & videmus & curamus, nostra non cernimus. 148

FIt nescio quo pacto, ut magis in aliis cernimas, si quid delinquitur, quam in nobis metipsis. 1.Offic.

Aliorum patroni, nostra tenere, tueriq; non possumus. 3.de Orat.

Satis superq; sit cuique suarum rerum cura: alienis nimis implicari molestum est. In Lelio.

Alterum alterius auxilio eget. 149

NUllum est genus rerum, quod aut aulsum à ceteris, per seipsum constare, aut quo că-

ter si careant, vim suam atque aeternitatem conservare possit. 3.de Orat.

Quæ vicinitas probanda. 150

Laudanda est, vel amanda potius vicinitas, retinens veterem illum officij morem, non infuscatam malevolentia, non assueta medacis, non sucata, non fallax, non erudita artificio simulationis, vel suburbano, vel etiam urbano. Pro Planc.

Similitudo amicitiam parit, & odium dissimilitudo contrahit. 151

Magnam vim habet ad coniungendas amicitias, studiorum ac naturæ similitudo.

Pro Cluent.

Pares cum paribus facilissime congregantur.

Cato Major.

Nihil est quod tam attrahat & alliciat ad amicitiam, quam similitudo, qua sit ut bonos boni diligant, asciscantq; sibi quasi propinquitate coiuersatos, atque natura. nihil est enim appetitus simillimum sui, nihil rapacius, quam natura. Hinc constat bonis inter bonos, quasi necessariam benevolentiam esse. In Lelio.

Diskares mores disparia studia sequuntur: nec ob aliā causam vlla, boni improbi amici esse nō posseunt, nisi q; tenta est inter eos, qua ta maxime potest esse, morū studiorūque distantia. In Lelio.

Natura, quam doctrina utilior. 152

Multis sine vlla doctrina naturam ipsam sequunt, multa laudabilia fecerunt. 3.de Fin.

Sæpius ad laudem atque virtutem natura sine doctrina, quæm sine natura valuit doctrina. Pro Archia Poëta.

Omnes tacito quodam sensu, sine illa arte aut ratione quæ sunt in artibus ac rationibus recta, ac prava diiudicant. 3. De Orat.

Meliora sunt ea, quæ natura, quæm quæ arte perfecta sunt. 1. de Nat. Deor.

Nulla res imitari natura solertiam potest. 1. de Nat. Deorum.

Omnis natura artificiosa est, & habet quasi viam quandam & sectam, quam sequatur. 2. de Nat. Deor.

Ars, quæm natura certior. 153

Sine doctrina si quid benè dicitur, adiuuante natura, tamen id quia fortuitò fit, semper paratum esse non potest. 1. de Clar. Orat.

Etsi ingenii magnis prædicti quida, dicendi copiam sene ratione consequuntur, ars tamē est dux certior, quæm natura. Aliud est enim poëtarum more verba fundere: aliud ea quæ dicas, ratione & arte distinguere. 4. de Finib.

Quæ bona sunt, fieri meliora possunt doctrina: & quæ non optima, aliquo modo acutamen & corrigi possunt. 1. de Orat.

Nemo scribat, nisi docte. 154

Videatur quicquid literis mandatur, id cōsiderari omnium eruditorum lectione decere. Lectio nem sine illa de declaratione negligo. 2. Tusc.

Mandare quenquam literis cogitationes suas, qui eas nec disponere, nec illustrare possit, nec delectatione aliqua allicere lectorē, hominis est intē peranter abutentis, & otio & literis. 1.Tusc.

Memoria.

155

Memoria, est signatarum rerum in mente vestigium. 1.Tusc.

Memoria minuitur, nisi exerceas eam: nūquam tamen quēquam senum audiui oblitum, quo loco thesaurum obruisset. Cato Maior.

Rerum omniū thesaurus memoria: qua nisi custos inuētis, cogitatisque rebus & verbis adhibeat, intelligimus omnia, etiā si praeclarissima fuerint, in oratore peritura. 1.de Orat.

Memoria non modò philosophiam, sed omnis vita vsum, omnēsque artes una maxime continet. 2.Acad.

Principium.

156

Principū nulla est origo. Nam ex principio oriuntur omnia. 1.Tusc. & in Som.Scip.

Omnium rerum principia parua sunt, sed suis progressionibus vsa augentur. 5.de Finib.

Principiis cognitis, multò facilius extrema intelliguntur. Pro Cluent.

Vsus.

157

Nec medici, nec imperatores, nec oratores, quanuis artis precepta perceperunt, quicquam magna laude dignum, sine usu & exercitacione consequi passunt. 1.Offic.

Vsus, magister est optimus. Pro C. Rabirio Posthumo.

Vsus, frequens, omnium magistrorum precepta superat. 1. de Orat.

Stylus, est optimus & præstantissimus dicendi effector ac magister. 1. de Orat.

Addit interdum nōnihil ipsa patria, &
locus ad ingenium. 158

Autiora sunt ingenia, & ad intelligendum aptiora eorū, qui terras incolunt eas, in quibus aer sit purus ac tenuis, quā illorū qui utuntur crasso cœlo atque cōcreto: quinetiā cibo quo ratis, interest aliquid ad mentis aciem. 2. de Nat. Deorum.

Themistocles. Cato Maior. In Apoth. 6.

Præclara rara, eaque difficilia. 159

Connia præclara rara: nec quicquam difficultius, quā reperire, quod sit omni ex parte in suo genere perfectum. In Lelio.

In omni arte, vel studio, vel quavis scientia optimum quidque rarissimum. 2. de Finib.

Quod præclarum, idem arduum. 3. Tusc.

Quo quid difficultius, hoc præclarus. 1. Offit.

Quae rara, atque ardua sunt, ea ex principio pulchra & iucunda hominibus videri solent. 2. de Invent.

*Rebus maximis difficultate ipsa natura propo-
suit. Nostrum.*

Difficilè in dicēdo omnibus satisfacies. 160

Magnum

Magnum opus est atque munus , suscipere
ac profiteri , sese omnibus silentibus vnum
maximis de rebus magno in conuentu hominum
audiendum. Adeſt enim ferè nemo quin acutius
atque acrius vitia in dicente , quām recta videat.
Ita quicquid est in quo offenditur , id etiā illa quae
laudanda sunt obruit : & quoties dicimus , toties
de nobis indicatur. Nec quicquā est tam insigne ,
nec tam ad diuturnitatem memoriae stabile , quām
id in quo deliqueris. 1.de Nat. Deor.

Quae sit causa paucitatis Oratorum , & quibus
de causis in dicendo timeamus , primo
de Oratore ostenditur.

Nos vitiorum magis , quām virtutum
meminimus. 161

Non tāea quae recta sunt probātur , quām quae
prava sunt , fastidiis adhaerent. 1.de Orat.

Nihil est tam insigne , nec tam ad diuturnitatem
memoriae stabile , quām id , in quo aliquid offendis.
1.de Orat.

Multò acrior est memoria improborum , quām
bonorum. Pro Flacco.

Homines imperiti , facilius quod stulte dixeris ,
reprehendere , quām quod sapienter tacueris pro-
bare possunt. 2.de Orat.

Qui citandi ex historiis. 162

Ex annalium monumentis testes excitamus
eos , quorum vniuersa vita consumpta est in la-
boribus glorioſis. 2.de Finibus.

N

*Exempla ex vetere memoria & monumentis
ac literis, plena dignitatis, plena antiquitatis, hæc
plurimum solent & autoritatis habere ad probandum,
& incunditatis ad audiendum. 5. Att. in
Verrem.*

*Cuius predicationem omnibus nondum grata est,
hunc memoria potius, quam vocis testimonio co-
firmemus. Philip. II.*

*Videndum est, ne quos ob beneficia diligimus, ve-
lum, eorum laudem atque gloriæ, cui maximè in-
uideri solet, nimis efferre videamur. 2. de Orat.*

*Accusator vacet omni crimen, veniatque
ad accusandum non studio ductus,
sed officio. 163*

Carere debet omni vitio, qui paratus est in
alterum dicere: is demum maledicit, qui non
potest verum ab altero audire. R. ecr. in Sallustiū.

*Nulla salus R. eip. maior est, quam eos qui alterum
accusant, non minus de laude, de honore, & fama
sua, quam illos qui accusantur de capite, de fortu-
nis suis pertimescere. Itaque semper hi diligētissi-
mè laboriosissimèq; accusarunt, qui seipso in dis-
crimen existimationis venire arbitrabantur. Ex
diuin. in Verr.*

*Multa esse oportet in ea qui alterum accuset, pri-
mum integratem, atque innocentiam. Nihil est
enim quod maius offendit sit, quam rationem ab
altero vita reposcere eum, qui non possit suæ redi-
dere. Accusare enim debet ij, qui nullo suo pecca-*

to impediuntur, quò facilius alterius peccata demonstrare possint. Ex diui. in Verr.

Omnis qui alterum in iudicium vocant, prouidere debent, non solum quid oneris in presentia tollat, sed etiam quantum in omnem vitam negotij suscipere conentur. Legem enim sibi ipsi indicant innocentiae, continetiae, virtutumque omnium, qui ab altero rationem vita reposcut, atq; eò magis, si id faciūt, nulla re cōmoti, nisi utilitate cōmuni. Nā qui sibi hoc sumpsit, ut mores corrigat aliorū, ac peccata reprehēdat, qui huic ignoscat, si qua in re ipse à religione officij declinarit? 5. Act. in Verr.

Postulatur ab omnibus, ut ab iis se abstineant maxime vitiis, in quibus alterū reprehenderunt. Furem aliquem aut rapacem accusari? ritanda tibi semper erit omnis auaritiae suspicio. Maleficū quempiam adduxeris aut crudelē? cauendum erit semper, ne qua in re asperior, aut i humanior suis se videare. Corruptorē, adulterū? prouidendū diligenter, ne quod in vita vestigium libidinis appareat. Omnia postremò quae vindicaueris in altero, tibi ipsi vehementer fugienda sunt. Etenim nō modò accusator, sed ne obiurgator quidē ferendus est is, qui quod in altero vitiū reprehendit, in eo ipso deprehenditur. 5. Act. in Verr.

*Nihil est tam inhumanum, quam eloquētiam,
Cic. 2. Offic. Vide Eloquentia. 20.*

Nihil est tam alienum ab eo qui alterum coniurationis accuset, quam videri coiuratorum pœ-

N ij

nam, mortemque lugere. Pro Sylla.

Sine summo scelere nō potes quod maleficium in aliis vindicari, idem in illorum socio, cūm scires defendere. Pro Sylla.

Danda est opera ne quid contra equitatem contendas, ne quid pro iniuria. 2.Offic.

Hoc praeceptum officij diligenter tenendum est, ne unquam innocentem iudicio capitio accessus id enim sine scelere fieri nullo pacto potest. 2.Offic.

Accusatores multos esse. Pro Rosc.Amer.Vide Præmio & pœna Resp.continetur. 164.

Vtilius est abfolui innocentem, quam innocentem causam dicere. Pro Rosc.Amer.

Impediri bonam rem est melius, quam concedi malam. 3.de Leg.

Tu & quam ratiō, & quatenus accusandum sit,
secundo Offic.legito, capite,
prima igitur.

Præmio & Pœna Republica continetur. 164

Nec domus, nec Respub. stare potest, si in ea nec recte factis præmia extent villa, nec supplicia peccatis. 3.de Nat.Deor.

Legibus, præmia proposita sunt virtutibus, & supplicia vitiis. 1.de Orat.

Verus, iustus, atque honestus labor, honoribus, præmiis, ac splendore decoratur: vicia autē hominum atque fraudes, dannis, ignominias, vinculis, verberibus, exiliis, morte multantur. 1.de Orat.

*Improbis pœna statuenda est : nec minor verò iis,
qui secuti erunt alterum, quam iis qui ipsi fuerint
impietatis duces.* In Lelio.

*Quos ipsa natura retinere in officio nō potest,
ej magnitudine pœna maleficio submoueri debet.*
Pro Rosc. Amer.

*Quotus quisque reperiatur, qui impunitate pro
posita abstinere posset iniuria: impunitas peccati
maxima est illecebra.* 3. Offic.

*Non satis est eum qui lacefferit, iniuria sue pœ-
nitere, vt ipse, ne quid tale posthac committat, &
ceteris int ad iniuriam tardiores.* 1. Offic.

*Est utilius, unius improbi supplicio multorum
improbitatem coercere, quam propter multos im-
probos unius parcere.* 5. Act. in Verr.

*Accusatores multos esse in civitate utile est, vt
metu continetur audacia. Verum hoc ita est uti-
le, vt ne planè illudamur ab accusatoribus.* Pro
Rosc. Amer.

Vt medici membrum sepè putrefactum. In Va-
tin. In Simil. 18.

In corpore si quid est. Phil. 9. In Simil. 16.

Vt membra quedam amputantur. 3. Offic. In
Simil. 17.

*Rebus in prosperis, consulendum
est aduersis.*

165

*Omnis, cùm secunda res sunt, tum maximè se-
cum meditari oportet, quo pacto aduersam
arumnam ferant.* 3. Tusc.

N. 3ij

Sapienter cogitant, qui temporibus secundis causas aduersos reformidant. 4. ad Heren.

Socius, & eius officia. 166

Socij putandi sunt, quos inter res communicatae est. 5. Act. in Verr.

In rebus minimis socium fallere turpissem est, propterea quod auxiliū sibi se putat adiunxisse, qui cū altero rē communicarit. Pro Rosc. Amer.

Nemo ferè credit, nisi ei quē fidelē putat: Perditissimi est igitur hominis & amicitiā dissoluere, & fallere eum, qui Iesus non esset, niss credidisset. Pro Rosc. Amer.

Literas ad se ab amico missas, offensione aliqua interposita, in mediū proferre, palamq; recitare, nihil est aliud, quam tollere ē vita vite societate, tollere amicorū colloquia absentium: multa enim loca esse solent in epistolis, que prolata si sint, inepta esse videantur: & multa seria, neque tamen vlo modo diuulganda. Philip. 2.

Nequē perfidiosum ac nefarium est, fidem frangere, quae cōtinet vitā: & pupillū fraudare, qui in tutelam peruenit: & socium fallere, qui se in negotio coniunxit. Pro Rosc. Com.

Necessē est qui socium fama & fortunis spoliarē conatus est, vnum se & perfidiosum & impiū esse fateatur. Pro Quint.

Testi ad alios esse possumus: sociū verò cauere qui possumus? quem etiam si metuimus, ius officij lēdimus. Vnde maiores, eum qui sociū fecellisset,

in virorum bonorum numero non putarunt haberi oportere. Pro Rosc. Amer.

Nihil preter laudem bonis atque innocentibus ex sociis reportandum est. 3. de Legib.

Agricultura.

167

Omnium rerum ex quibus aliquid exquiritur, nihil est agricultura melius, nihil uberioris, nihil dulcioris, nihil homine libero dignius.

1. Offic.

Vita rustica, quā nos agrestem vocamus, parsimonia, diligentia, iustitia magistra est. Pro Rosc. Amer.

Vita rustica, maximē disiuncta est à cupiditate, & cum officio coniuncta. Pro Rosc. Amer.

Agricola semper ita vivunt, ut quæstū noscant nullum, fructum autem eum solum, quem labore pepererint. Pro Rosc. Amer.

Hominum generi vniuerso cultura agrorū est salutaris. Nulla vita beatior esse potest. Neque solūm officio, sed & delectatione & saturitate, copiaq; rerum omnium, quæ ad victum hominū, & cultum etiam pertinent. Cato Maior.

Ipsa ratio arandi, spē magis & incūditate quādam, quām fructū atque emolumēto tenetur. Etenim ad incertum casum, & euētum certus quotannis labor, & certus sumptus impendit. Annona porrō precium, nisi in calamitate fructuum, non habet. Si autem vberitas in percipiendis fructibus fuerit, consequitur vilitas in vendendis, vt

N 111

*aut malè vendendū intelligas, si proceſſit, aut ma-
le perceptos fructus, si recte licet vēdere. Tote au-
tem res rusticæ eiusmodi sunt, vt eas nō ratio, neq;
labor, sed res incertissimæ, ventis, tēpestatesq; mo-
derentur.* 5. Act. in Verr.

Tu plenius legito, quibus perfruantur volupta-
tibus boni senes agricolæ in libello, qui Ca-
to Maior dicitur.

Seruiendum est valetudini. 168

VBi que moderatio virium adſit, & tantum
quantū quisq; potest, nitatur. Cato Maior.

Non modò quod non possumus, sed ne quantum
possumus, quidem cogimur. Cato Maior.

Habenda eſt ratio valetudinis: vtendū eſt ex-
ercitationibus modicis. Cato Maior. Vide Sobriè
vnuendū. 56.

Amor publicus præferatur priuato. 169.

Tantum fraterno amoris dandū nō arbitror,
vt quisquam de salute suorum consulat, cō-
mune m relinquat. Pro Sylla.

Non possunt rna in ciuitate multi rem atque
fortunas amittere, vt nō plures secum in eandem
calamitatem trahant. Pro lege Manil.

Non eſt magis vituperandus proditor patriæ,
quām cōmuni vtilitatis aut salutis desertor pro-
ptersuam vtilitatem aut salutem. 3. de Finib.

Ex multis meliora. 170

Evariis sumendum eſt optimum. 1. de Legib.
Non ſolūm ex malis minima oportet elige-

re, sed etiam excerpere ex his ipsis, si quid insit bo-
ni. 3. Offic.

In duobus malis fugiendum maius, leuius est e-
ligendum. Cic. ad Q. Fratrem.

In ceteris studiis è multis eligere homines com-
modissimum quodque solent. 2. de Inuent.

Ex minimis sàpè maxima. 171

Non minimis rebus sàpè res magna deprehendi-
 tur. *Pro Flacco.*

Minimis momentis maximæ temporum inclina-
tiones fiunt. Philip. 5

Dies affert, & bora magnas sàpè clades. Phi-
lip. 3.

Maledictum emissum, per omnium
aures statim funditur. 172

Nihil est tam volucrè, quam maledictum, ni-
 hil facilius emititur, nihil latius dissipar-
 tur. *Pro Plancio.*

Nemo in re sua testis. 173

More maiorum comparatum est, ut in mini-
 mis rebus homines amplissimi testimonium
 de sua re non dicerent. *Pro Rosc. Amer.*

*Noluerunt maiores nostri, hanc patere inimici-
 ei viam, ut quem quisque odisset, eum testimonio
 posset tollere. Ementiuntur enim sàpè in eos quos
 oderunt. Pro Fonteio.*

Nemo eo quod habet contentus. 174

Sive quenque fortuna pénitit. *Cic. Torg. Fa-*
mil. 6.

Suam quisque conditionem miserrimam putat.
Cic.Torq.Famil.

*Quod cuique. 1. Offic. Vide Alterum ne lese-
ris. 106.*

Contentum esse. Parad. vltim. Vide Dives.

Dives.

175

CMnes sunt diuites (dicunt Stoici) qui cælo
& terra frui possunt. 1. Offic.

*Eum intelligimus diuitem , cui tanta posseßio
est, ut ad liberaliter vivendū facile contentus sit,
qui nihil querat, nihil appetat, nihil optet am-
plius. Paradoxo vltimo.*

*Contentum suis rebus esse, maxime sunt certis-
simeq; dinitia. Parad. vltimo.*

Pauper.

176

ECens est, qui non satis habet, & is cui nihil sa-
tis potest esse. 4.ad Heren.

*Improbi & auari quoniam incertas, & in ca-
su positas possessiones habet, & plus semper appe-
tunt: nec eorum quisquam adhuc inuentus est, id
quod haberet, esset satis, non modò non copiosius
diuites, sed etiam inopes ac pauperes existimandi
sunt. Parad. vltimo.*

*Tu, qui diues, vel vere pauper dicatur, leges
vltimo Ciceronis paradoxo.*

Dives vir bonus.

177

Difficile est virtutes eum revereri, qui sem-
per secunda fortuna sit vsus. 4.ad Heren-
vium.

Pecunia & diuitiae. 178

Expetuntur diuitiae, tum ad vite vſus necessarios, tum ad perfruendas voluptates.
1. Offic.

Pecunia querendæ non solum ratio est, sed etiæ collocandæ, quæ perpetuos sumptus suppeditet, nec solum necessarios, sed etiam liberales. 2. Offic.

Pecunia effectrix multarū & magnarum voluptatum: pecunia voluptates pariuntur maxima. 2. de Finib.

Omnia pecunia effici possunt. 5. Act. in Verr.

Auaritia. 179

Dura res sunt, que maximè homines ad maleficium impellunt, luxuries & avaritia.
2. ad Heren.

Corrupti sunt, depravatiq; mores admiratione diuitiarum. 2. Offic.

Nihil est tam sanctum, quod non violari, nihil tam munitum, quod non expugnari pecunia possit. 2. Act. in Verr.

Nullum est officium tam sanctum, atq; solenne, quod non avaritia comminuere, atque violare soleat. Pro Quintio.

Nemo tam firmum habuit praesidium, quod avaritia non infregerit atque debilitauerit. In Vatin.

Avaritia, est opinio vehemens de pecunia.
4. Tuscul.

Illi morbo qui permanat in venas, & inharet

in visceribus, nec in ueteratus euelli potest, nomen est Auaritia. 7. Tusc.

Magno malo est hominibus auaritia, idcirque quod homines magnis & multis incommodis conflictantur, propter immensam pecuniae cupiditatem. 2. ad Heren.

In quibusdam neque pecuniae modus est, neque cupiditatum, quos nulla præda unquam improbè parta minuit, sed auget potius atque inflamat. 1. de Finib.

Nunquā expletur nec satiatur cupiditatis sitis, neque solum ea qui habent, libidine augendi cruciantur, sed etiam amittendi metu. Parad. I.

Auaritia insatiabilis, immensa & incredibilia potest. Ita enim hominū mētes obstrictas tenet, ut eas nullo tempore respirare permittat. In Vatin.

Nullum est vitium tetrius, quam auaritia, praesertim in principibus, & Remp. gubernantibus: habere enim quæstui Remp. non modo turpe est, sed sceleratum etiam & nefarium. 2. Offic.

Quid fœdius auaritia? 1. de Legib.

Auaritia senilis vituperanda est maximè. Post enim quicquam esse absurdius, q̄ quo minus via restat, eo plus viatici querere? Cato Maior.

Multi pauperes. 180

Copiae paruae singulorū sunt. Eorum autem qui ius egeant, infinita multitudo. 1. Offic.

Singulorum opes səpē sunt tenues & ifirma ad gratiam referēdam, ut opitulari benē merētibus

*nem queant, si maxima cupiunt. Antequam
iret in exilium.*

Quæ si liberis à patribus relinquenda hæreditas. 181

Quæ si liberis, omni patrimonio prestatior est gloria virtutis rerumq; gestarum: cui dedecori esse, nefas & vitium indicandum est. 1.Offic.

Licet patri apud filium gloriari, ad quem hæreditas sua huius gloria & factorum imitatio pertinet. 1.Offic.

Nullum monumentum pater clarius relinquere potest, quam effigiem morum suorum, virtutis, constantiae, pietatis, ingenij, filium. Philip. 9

Quid propriè nostrum. 182

Nihil meū est, neque cuiusquam, quod auferri, quod eripi, quod amitti potest. Parad. 4

Id cuiusque est proprium, quo quisque fruitur, atque vivitur. Cic.Curio.Famil.7

Oculi augent dolorem. 183

Quocunq; in loco quisque est, idē est ei sensus & eadem acerbitas ex interitu rerum & publicarum & suarum: tamen oculi augent dolorem, qui ea, que ceteri audiunt, intueri coguntur, nec auertere à miseriis cogitationem sinunt. Cic.Torq.Famil.6

Acerba audire tolerabilius est, quam videre.
Cic. Curio.Famil.7

Facilius ad ea qua visa sunt, quam ad illa qua

audita sunt, oculi mentis feruntur, 3. de Orat.

A consuetudine oculorum animum abducere difficultimum est. 2. de Nat. Deor.

Nihil est difficilius, quam à consuetudine oculorum, mentis aciem abducere. 2. de Nat. Deor.

Non audire . vel quod audis , non intelligere , vtrunque iuxta existimo .

184

IN his linguis, quas non intelligimus , surdi profecto sumus . 5. Tusc.

Verba neminem mouent, nisi cum, qui eiusdem linguae societate coniunctus est. 3. de Orat.

Varietas grata.

185

AD aures nostras , & sermonis suavitatem , nihil est vicissitudine, varietate , & commutatione aptius . 3. de Orat.

Nihil est aptius ad delectationem lectoris , quam temporum varietates, fortunaq; vicissitudines : quae et si nobis optabiles in experiencingo non fuerint , in legendō tamen erunt iucundæ. Cic. Luceio, Famil. 5.

Mulieres diutiūs, quam viri antiquitatem retinent.

186

Facilius mulieres incorruptam antiquitatem conservant, quod multorum sermonis expertes ea tenent semper, que prima didicerunt . 3. de Orat.

Mulierum famam multorum oculis lux clara custodiat. 2. de Legib.

Durum est filium patris delicto
impediri. 187

Est acerbum parentum scelera filiorum pœnis
lui. Cic. Bruto.

Plerique frustra rogantur. 188

Qui maleuolo sunt animo, deteriores sunt
rogati. Cic. Curioni, Famil. 2.

Frustra eos appellamus, quorum auris atq; a-
nimus à nobis abhorret. Cic. Q. Frat.

Proprium animi ingenui. 189

Est animi ingenui, cui multū debeas, eidē plus
rimū velle debere. Cic. Curio, Famil. lib. 2.

Necessitas. 190

Necessitas cogit, quod non habeas, aliunde
sumere. 3. de Orat.

Furtum turpissimum. 191

Nihil est turpius ingenuo, nihil minùs libero
dignum, quam in conuentu maximo cogi à
magistratu furtum reddere. 4. Act. in Verr.

Care emitur, quod precibus impetratur. 192

Malo emere, quam rogare. 6. Act.
in Verr.

Est ei serendū, qui cupiat colligere. 193

Est liberale officiū, serere beneficia, ut metere
possis fructum. Antequam iret in exilium.

Secunda fortuna ab homine ma-
xime expetitur. 194

Homini nihil est magis optandum, quam
prospera. equabilis, perpetuaq; fortuna se-

*eundo vita sine vlla offensione cursu. Ad Qui-
rites post redditum.*

*Etsi optabilius est vita cursum cōficere sine do-
lore & sine iniuria, tamē ad immortalitatē gloriae
plus affert, desideratum esse à suis ciuibus, quām
omnino nunquā esse violatum. Pro Domo sua,*

*In omni vita nihil est ad laude illustrius quām
ipsa calamitas. Pro Domo sua.*

Fauendum nobilitati. 195

Omnis boni semper nobilitati fauemus, &
quia utile est Republicae nobiles esse homi-
nes dignos maioribus suis, & quia valere debet
apud nos clarorum hominum senex de Rep. me-
nitorum memoria, etiam mortuorum. Pro Sestio.

Non minus debemus iis, à quibus cōser-
uamur, quām à quibus nascimur. 196

Non minus incūdi atq; illustres sunt hi dies,
quibus conseruamur, quām illi quibus na-
scimur: quod salutis certa lētitia est, nascendi in-
certa conditio: & quod sine sensu nascimur, cum
voluptate conseruamur. 3. Inuect. in Catil.

Onus dici non debet, quod spontē
fusciplias. 197

Onus non est appellandū, quod cum latitia
feras ac voluptate. 5. Act. in Verr.

Multi, et si de eadem rē contendant,
vnum tantum vincere potest. 198

Qrum multi pares dignitate sint, vnum ta-
men primum locum solum potest obtinere.

Fre

Pro Murena.

Quicquid est eiusmodi. I. Officiorum. Vide
Ambitio. 74

Pax, 199

Pax est tranquilla libertas. Philip. 2

Dulce est nomen pacis: res verè ipsa, tum
iucunda, tum salutaris. Philip. 13

Nihil est tam populare quam pax, qua nō mo-
dò q̄ quibus sensum natura dedit, sed etiam teat
atque agri mihi letari videntur. Pro Leg. Agrar-
ia contra Pop.

Nomen pacis dulce est, & ipsares salutaris.
Philipp. 2

Paci que nihil habet insidiarum, semper est
consulendum. I. Offic.

Pax est repudianda, si sub eius nomine latitet
bellum. Philip. 12

Leges aut iudicia esse non possunt pace subla-
ta. Philip. 8

Bellum. 200

Svscipienda bella sunt, ut in pace sine iniuria
vivatur. I. Offic.

Non solum aduentus belli, sed metus ipse affert
calamitatem. Nam cùm hostium copie non lan-
gē absunt, etiam si irruptio facta nulla sit, ta-
men pecora relinquuntur, agricultura deseritur,
mercatorum navigatio conquiescat. Pro lege
Manil.

Incerti sunt exitus pugnarum. Morsq; est com-

o

*munis, quæ sapè spoliantem iam & exultantem
euertit, & perculit ab abiecto. Pro Milone.*

*Incertus est exitus & anceps fortuna belli.
Pro M. Marcello.*

*Incerti sunt exitus belli, Mars communis.
Philip. 10*

*Incertus est belli exitus. Philip. 13
Omnium bellorum exitus incerti sunt. Cicer.
Forq. Famil. lib. 6*

*Omnis belli Mars est communis, & semper
incerti exitus preliorum sunt. Cicer. Torquato.
Famil. lib. 6*

*Armorum exitus semper incerti & timenda.
Cic. Attico, lib. 7*

Bellum ciuile. 201

Ciuiile bellum perniciosissimum. Cice. At-
tico, lib. 8

*Omnia sunt misera in bellis ciuilibus, sed misera-
rius nihil, quam ipsa victoria, quæ etiam si ad
meliores venit, tamen eos ipsos ferociores, impotē-
tioresq; reddit: ut etiam si natura tales non sint,
necessitate tamen esse cogantur. Multa enim vi-
ctori eorum arbitrio per quos vicit etiam iniuste-
ficienda sunt. Cic. Marcello. Famil. lib. 20*

*Bellorum ciuilium hi semper exitus sunt, ut non
ea solūm fiant quæ velit vīctor, sed etiam ut sis-
mos gerendus sit, quibus adiutoribus parta sit vi-
ctoria. Cic. Cornificio. Famil. lib. 12*

Nihil viro bono & quieto, & bono cui magis

CIC. LIB. I. 211
conuenit, quam abesse à ciuilibus controversus.
Cic. Attico, lib.9.

Victoria. 202

Victoria est semper insolens. Cicero Serio.
Sulp. Famil.lib.4

Victoria, natura & insolens & superba. Pro
Marcello.

Facilis victoria, si repugnet
nemo. 203

Facile est vincere non repugnantē. 1.Tusc.
Nulla est laus, ibi esse integrum, ubi nemo
est qui aut possit, aut conetur corrumpere.
2. Act. in Verrem.

Vetus odium vix occidit. 204

Hoc natura est insitum, ut quem timueris,
quicum de vita fortunisq; contendeleris, cu-
ius ex insidiis evaseris, hunc semper oderis. Pro
Sylla.

Spes. 205

Sola spes hominem in miseriis consolari solet.
Inueit. 4. in Catil.

Nos desinimus quia esse medicus, etiam si
concentetur aegrotas. 206

A Ego quid nam omnes combalescunt, non id-
circo nullum edicere est. 2. de Nat. Deor.

Non domino dominus, sed domino do-
mus committitur debet. 207

Non domo dominus, sed domino domus be-
nestanda est. 2. de Divin.

O q̄

Qui laude non ducitur, nec metu
quoque mouebitur. 208

Si laus adicere nos ad recte faciendum non po-
test, nec metus quidem à foediissimis factis po-
test auocare. Pro Milone.

Omnis non tam gloria mouentur,
quam ignominia. 209

Quis honorem, quis gloriam, quis laudem,
quis ullum decus, tam unquam expetit,
quam ut ignominiam, infamiam, con-
sumeliam, dedecus fugiat? Partit. Orat.

Nemo est tam agrestis, quem si non ipsa hone-
stas, contumelia tamen & dedecus magnoperè
moueat. Partit. Orat.

A P O-




A P O P H T H E G-
M A T A A L I Q V O T , S E V
G R A V E S M V L T O R V M S E N-
tentia, ex M. Tull. Cicerone.

L I B . I I .

Themistocles,

A p v d Grecos fertur incredibili
 quadam magnitudine consilij at-
 que ingenij Atheniensis ille fuiss-
 se Themistocles, ad quem qui-
 dam doctus homo, atque impri-
 mis eruditus accessisse dicitur, eisque artem me-
 moriae, quae tum primum proferebatur, pollicitum
 esse se traditurum. Cum ille quasisset, quidnam
 illa ars efficere posset, dixisse illum doctorem, ut
 omnia meminisset. Et ei Themistoclem respon-
 disse, gratius sibi illum esse facturum, si se obli-
 uisci que vellet, quam si meminisse docuisset. Cu-
 ius responsi, his verbis, & eleganter & ingeniosè
 Cicero meminit: Non sum tanto ego ingenio, Invenor
 quanto Themistocles fuit, ut obliusionis artem
 quam memoria malim: gratiamque habeo Simo-
 nidi illi Chio, quem primum ferunt artem memo- des.
 artis me
 moriae
 Simonis.

O ij

sie protulisse. Dicunt enim cum cœnaret Grano-
we, &c. 2. de Orat.

Themistocli, cum Simonides, aut quis alius ar-
 tē memorie polliceretur: Oblivionis (inquit) malle.
 Nam memini eorum quæ nolo, obliuisci non pos-
 sunt, quæ volo. 4. dē Finib. & 4. Acad.

Themistoclem illum summum Athenis virum
 dixisse aiunt, cum ex eo quereretur quod acroa-
 ma (id est dictum) aut cuius vocem libentissime
 audiret: Eius à quo sua virtus optimè prædica-
 retur. Pro Arch. Poëta.

Themistocles, cum consideretur, utrum bono viro
 pauperi, an inimicis probato diutiti filia collocaret:
 Ego (inquit) malo virū qui pecunia egeat, quam
 pecuniam quæ viro. 2. Offic.

Noctu ambulabat in publico Themistocles,
 quod somnum capere non posset: quarentibusq;
 respondebat, Milciadis trophyis se è somno su-
 scitari. 4. Tuscul.

Themistoclem ferunt, Seriphio cuidam in iur-
 gio respondisse, cum ille dixisset, non eum sua, sed
 patriæ gloria splendorem affectum: Ne o Hercule
 (inquit) si ego Seriphius essem, nobilis essem, nec
 tu si Atheniensis esses, clarus unquam fuisses.
 Cato Maior.

Plato.

PLATO TUM DENIQUE FORE BEATAS REPUBLICAS
 putavit, si aut docti, aut sapientes homines
 eas regere copiissent: aut qui regerent, omnia suum

Studium in doctrina ac sapientia collocaſſent. Cic.

Oquin. Fratr.

8

Vir nemo probus ab improbo ſe donari vult.

Donis impius ne placare quidem audefant Deos.

2. de Leg.

9

*Quales in Repub. Principes ſunt, tales reliqui
ſolent eſſe ciues. Cic. Lentulo, Famil. lib. I.*

10

*Beatus eſt cui in ſenectute cōtigerit ut ſapiētiā,
verasq; opiniones aſſequi poſſit. 5. de Finib.*

*Noſ ſolūm nobis nati ſumus, ortusq; noſtri pa-
rem patria vendicat, partem amici. 1. Offic.*

*Scientia que eſt remota à iuſtitia calliditas po-
tius, quād sapientia eſt appellanda. 1. Offic.*

*Oculorum eſt in nobis ſenſus acerrimus, quibus
ſapientiam non cernimus, quād illa ardenteis a-
mores excitaret ſui ſi videretur! 2. de Finib.*

*Honeſtum iſum ſi oculis cerneretur, mirabi-
les amores excitaret ſapientia. 1. Offic.*

Socrates.

15

*D*iae ſunt via, duplícēſq; cursus animorum
ē corpore exētiūm. Nam qui ſe vitis hu-
manis contaminaſunt, & ſe totos libidinibus tra-
diderunt, iis diuinum quoddam iter eſt ſeclusum à
concilio Deorum: qui autem ſe integros caſtósque
ſeruarunt, quibusque fuit minima cū corporibus
contagio, ſuntq; in corporibus humanis vitā ini-
tati Deorum, ius ad illos à quibus ſunt profeſti, fa-
cile patet reditus. 1. Tusc.

16

*Socrates, vt eſt apud Platonem, cūm ſe morte
o iij*

216 APOPHTHEGMATE
mulctatum videret: Magna me spes, inquit, tenet
judices, bene mihi euenire, quod mittar ad mor-
te, sed tēpus est iam hinc abire me, ut moriar, vos
et vitam agatis. 1.Tuscul. 17

Socrates interrogatus à iudicibus, quā estimationem cōmeruisse se maximè confiteretur: Respōdit se meruisse, ut amplissimis honoribus & præmiis decoraretur, & ut ei victus quotidianus in Prytanæo publicè præberetur, qui honos apud Cracos maximus habebatur. Cuius responso sic indices exarserunt, ut capit is hominem innocensimum condemnarent. 1.de Orat. 18

Cum Socrati scriptam orationem disertissimus orator Lysias attulisset, quā si ei videretur, edisceret, ut ea pro se in iudicio vteretur, nō inuitus legit, & commode scriptam esse dixit: Sed inquit, ut si mihi calceos Sicyonios attulisses, non vterer, quāuis essent habiles & apti ad pedem, quia non essent viriles: sic illam orationem disertam sibi, et oratoriam videri, fortem & virilem non videri. 1.de Orat. 19

Socrates rogatus à Critone, quem admodū seperiri vellet. Multam verò, inquit, operam, amici, frustra cōsumpsi. Critoni enim nostro nō persuasi me hinc auolaturum, neq; quicquā me relicturū. Veruntamē Crito si me assequi potueris, aut sicubilnaclus eris, ut tibi videbitur sepelito. Sed mihi crede, nemo me restrinxi, cum hinc excessero, consequetur. 1.Tuscul. 20

Cum ex Socrate esset quæsitum, Archelaus Perdicæ filium, qui tum fortunatissimus habebatur. nonne beatū putaret: Hanc scio, inquit, nunquam enim cum eo locutus sum. An tu aliter scire non potes? Nullo modo. Tu igitur ne de Persarum quidē Rege magno potes dicere, beatūsne sit? At ego possum, quām ignorem, quām sit doctus, quām vir bonus? Quidē tu in eo sitam vitā beatam putas? Ita prorsus existimo, bonos beatos, improbas miserios. Miser ergo Archelaus? Certo, si iniustus. 5. Tusc.

21

Socratem ferunt, quum usque ad vesperū contentius ambularet, quæstumq; esset ex eo, quare id faceret, respondisse se, quo melius cœnaret, obsonare ambulando famem. 5. Tusc.

22

Qualis cuiusque animi affectus esset, talē esse hominem Socrates disserebat: qualis autem homo ipse esset, talem eius esse orationem: orationi autē facta simillima, sicutis vitam. 5. Tusc.

23

Cum multa in conuētu vitia collegisset in eum Zopyrus, qui se naturam cuiusque ex forma perspicere profiteretur, derisus est à ceteris, qui illa in Socrate non agnosceret. Ab ipso autē Socrate sublewatus est, quām illa sibi signa inesse, sed ratione à se deiecta diceret. 4. Tusc.

24

Socrates quām rogaretur, cuiatem se esse dicaret, Mundanum. inquit, totius enim mundi se incolam & ciuem arbitrabatur. 5. Tusc.

25

Socrates hanc viam ad gloriam proximam,

*quasi cōpendiariam dicebat, si quisque id ageret:
vt qualis haberi vellet, talis esset.* 2.Offic. 26
Cibi condimentum est fames, potionis sitis.
5.Tuscul.

Apollo Pythius. 27

E *Variis sumendum optimum.* 2.de Legib.

E *Nosce te ipsum.* 1.de Leg. 28

Thales Milesius. 29

T *Hales, qui sapientissimus inter se p̄fuit,*
dicebat homines existimare oportere Deos
omnia cernere, deorumque omnia esse plena, &
fore omnes castiores, veluti quo infans esset ma-
xime religiosus. 2.de Leg.

Simonides. 30

Q *Uum à Simonide quesiisset tyrannus*
Hiero, quid, aut quale esset Deus, delibe-
randi sibi unum diem postulauit. *Quum idem ex*
eo postridie quereret, biduum petiit. *Quum sepius*
duplicaret numerum dierum, admiransq; Hiero
requireret, cur ita faceret: *Quia quantò (inquit)*
diutius considero, tanto mihi res videtur obscu-
nior. 1.de Nat.Deor.

Diagoras. 31

D *Iagoras quum Samothraciam venisset, A-*
theos ille qui dicitur, atque ei quidam ami-
cus. Tu qui Deos putas humana negligere, nonne
animaduertis ex tot tabulis pictis, q; multi votis
vim tēpestatis effugerint, in portumq; salvi perue-
nerint? Ita fit, inquit: illi enim nunquā picti sunt,

qui naufragiū fecerūt, in mariq; perierunt. Itēmq;
cūm ei nauiganti victores aduersa tempestate ti-
midi & perterriti dicerent, non iniuria sibi illud
accidere, qui illum in eandem nauem recepissent:
ostendit eis in eodem cursu multas alias laboran-
tes, quesiuitq; num etiam in iis nauibus Diago-
ram rehi crederent. 3.de Nat. Deorum.

Solon. 32

Solon gloriari solebat, se aliquid quotidie ad-
discentem, senem fieri. Cato Maior. 33

Pisistrato tyranno à Solone quārenti, qua tan-
dem spēfretus sī vi tam audacter resisteret, respon-
dit, Senectute.. Cato Maior. 34

Solon, quū interrogaretur, cur nullū supplicium
constituissest in eum, qui parentē necasset, respōdit
se id neminem facturum putasse. Sapienter fecisse
dicitur, quū de eo nihil sanxerit, quod antea com-
missum non erat, ne tā prohibere, quā admēnere
videretur. Pro Rosc. Amerino. 35

Solon Rēpublicam duabus rebus continerō
dicebat, prēmio & pēna. Cic. Bruto.

Diogenes. 36

Diogenes Cynicus, Alexandro roganti ut
diceret, si quid ei opus esset: Nunc quidem
paululum, inquit, à sole absis, efficiebat videlicet
appropinquanti. Et hic quidem disputare sole-
bat, quantō Regem Persarum vita, fortunāque
superaret, sibi nihil deesse, illi nihil satis unquam
fore. Se eius voluptates non desiderare, quibus ille

nunquam satiari posset: suas eum consequi nullo modo posse. 5.Tusc.

37

Cum ab amicis rogaretur Diogenes, ubi vellet inhumari. Proiicite (inquit) me inhumatum. Tum amici, volucribusne ex ferus? Minime, inquit, sed bacillum prope me, quo abigā ponitote. Quā poterū silli: non enim senties. Quā igitur mihi ferarum laniatus oberit, nihil sententi? 1.Tusc.

Anaxagoras.

38

ANAXAGORAS quārentibus amicis, vellētne Clazomenas in patriam, si quid accidisset, referri: Nihil necesse est, inquit: vndeque enim ad inferos tantundem est via. 1.Tusc.

39

Ferunt Anaxagoram, nunciata filij morte, disisse: Sciebam me genuisse mortalem, qua vox declarat ius esse hac acerba, à quibus non fuerunt cogitata. 3.Tusc.

Leonidas.

40

DUX Leonidas animans suos milites, solebat dicere: Prandete animo fortis Lacedæmonij, hodie apud inferos fortasse cœnabimus. 1.Tusc.

Lacedæmonii cuiusdā celebre dictū. 41

Lacedæmonius quidam, cuius ne nomen quidem proditum est, mortem tantopere contēpsit, ut quā adduceretur damnatus ab Ephoribus, & esset vultu hilari atque latro, dixissetq; ei quidam inimicus, Contēnisne leges Lycurgi? respondit, Ego verò illi maximā gratiam habeo, quād me ea pœna multauerit, quam sine mutatione

*E*sse versura possum dissoluere. 1.Tusc.

Cuiusdam Lacenæ. 42

Lacena, quum filium in prælium misisset, & imperfectum audisset, Idcirco, inquit, genueram, ut esset qui pro patria mortem nō dubitaret occubere. 1.Tusc.

Epicharmus. 43

EMORI Nolo, sed me esse mortuum nihil existimo. 1.Tusc.

Cyrenæus Theodorus. 44

CYRENAO Theadoro, quum Lysimachus rex crucem minaretur: Ists quæso, inquit, ista horribilia minitare purpuratis tuis Theodori qui dem nihil interest, humine, an sublimè putrefacat. 1.Tuscul.

Theodorus Lysimacho mortem minitati, Magnum verò, inquit, effecisti, si cantharidis vim consecutus es. 5.Tusc.

Theramenes. 46

THERAMENES, quum coniectus in carcerem, triginta iussu tyrannorū venenum ut sitięs ebibisset, reliquā sic è poculo eiecit, ut id resonaret: quo sonitu reddito arridēs, Proprio, inquit, hoc pulchro Critie, qui in eum fuerat teterrim⁹. Lusit vir egregius extremo spiritu, quū iam præcordia conceptam mortem continerent. 3.Tusc.

Telamon. 47

EGO quum genu te, moriturum sciui. 3.Tuscul.

Theophrastus.

48

Theophrastus mariens accusare naturā dicitur, quod coruis & cornicibus vitam diurnā, quorū id nihil interest, hominibus, quorū maximè interfuerit, tam exiguā vitam dedisset: quorū si etas potuisset esse longinquior, futurum fuisse, ut omnibus perfectis artibus, omni doctrina hominum vita erudiretur. 3. Tuscul.

Leontinus Gorgias.

49

Cum ex Leontino Gorgia quereretur, cur tantius esse vellet in vita: Nihil habeo, inquit, quod incusem senectutem. Cato Maior.

Sophocles.

50

Cum ex Sophocle quidam iam confecta aetate quereret, uteretur rebus veneros: Dij meliora, inquit: libenter vero istinc tanquam a domino agresti & furioso profugi: Cupidis enim talium rerum odiosum & molestum est fortasse carere: satiatis vero & expletis, iucundius est carere, quam frui. Cato Maior.

Antipater Cyrenaicus.

51

Illud Antipatri Cyrenaici est quidem paucis obscenius, sed non absurdā sententia est, cuius cecitatem quū muliercula lamentarentur. Quid agitis? inquit: an vobis nullā videtur voluptas esse nocturna? 5. Tuscul.

Asclepiades.

52

Ascepiadem ferunt non ignobilem, Eretricum philosophum, quūm quidam quereret,

*quid ei cecitas attulisset, respondisse: Puer ut una
esset comitator. 5.Tusc.*

Demosthenes.

53

Dolere se aiebat Demosthenes, si quando
opificum antelucana noctis esset industria.
4.Tuscul.

54

*Leuiculus sānē nōster Demosthenes, qui illo
susurro deleatari se dicebat aquam serētis mulier-
cula, insusurratisq; alteri, Hic est ille Demosthe-
nes. Quid hoc leuius? At quātus orator, sed apud
alios loqui videlicet didicerat, non multum ipse
secum. 5.Tuscul.*

Pericles.

55

Pericles quām haberet collegam in Praetura
Sophoclem poētā, hīq; de cōmuni officio cōve-
niisset, Ex casu formosus puer prateriret, dixissetq;
Sophocles. O puerum pulchrum Pericle! ait, At
enim Praetore Sophocle decet non solum manus,
sed etiam oculos abstinentes habere. 1.Offic.

Xenocrates.

56

Qrum ad Xenocratem legati ab Alexādro
quinquaginta eī talenta attulissent, addu-
cit legatos ad cēnam in Academiam, his tantum
apposuit, quod satis esset, nullo apparatu. Cūm po-
stridie rogarēt eū, quid numerari iuberet. Quid?
vos hesterna (inquit) cēnula non intellexistis me
pecunia non egere. quos cūm tristiores videret,
triginta minas accepit, ne aspernari Regis libe-
ralitatem videretur. 5.Tusc.

Curius.

57

Curio ad focum sedenti, magnum auri pondus Samnites quād attulissent, repudiati ab eo sunt. Non enim aurum habere praeclarum sibi videri dixit, sed eis, qui haberent aurum imperare. Cato Maior.

Timotheus Atheniensis.

58

Timotheum clarum hominem Athenis, principem ciuitatis ferunt, quād cœnauisset apud Platonem, eōq; conuiuio admodūm dele. Etatus esset, vidissetq; eū postridie dixisse, vestra quidem cœnæ non solum in presentia, sed etiam postero die iucundæ sunt. 5.Tuscul.

Darius.

59

Darius in fuga quād aquam turbidam, eadaueribus inquinatam bibisset, negavit unquam se bibisse iucundius: nunquam videlicet sitiens biberat. 5.Tuscul.

Ptolemæus.

60

Ptolemao peraganti Aegyptum, comitibus non consecutis, quād cibarius in casa panis datus esset, nihil visum est illo pane iucundius. 5.Tuscul.

Dionysius.

61

Cum tyrannos cœnanisset Dionysius, negavit se iure illo, quad cœnæ caput erat, delestatum. Tam is qui illa coxerat, Minime mirum: cōdimenta enim defuerunt. Quæ tandem? inquit ille. Labor in venatu. sudor, cursus ab Eurota, fames,

mes sitis. His enim rebus Lacedemoniorum epulæ condituntur. 5. Tuscul. 62

Dionysio cum quidam ex eius assentatoribus Damocles commemoraret in sermone copias eius, opes, maiestatem, dominatus, rerum abundantiam, magnificentiam adium regiarum, negare tamen quam beatiorem quæquam fuisse. Visne igitur (inquit) o Damocle, quoniam hæc te vita delectat, ipse eandem degustare, & fortunam experiri meam? Quid se ille, cupere dixisset, colloqui iussit homini ut in aureo lato strato pulcherrime, textili strati gule, magnificis operibus picto, abacosq; complures ornauit argento, auroq; celato: tum ad mensam eximia forma pueros delectos iussit confistere, eosque ad nutum illius intuentis diligenter ministrale. Aderant vnguenta, corona, incendebantur odores, mensa conquisitissimis epulis extrubatur: fortunatus sibi Damocles videbatur. In hoc metu apparatu fulgentem gladium à lacunari seta equina appensum demuti iussit, ut impederet illum beati cervicibus. Itaque nec pulchros illos ministrae aspiceret, nec plenum artis argatum, neque manum porrigebat in mensam, iam ipsa defluebant coronæ. Denique exorauit tyrannum ut apire licet, quod iam beatus nolle esse. Satisne videtur declarasse Dionysias, nihil esse ei beatum, cui semper aliquis terror impendat? 5. Tuscul.

De eius sacrilegio plenissime apud Cicero.
viii. nem lib. de Natur. Deor. 3.

Pythagoras.

63

Non est iniussu imperatoris, id est Dei, de
præsidio ac statione vita decedendum.

Cato Maior.

64

Pietas maximè & religio versatur in animis no-
stris, cùm rebus diuinis operam damus. 2. de Leg.

Bias.

65

Bias, cuius quin patriam Prienam cepisset ho-
stis, cateriq; ita fugeret, ut multa de suis re-
bus asportaret, quum esset admonitus à quodam,
ut idem ipse faceret: Ego verò, inquit, facio: nam
omnia mea mecum porto. Ille Hec ludibria forth-
na, ne sua quidem putauit, qua nos appellamus
etiam bona: Parad. 1.

Isocrates.

66

Dicebat Isocrates doctor singularis, se calca-
ribus in Ephoro, contrà autē in Theopomo
po frānis vti solerē. Alterum enim exultantē ver-
borum audacter reprimebat, alterum constantē
& verecundum incitabat. 3. de Orat.

Zeno.

67

Zeno Rhetoricam palma, Dialecticam pu-
gno similem dicebat; quod latius loquereri
tur Rhetores, Dialectici autem comprehensius.
2. de Finib.

68

Zeno ille, à quo disciplina Stoicorum est, manus
demonstrare solebat quid inter Rhetoricam &
dialecticam interesset. Nam quum compresserat
digitos, pugnūmque fecerat, Dialecticam aiebat

eiusmodi esse: quam autem diduxerat, & manum dilatauerat, palma illius similem, Eloquentiam esse dicebat: hocq; uno solùm differre, quod hac ratio dicendi latior sit, alia loquendi contractior.

Orat ad Brutum.

Archytas Tarentinus.

69

Archytas, quem villico factus esset iratior, Quare, inquit, modo accepissem, nisi iratus essem? 4. Tuscul. 70

Nulla capitalior pestis, quam corporis voluptas hominibus à natura data est: hinc patriæ proditores, hinc rerum publicarū eversiones, hinc cū hostibus clādestina colloquia nascuntur. Nullū denique scelus, nullū magnum facinus est, ad quod suscipiendū non libido voluptatis impellat: stuprā verò & adulteria, & omne flagitium, nullis aliis illecebris excitātur, nisi voluptate. Et niēti nihil est tā inimicum, quam voluptas, nec libidine dominante temperantiae locus est omnino, nec in voluptatis regno potest virtus consistere. Quo circa nihil tam datestabile, nāmq; pestiferum, quā voluptas si quidem cūm maior est & longior, omne animi lumen extinguit. Cata Maior.

Aeschines.

71

Aeschines cūm propter ignominia iudicij cesisset Athenis, & se Rhodū contulisset rogatus a Rhodiis, legisse fertur orationē illā egregiā, quam in Cœsiphontem contra Demosthenem dicerat: qua perfecta, petrum est ab eo posticis

P 4

ut legeret illam etiam que erat contraria, à Demosthenem pro Ctesiphonte edita. Quam quū suauissima & maxima voce legisset, admirantibus omnibus, Quāto, inquit, magis admiraremini, si audissetis ipsum! ex quo satis significauit, quantum esset in actione, qui orationem eandem aliā esse putaret, autore mutato. 3. de Orata

Philippus Macedo ad Filium.

72

NE eos tibi fideles putas, quos pecunia corrumpet enim. Fit enim deterior qui accipit, atque ad idem semper expectandū paratiōr. Hoc ille filio: sed praeceptum putemus omnibus. 2. Offic.

Annibal.

73

REx Prusias, cùm apud eum Annibali exulantī pugnare placeret, negabat se audere, quod exta prohiberent. An tu (inquit) caruncula vitulina manus, quam imperatori veteri credere?

2. de Divinitate.

Silenus.

74

Silenus à Mida captus cùm esset, hoc ei pro sua missione dedisse scribitur, Non nasci homini longè optimum est: proximum autem, quam primum mori. 1. Tusc.

Cyrus maior moriens apud Xenophonem.

75

Nolite arbitrari, ô mihi charissimi filij, me quā à malis discessero, nusquam, aut nullum fore nec enim dum eram vobis, animum meum videbatis, sed eum esse in hoc corpore, ex iis rebus

quas gerebam, intelligebatis. Eundem esse credo-
sote, etiam si nullum videbitis. Cato Maior.

Cyrus minor. 76

Socrates scribit, Cyrum minorem Persarum
regem præstarem ingenio atque imperij glo-
ria, quum Lysander Lacedemonius vir summa
virtutis venisset ad eum Sardis, eiq; dona à sociis
attulisset, & ceteris in rebus comem erga Lysan-
drum atque humanum fuisse, & ei quendam cõce-
ptum agrum diligenter cōsītum ostēdisse. Quū autē
admiraretur Lysander ex proceritate arborū, et
directos in quincuncē ordines, & humū subactā
atq; puram, & suavitatē odorū, qui afflarentur ē
floribus, tum eum dixisse, mirari se nō modò dili-
gētiā, sed etiā solertiam eius, à quo essent illa de-
mensa & descripta: & ei Cyru respōdisse. At quid
ego ista sum omnia dimēsus: mei sunt ordines, mea
descriptio: multæ etiā istarum arborū mea manus
sunt fate. Tum Lysandrum intuentem eius pur-
puram & nitorem corporis, ornatūm q; Persicum
multo auro, multisq; gēmis, dixisse: Reclè verò te
Cyre beatum ferunt, quoniam virtuti tua fortuna
coniuncta est. Cato Maior.

Quidam Lacedæmonius. 77

A Thenienses sciunt quā recta sunt, sed facere
nolunt. Cato Maior.

Alexander. 78

A Lexander cùm in Sigao ad Achillis tumu-
lum astitisset: O fortunate (inquit) ade-
p iij

*lescens, qui tua virtutis Homerum preconem insa-
ueneris. Et verènam nisi illa ars extitisset, idem
tumulus, qui corpus contexerat, uomen etiam ob-
misiſſet. Pro Arch. Poëta.*

Gallicatides.

79

Gallicatides, cùm Lacedæmoniorum dux
fuſſet Peloponnesiaco bello, eīq; consulerēt,
vt classem ab Argiuis remoueret, nec cum Athe-
niensibus dimicaret, ille respōdit Lacedæmonios,
classe illa amissa, aliā parare posse, se fugere sine
ſuo dedecore non posse. 1. Offic.

Hector Næuianus.

80

LAETUS sum laudari me abs te pater, à lau-
dato viro. Cic. Luceio, Famil. 5

Accius.

81

Multi iniqui atque infideles regno, pauci
boni ſunt. 3. Offic.

Teucer.

82

PAtria eſt, ubi cunque eſt bene. 5. Tusc.

Metrodorus.

83

Occupauī (inquit) te fortuna, atque cepi,
omnes aditus tuos interclusi, vt ad me aſpi-
rare non poſſis. 5. Tusc.

Cæcilius.

84

SAEPE eſt ſub ſordido palliolo ſapientia.
3. Tusc.

Euripides.

85

IUraui lingua, mentem iniurata m gera.
3. Offic.

86

*Mortalis nemo est, quem non attingat dolor,
Sic ergo busq; multi sunt humandi liberi,
Rursus creandi morsq; est finita omnibus:
Quia generi humano angore ne quicquam afferunt,
Reddenda est terra curatum vita omnibus.
Metenda ut fruges: sic iubet necessitas.*

3. *Tuscul.*

87

*Nitro sophis in, oīs ḥx autō sophos. Cicero
Caſari, Famili, lib. 13*

Hesiodus.

88

T Hc d' ἀρετῆς ιδεώτα. Cic. Lept., Famili. 8

89

*Hesiodicum illud laudatur à doctis, quod endem
mensura reddere iubet qua acceperis, aut etiam
cumulatiore si possis. De claris Orat.*

Homerus.

90

*N Atque nimis multos, atque omni luce ca-
renses,*

Cernimus, ut nemo possit moerore vacare.

Quo magis est aquin tumulis mandare peremptos.

*Firme animo & lacuum lacrymis finire diur-
nis. 3. *Tusc.**

Statius Cæcilius.

91

*A Edepol senectus si nihil quicquam aliud vitum
Apporet secum, quum aduenerit, unum
id est satis.*

*Quod diu viuendo, multa que non vult videt.
Tum etiam in senecta hoc deputo miserrimum.
Setire ea etate esse odiosum se alteri. Cato Maior.*

¶ 117

Antimachus.

92

Antimachum clarum poëtam ferunt, quib
cūm conuocatis auditoribus legeret ei vo
lumen suum, & eum legentem omnes præter Plat
tonem reliquissent, Legam (inquit) nihilominus:
Plato enim mihi unus in star est omnium. De
Claris Orat.

Antigenidas.

93

Tibicen Antigenidas dixit discipulo sane frā
genti ad populum, Mihi cane & musis.
De Clar. Orat.

Marcus Antonius.

3.ii.1

94

Marcus Antonius, cui vel primas eloquen
tiae patrū tribuebat atas, vir natura pera
cutus & prudens, disertos ait se vidisse multos,
eloquētem omnino neminem: insidebat videlicet
in eius mente species eloquentie, quam cernebat
animo, re ipsa non videbat. *Orat. ad Brut.*

Scipio Aphricanus.

95

Publius Scipio, qui primus Aphricanus ap
pellatus est, dicere solebat, nunquam se minus
otiosum esse, quam quoniam otiosus: nec minus solus,
quam quoniam solus esset. 3.Offic.

96

Aphricanus Socratiū Xenophontem in ma
nibus semper habebat, cuius in primis laudabat
illud, quod diceret eosdem labores non esse aquae
grandes imperatori ac militi, quod ipse honos la
borem leuiorem faceret imperatorum. 2.Tusc.

97

• Ut equos propter crebras contentiones prælie
-

rum, ferocitate exultantes, domitoribus tradere
solent, ut iis facilioribus possint uti: sic homines
secundis rebus effrenatos, sibiq; presidentes, tan-
quam in gyrum rationis & doctrine duci opor-
tet, ut perspiciant rerum humanarum imbecilli-
tatem.. I. Offic. 98

Cum dissolutus filius, Hec me miserū, dixisset
cum severus pater. Dūmodò doleat aliquid, doleat
quòd lubet: morderi est optimū conscientia post cō-
missum facinus. 4. Tusc. 99

Cum ab Aphricano quidam vetus affectator
ex numero amicorum nō impetraret, ut se prefe-
retum in Aphricam duceret, & id ferret molestè:
Noli (inquit) mirari, si tu à me hoc non impe-
tras: ego iam pridē ab eo, cui meā existimationē
charam fore arbitror, peto ut tecum prefellus,
proficiatur, & adhuc impetrare non possum.

4. Act. in Verrem. 100

Cum Aphricanus censor monebat eum Centua-
rionem, qui in Pauli pugna non affuerat: cum ibā
se custodire causa diceret in castris remāsse: qua-
reretq; cur ab eo notaretur, Non amo (inquit) ni-
minim diligentes. 2. de Orat.

Fabius maximus. 101

Salinatori, qui amissō Tarento fugerat in ar-
cem, glorianti atque ita dicenti, Mea opera,
Quinte Fabi, Tarentū recepisti: Certè, inquit ri-
dens: nam nisi tu dimisisses, nunquam receperissem.
Cato Major.

Salinatori, cùm Tarento amissō, arcem tamē, Linus retinuisset, multāq; ex ea prælio preclarā fecisset, cùm aliquot post annos Maximus id op̄pidum recepisset, rogaretq; eum Salinator, ut me, minisset opera sua se Tarētūm recepisse: Quid nō (inquit) meminerim? nunquam ego recepīsem, nisi tu perdidisses. 2. de Orat.

Cato Censorius.

103.

*V*etus illud Catonis admodum scitū est, qui mirari se aiebat, quod non rideret aruspex, aruspicem cùm vidisset. *Q*uesta enim res quæque evenit prædicta ab istis? aut si evenit quippiam: quid afferri potest cur non casu id enenerit?

2. de Divin.

104.

*C*um ex Catone quereretur, quid maximè in re familiari expediret, respondit, Benè pascere. *Q*uid secundū, Satis benè pascere. *Q*uid tertium, Benè vestire. *Q*uid quartū, Arare. Et cū ille quid quæsierat dixisset, *Q*uid fœnerari? *T*um Cato, *Q*uid hominem (inquit) occidere? 2. Offic. 105
*A*amicitiae que non placent, dissuenda magis, quam discindenda sunt. Cato Maior.

Scipio minor.

106

*S*cipio negabat ullam vocem inhumaniorem. *A*amicitiae potuisse reperiri, quā eius qui dixisset ita amare oportere, ut aliquando esset osurus: nec verò se adduci posse, ut huc, quemadmodū pataretur, à Biante dictum esse crederet, qui sapientis habitus est unus ē septem, sed impuri cuiusdam. *Q*o-

ambitiosi, aut omnia ad suā potentiam reiōcanātis esse sentētiam. Quonam enim modo quisque amicus eius esse poterit, cuius se putabit inimicū esse posse? In Lilio. 107

Nihil est difficultius, quām amicitiā usque ad extremum diem vite permanere. Mutantur enim mores sāpē, aliās diuersis rebus, aliās ingratis cōscētate: aut dirimuntur cōtentione, vel luxuria cōditione, vel commodi alicuius, quod idem adipiscō uterque non pos̄it. In Lilio. 108

Querebatur Scipio, q̄ in omnibus rebus diligētores homines essent: capras & oves quot quisq; haberet, dicere posse: amicos quot haberet nō posse dicere: & in illis quidem parandis curam adhibere, in amicū eligendis negligentes esse. In Lilio.

Scipio Nasica. 109

Scipio Nasica cūm ad Poētam Ennium venisset, eiq; ab ostio querenti Ennium ancilla dixisset domī nō esse, Nasica sensit illā domini iussu dixisse, & illum intus esse. Paucis post diebus: cūm ad Nasicam venisset Ennius, & eū à ianua quereret, exclamat Nasica, se domi non esse: tum Ennius, Quid? ego nō cognosco vocē (i'quit) tuā? Hic Nasica, Homo es impudēs, ego cūm te quererem, anciliā tua credidisse domi nō esse, tu mihi non credis ipsi? 2. de Orat.

C.Lælius. 110

Caius Lælius, cūm ei quidam malo genere notus diceret indignum esse suis maiorā

bus, At hercule (inquit) tu tuis haud indignus.
3. de Orat.

C. Pontius Samnis.

111

Vtinam (inquit C. Pontius Samnū) ad illa tempora fortuna me seruasset, & tunc essem natus, quando Romani dona accipere cœpissent: non essem passus diutius eos imperare. 1. Offic.

M. Crassus Orator.

112

Lucius Helvius Lamia deformis, ut nostis, cū interpellaret odio sè Crassum, Audiamus (inquit Crassus) pulchellū puerum. Cūm esset arrisum. Nō potui mihi (inquit Lamia) formā ipse fingere, ingenium potui. Tum hic, Audiamus, inquit, disertum: multò etiam arrisum est vehementius. 2. de Orat.

113

M. Crassus in oratione, quam contra collegam Censor habuit, dicebat: Quæ natura aut fortuna darētur hominibꝫ, in iis se vinci posse animo quo pati. Quæ autē ipsi sibi homines parare possent, in iis rebus se pati vinci non posse. 2. de Orat.

M. Crassus diues.

114

M. Crassus, qui dītissimus est habitus, negabat ullam satis magnam pecuniam esse ei, qui in Repub. princeps vellet esse, cuius fructibus exercitum alere non posset. 1. Offic.

C. Lucilius.

115

Caius Lucilius homo doctus & perurbanus, dicere solebat ea quæ scriberet, neq; ab indoctissimis, neque à doctissimis legi velle, quod

alteri nihil intelligeret, alteri plus fortasse quam ipse de se. 2.de Orat.

Catulus.

116

Catulus cum vidisset quendam ex iudicibus, quos pecunia Clodius corruperat. Quid vos a nobis praesidiū postulabatis? an, ne numeri vobis ciperentur, timebatis? Cic. Attic. lib. I. 117

Catulus cuiusdam oratori malo, qui cum in epilogo misericordiam semouisse putaret, postquam assedit, rogauit hunc, videretur ne misericordiam mouisse. At magnam quidem, inquit, neminem enim puto tam durum, cui non oratio sua miseranda visa sit. 2.de Orat.

Siculi cuiusdam iocus.

118

Vm Siculo nescio cui familiaris quidam quereretur, quod diceret uxori suam suspeditissime de fico: amabo te (inquit) da mihi ex ista arbore, quos seram surculos. 2.de Orat.

Scæuola.

119

Scauola Septum Vleio illi Anognino, cui pro C. Cracchi capite erat aurum repesum, rogans ut se in Asiam prefectum duceret, Quid tibi vis (inquit) insane? tanta malorum est multitudo eorum, ut tibi erga hoc confirmem, si Roma manus, te paucis annis ad maximas pecunias esse verturum. 2.de Orat.

Ennius.

120

Benefacta male locata, malefacta arbitrata. 1.Offic.

121

Quicquid sine detrimēto potest commodari, id tribuatur vel ignoto. Ex quo sunt illa communia. Non prohibere aquam profluentem, Pati ab igne capere ignem, Si quis velit consilium fidele deliberanti dare, quae sunt iis utilia qui accipiunt, dāti non molesta.

Homo qui erranti comiter monstrat viam,

*Quasi lumen de suo lumine accendat, facit
ut nihil omīnas ipsi luceat quam illi accenderit.*

1. Offic. 122

Ne quicquam sapit ille sapiens, qui ipse sibi prodesse nequit. 3. Offic. 123

Flagitiū principium est, nudare inter cives corpora. 4. Tusc. 124

*Animus ager neque pati, neque perpeti potest:
superē nanquam desinit.* 3. Tusc. 125

*Quem metuant oderunt: quem quisque odit,
perisse expetit.* 2. Offic. 126

Amicus certus in re incertus cernitur. In Lælio.

Terentius. 127

Obsequium amicos, veritas odium parit. In Lælio. 128

Omnes, cūm secundāres sunt maximē, summā-
maximē.

Meditari secum oportet, quo pacto aduersam ar-
gumentam ferant,

Pericla, damnia, exilia. Peregrē rediens semper
cogitat.

Aut filij peccatum, aut uxoris mortem, aut mortuum filie:

*Communia esse hæc fieri posse: ut nè quid animo
sit nouum,*

*Quicquid præter spem evenit, id deputandum in
lucro. 3.Tusc.*

Theseus apud Euripidem. 129

Nam qui hæc audita à docto meminisse
viro,

*Futuras mecum commentabar miseras,
Aut mortem acerbam, aut exilij molestam fugam,
Aut semper aliquam molem meditabar mali.
Ut si qua inuenta diritas casu foret.*

Nem me imparatu cura laceraret repens. 5.Tusc.

M.Cicero. 130

Duo hæc opto, ut moriens populum Romanum
Tiberum relinquam: hoc mihi maius à dictis
immortalibus dari nihil potest. Alterum, ut ita
cuique eveniat, ut de Repub: quisque mereatur.
Philip. 2.

Idem. 131

*S mihi propriè, & solus honos videtur, quem
sis neque maiorum commendatione, neque per
alterius calamitatem affecimus. Pro Roscio
Amerino.*

HUMANISS. VIRIS,
 BERENGARIO FERNAN-
 D O, ET FRANCISCO FER-
 reio, Legū doctoribus, atque præ-
 ceptoribus suis, Petrus La-
 gnerius, S.



ANTA sunt vestra in me vel stu-
 dea, vel officia, viri humavissimi,
 partim ut pudeat toties habere gra-
 tiam, partim ut noua mihi forma
 non occurrat quia id faciam. Ego
 enī vos hactenus habui, cui charus & què fui sem-
 per ac periucundus, ac si vestrum utriusque essem
 vel frater, vel filius: itaque ab eo tempore, quo
 me in familiaritatem vestram & amicitiam co-
 tuli, memoria teneo mihi summam vestram bene-
 nolentiam & fauorem nullo loco defuisse, sed sa-
 pius etiam recusanti & pudeti officium vestrum
 obtrusisse. Nunc autem quām maximè cupiam a-
 liquo officij genere restatiorem animum meum
 apud vos relinquere, nihil mihi in mētem venit,
 quo possim quod cupio, comodè perficere, nisi
 illud unum quod vobis omnium credo fore grati-
 simum. Faciā ut beneficia vestra, quibus respon-
 dere non possum grata recordatione & memoria
 colam: maiora sunt enim & illustriora, quām sol-
 uendo iis esse possit tenuis & angusta supellex no-
 stras.

stra: nisi hoc nobis fortè tribuatur, de quo satis
 confidimus, ut nos gratiam retulisse, cùm habue-
 rimus, existinemur. Quòd si nobis detur, haud-
 quaquam vereor, quin magna ex parte reponan-
 tur quod debemus, cùm eo vos natos ingenio, &
 eo iudicio esse intelligam, ut ab iis beneficium ac-
 cepisse existimetis, quos insigni alioqui beneficio
 ornaueritis. Qua nos opinione recreati, non dubi-
 tamus quī Similia hac nostra, & parabola, qui-
 bus vos admodum oblectamini, à nobis proben-
 tur. Quae si pars candore, & eo quo à vobis,
 omnia solent animo accipiantur fructum
 iam nos laboris nostri maximum at-
 que uberem perceperimus. Valete
 Tolosæ, nono Calendas
 Septemb.
 M. D. XLI.

L





M. T. CICERO-
NIS PARABOLAE
ALIQUOT, ET
SIMILIA.



T hominum membra, nulla contentione, mente ipsa ac voluntate mouentur: sic numine Deorum omnia finguntur, mouentur atque mutantur. 3. de Nat. Deor.

Vt corpora nostra sine mente, sic ciuitas sine legge, suis partibus & nervis ac sanguine & membris ut non potest. Pro Cuent.

Vt nec domus, nec R. eipub. ratione quadam & disciplina designata videatur, si in ea nec recte factis præmia extent illa, nec supplicia peccatis: sic mundi diuina in homines moderatio profecto nulla est, si in ea discrimin nullum est bonorum & malorum. 3. de Nat. Dcor.

Vt tutela, sic procuratio R. eipub. ad viilitatem eorum, qui commissi sunt, non ad eorum quibus commissa est, gerenda est. 1. Offic.

Vt si unum quodque membrum hunc sensum haberet, ut posse putaret se valere, si proximi membra valetudinem ad se traduxisset debilitari &

45

interire totum corpus necesse esset: sic unusquisque nostrum ad se rapiat cōmoda aliorum, detrahaturque quod cuique posset, emolumenti sui gratia societas hominum & communitas evertatur necesse est. 3. Offic.

Vt cōtempndus est, qui in nauigando, se, quam nauim manūt in cōlūmē: ita vituperādus, qui in Rēpub. discrīmīna sua plus, quam cōmuni salutē consulit. 4. ad Heren.

Vt eauris natura dñs est, vt pro rīculis contra leones summa pī impetuū contendat: sic q̄ qui valet opibus, atq; id facere possunt, ad seruandū genus humānū natura incitantur. 3. de Finib.

*Vt leges omniū salutem singulorū saluti antepo-
nunt: sic vir bonus & sapiens, & legibus parēs & pī-
cūlis officiū non ignarus, utilitatē vīpium plus,
quam diuīus alicuius saluti consulit.* 3. de Finib.

*Vt in membris sūta sunt tanquam fibē nata, vt
oculi, vt aures, aliqua etiam ceterorum membro-
rum r̄sum adiuvant, vt crura, vt manus: sic im-
manes quedam bestie sibi solūm natae sunt.*

3. de Finib. 10

*Et in nauigando tempestati obsequi artis est,
etiam si potius tenere non queat: cūm vero id posse
fūsūtata velificatiōne assequi, stultum est cūm
tenere cum periculo cursum, quem ceperis potius,
quam cōmūtato, quo velis tādem peruenire,
sic cūm omnibus nobis in administranda Repu-
blica propositū esse debeat, id quod à me sepiissi-*

L 4

me dicitum est, cum dignitate otium: nō idem semper dicere, sed idem semper spectare debemus. Cicero, Lent. Fam. lib. 1.

Vt ex medicina nihil oportet putare proficisci, nisi quod ad corporis utilitatem spectat, quoniam eius causa est instituta: sic à legibus nihil conuenit arbitrari, nisi quod Republica conducat, proficisci, quoniam eius causa sunt comparatae. L. de Inuent.

Non quemadmodū in palestrā, qui tadas cādenteis accipit, celerior est in cursu continuo, quid ille qui tradit: ita melius. Imperator nouus, qui accepit exercitum, q̄ ille qui decedit: propterea q̄ defatigatus cursor integro facē, hic peritus Imperator impērito exercitū tradit. 4. ad Herennium.

Vt nec medici, nec Imperatores, nec oratores, quānis artis praecepta p̄ceperint, quicquam magnā laude dignū sine sūcū ex exercitatiōe cōsequi possunt: sic officij cōseruandi praecepta traduntur: illa quidem, ut faciamus ipsi. 1. Offic.

Vt iūcū eithare dūs cūm pradierit optimè vestitus, palla inaurata induitus, cū chlamyde purpurea cōtoribus variis intexta; Et cū corona aurea magna fulgentibꝫ gemmis illuminata, eithare te nens exornatissimam auro, Et ebore distinctam: ipse prāterea forma & spacie sit, Et statura apposta ad dignitatem: si tum magnum populo cōtuleris his rebus expectationē, repente silentio factō vocem emitte at acerbissimam, cū turpisimē eorū

peris motu, quò melius ornatus sit & magis fuerit expectatus, eò magis derisus & contemptus deicietur. Item si quis in excelsa laco, & in magnis, & in locupletibus copiis collocatus, fortuna & muneribus & nature commodis omnibus abundabit, si virtutis & artium (qua virtutis magistres sunt) egebit, quo magis ceteris rebus erat copiosus & illustris & expectatus, eò vehementius derisus & contemptus, ex omnibus convenientibus honorum eiuscetur. 4. ad Heren.

Ut cupiditatibus Principum & natiis inficiatur leo ciuitas: sic emendari & corrigi coequuntur. 1. de Legib.

In corpore si quis eiusmodi est quod reliqua corpori noceat, vris ac secari patimur, ut membrorum aliquod potius, quam totum corpus intereat: sic in Republica corpore, ut totum saluum sit, quicquid est pestiferum, amputetur. Philip. 8.

Ut membra quadam amputantur, si & ipsa sanguine, & tanquam spiritu carevere cœperunt, & nocent reliquis partibus corporis: sic ista in figura hominis feritas, & immanitas belue, à communis tanquam humanitate corporis segreganda est. 3. Offic.

Ut medici membrū sapè putrefactum incidunt, atque in totū eradicant, ne aliam corporis partē labefactare aut corrūpere possit, necesse est si Rép. saluam esse volumus; ut perditissimos homines ex yrbe penitus extirpemus, ne corruptus integra,

Q iij

violatus casto, labem infringat. In Vatin. 19
 2. Ut si medicos sciat eū agrotum, cui iussisset vi-
 nsum sumere, meracius sumpturio statim q; peritul-
 tam, magna sit in calpa: sic doctus reprehēdēdus,
 qui docet eos, quos seint doctrinā peruersē & im-
 probē r̄fūros. 3. de Nat. Deor.

3. Ut si grammaticum se professus quispiam, bar-
 barē loquatur, aut si absurdē canat is, qui se relit
 haberī musicū, hoc turpis est, quod in eo ipso pec-
 cat, cuius proficeretur scientiā: sic philosophus in ra-
 tione vite peccans, hoc turpis est, quod in officio,
 cuius magister esse vult labitur, artemq; vita pro-
 fessus delinquit in vita. 2. Tusc. 21

4. Histrio sūpātō se mouit extra numerām, aut si
 versus pronunciatus est syllaba una breuior, aut
 lōgor, exhibilatur & exploditur vita quā omni
 gestu moderationis, omni versu aptior esse debet, vt
 in syllaba te peccare dices. 3. de Paradoce. 22

5. Ut histrioni actio, saltatori motus nō quiūs, sed
 certus quidā est datus: sic vita agenda certo genere
 etiā quodam, non quolibet. 3. de Fidib. 23

6. Ut in fidibus ac tibiis quāvis paululum discre-
 pent, tamen id à sciente animaduertit solerit: sic vi-
 mendū est in vita, ne forte quid discreperet, vel multi-
 tò etiam magis, quò maior & melior actionum,
 quām sonorum accentus. 1. Offic. 24

7. Ut in fidibus, musicoram aures vel minima sen-
 tiunt: sic nos magna sepè intelligimus ex paruis.
 2. Offic. 25

Vt in vita, sic in oratione nihil est difficilius,
quam quod deceat videre. Orat.ad Brut. 26

Vt ad cursum equus, ad arandum bos, ad inda-
gandum canis, sic homo ad duas res, intelligendū
& agendum natus est, quasi immortalis Deus.
2.de Finibus. 27

Quemadmodum sepe fit, ut is qui commenda-
tus sit alicui, pluris eum faciat, cui commendatus
fit, quam illum a quo sit: sic minime mirum est,
primum nos sapientia commendari ab initiis na-
turæ, post autem ipsam sapientiam nobis chario-
rem fieri, quam illa sint a quibus ad hanc vene-
rimus. 3.de Finib. 28

Vt obscuratur & offunditur luce solis lumē lu-
cernæ, sic rerum corporearum astimatio splendore
virtutis & magnitudine obscuretur & obnatur
atque intereat necesse est. 2.de Finib. 29

Vt multo maiora sunt opera animi, quam cor-
poris: sic hæres, quas persequimur ingenio gratio-
res sunt, quam illæ quas viribus. 30

Vt maior est vis animi, quam corporis: sic sunt
grauiora ea que concipiuntur animo, quam illa
qua corpore. Philip. II. 31

Vt membrum turgidum ac timidum ritiosè se
habet: ita inflatus animus & tumens in vicio est.
3.Tuscul. 32

Vt ciuitas in seditione non potest esse beata, nec
in discordia dominorum domus: sic animus a se-
ipso dissidens, secundumque discordans, nullum gu-

stare partem liquide voluptatis ac libera potest.
1.de Finib.

133

Quemadmodum oculus cōturbatus, nō est probē affectus ad suum munus fungendū, & reliqua partes, reliquum corpus, quā à statu est motū officio suo & muneri deest: sic cōturbatus animus non est aptus ad exequendum munus suum. Munus autem animi est ratione vti. 3.Tusc. 34
vt agri non omnes frūgiferi sunt, qui coluntur: sic animi non omnes culti fructum ferunt.
2.Tuscul.

35

vt ager quānis fertilis, sine cultura fructus esse non potest: sic sine doctrina animus.
2.Tuscul.

36

vt medice toto corpore curando, minima etiam parti, si condoluit, medentur: sic philosophia, cūm rniuersam agritudinem sustulerit, tamen si quis error aliunde extitit, si paupertas momordit, si ignominia pupugit, si quid tenebrarum offudit exilium, semper ad eundem fontem reuertendum est. 2.Tuscul.

37

vt equos propter crebras contentiones præliorum, ferocitate exultantes, domitoribus tradere solet, vt iis facilioribus possint vti: sic homines secundis rebus effrenatos, sibiq; præsidentes, tanquam in gyrum rationis & doctrinæ duci operantur, vt perspiciant rerum humanarum imbecillitatem varietatemque fortuna. 1.Offic.

38

Quemadmodum temperantia sedat omnes ap-

petitiones, & efficit, ut haec tē rationi pareant,
conseruatq; considerata iudicia mētis: sic huic ini-
mica intemperantia, omnē animi statum inflam-
mat, conturbat, incitat. 4.Tusc. 39

· vt medici causa morbi inuenta, curationē esse
inuentam putant: sic nos agritudinis causa reper-
ta, medendi facultatem reperiemus. 3.Tusc. 40

· Qui suos casus aliter ferunt, atque vt aliis au-
tores fuerint, non sunt vitiosores, q̄ sc̄re pleriq;,
qui auari auatos, gloria cupidus glorioſi repre-
hendunt. 3.Tusc. 41

· Ut in causis non vtimur semper eodē statu, sed
ad tempus, ad cōtrouersia naturam, ad personam
accommodamus: sic in agritudine leniēda. Nam
quam quisque curationem recipere posſit, viden-
dum est. 3.Tusc. 42

· Ut fit in prālio, vt ignavus miles ac timidus
simul ac viderit hostē, abiecto scuto, fugiat quan-
tum posſit, ob eamq; causam pereat, non nunquām
etiam integro corpore, quum ei qui steterit, nihil
tale cuenerit: sic qui doloris speciem ferre non
posſant, abiōciant ſe, atque ita affliti & exani-
mati ſacent: qui autem restiterint, diſcedunt ſe-
piſſimē ſuperiores. 2.Tusc. 43

· Ut onera cōtentis corporibus facilius feruntur,
remiſſis opprimunt: ſimillimē animus intētione ſua
depellit preſſum omnē ponderū, remiſſione autem
ſic urgetur, vt ſe nequeat excollere. 2.Tusc. 44

· Ut natura alius ad aliquem morbum proclī-

uior: sic animus alius ad alia vitia est propensior.
4. Tuscul.

45

Vt turpes sunt, qui se efferunt latitiis, tū quum ferūtur venereis voluptatibꝫ: sic flagitosi, qui eas inflammato animo cōcupiscunt. 4. Tuscul. 46

Non est necesse, tāquam meretricem in matronarum cōcūtum, sic voluptatem in virtutum consilium adducere. 2. de Finib. 47

Vt medicorum scientiam non ipsius artis, sed bēnae valetudinis causa probamus: & gubernatoris ars, quia benè nauigandi rationē habet, utilitate, non arte laudatur: sic sapientia quæ ars viuendi putanda est, nō expeteretur si nihil efficeret: nūc expetitur, quia est tanquam artifex conquirendæ & comparandæ voluptatis. 1. de Finib. 48

Quemadmodū gubernatores optimi vim tempestatis, sic sapientes fortunæ impetum superare non possunt. Cic. Q. Fratri. 49

Sicut medico diligenti, priusquā conetur agro adhibere medicinā, nō solū m̄orbus eius cui mederi videt, sed etiā consuetudo valentis, & natura corporis cognoscenda est: sic equidem quum aggredimur ancipitem causam & grauē, ad animos iudicū pertractandos, omni mente in ea cogitatione curāq; versari debemus, vt odorari quām sagacissimē possimus, quid sentiant, quid existiment, quid expectent, quid velint, quō deduci oratione facillime posse videantur. 2. de Orat. 50

Vt nulla materies tā facilis ad exardescēdū est,

qua nisi admoto igni igne cōcipere posset: sic nulla mens est tam ad cōprehendendam viam orationis parata, qua possit incendi, nisi inflamatus ipse ad eam, & ardens accesserit. 2. de Orat. 50

vt quam in sole ambulamus, etiam si aliam ob causam ambulemus, sit natura tamen ut coloremur: sic quam doctorū libros studiosus legimus, sentimus orationem nostram illorum cantu quasi colorari. 2. de Orat. 51

vt qui pila ludunt, etiam si non videntur in ipsa lusione artificio proprio palestra, sed indicat ipse motus didicerint palestram, an nesciat: & qui aliquod singunt, et si tum pictura nihil iuvantur, tamen vitum sciant pingere an nesciant, non obscurum est: sic in dicendo facile declaratur, utrumque que dicat, ad dicendum omnibus ingenuis artibus instructus accesserit. 1. de Orat. 52

vt gemme quanuis abiiciantur in lutum, fuliginem tamen & proprietatem non amittunt: sic multi, qui quanu in tenebris inuoluti fuerint, nam tamen optimam naturam, quam non ab homine, sed ab ipso Deo genitam putamus, non amiserunt. In Vatin. 53

vt membra nobis ita data sunt, ut ad quandam rationem viuedi data esse appareant: sic appetitio animi, non ad quodvis genus vita, sed ad quandam formam viuendi videtur data, itemque & ratio & perfecta ratio. 3. de Finib. 54

vt in corporibus magna dissimilitudines sunt:

(alios enim videmus velocitate ad cursum, alios viribus ad luctandum valere: itemque in formis, aliis dignitatem inesse, alii venustatem) sic in animalia existunt etiam maiores varietates. 1. Offic. . 56

Ut in Cracis artificibus, aiunt, eos ardoeos esse, qui citharoedi fieri non potuerunt: sic nonnullos videntur, qui oratores evadere non potuerunt, eos ad iuris studium deuenire. Pro Murena. 57

Ut qui mortem in malis ponit, non potest eam non timere: sic nemo nulla in re potest id quod malum decernit, non curare, idque timere. 3. de Finib. 58

Ut equus indomitus, quamvis natura bene constitutus sit, idoneus non potest esse ad eas uilitantes, & aptus ad ea que desiderantur ab equo: sic homo indotenus, quamvis ingeniosus, ad virtutem non potest peruenire. 4. ad Heren. . . . 59

Ut locus in mari sine portu nauibus non potest esse tutus, sic animus sine fide stabilis amicis non potest esse in iurebus, que sub eandem rationem cadunt. 1. de Invent. . . . 60

Ut qui stadium currit, eniti & contendere debet, quam maxime possit ut vincat, supplantare eum qui cum certet, aut manu depellere, nullo modo debet: sic in vita sibi quaque petere, quod pertineat ad usum non iniquum est: alteri diripere iure non potest. 3. Offic. 61

Ut non omnem frugem atque arborem in omni agro reperire possis: sic non omne facinus in omni vita nascitur. Pro Rosc. Amer. . . . 62

*U*nusquisque aqua cōiectus, continuo restinguatur ex refrigeratur; sic referuēs falsum crimen, in parissimam & castissimā vitā collatū, statim cōcidit ex extinguitur. Pro Rofcio Comedo. 63

*V*t tēpestates sāpē certo aliquo cali signo com-
mouentur, sāpē improviso, nulla ex certa ratione,
obscura aliqua ex causa cōcisatur: sic in comitiis
tēpestate populari, sāpē intelligas quo signo
commotu sit sāpē ita obscura est, ut casu excitata
esse videatur. Pro Morena. 64

*V*er mare quod sua natura tranquillum est, vē-
torium vi agitari videmus, ac turbari sic populus
sua spōte paratus hominum seditionorū vocibus,
& violentissimis tempestatibus concitari solet.
Pro Cluent. 65

*V*t imperatores instruta acie solent, quamquā
paracīsimos milites ad p̄etiāndō videāt, eosta-
men cohorteari: itaq̄ iuuenes ardentes & erecti ad
laudē, ad literas sunt adhortanda. Philip. 4. 66

*V*er si gladiū paruō puerō, aut si imbecille feni,
aut debili dederis, ipse impetu suo nemini noceat:
sī ad nudū vel fortissima viri corpora accesserit,
possit acie ipsa & fēri virib⁹ vulnerari: ita quin
hominibus exēta quisatq; exanguibus Cōfūlatus
tanq; gladiis effet datus, qui per se pungere nemī
nem unq; potuissent, hāsummo imperij nomine or-
mati, Rēmpub. contradicauerunt. Pro Sest. 67

*Q*uemadmodum theatrum quām cōmune sit,
rectē tamē dici potest eius esse eum locum, quem

quisque occuparit: sic in urbe, mūdārē commānū,
non aduerfutur ius, quo minus sumus quidq; eū
iusque sit. 3. de Finib. 68

*Vt enim necessē est lancē in libra ponderibus
impositis deprimi: sic animū perspicuis cedere.*

2. Academ. 69

*Vt fures earā rerū quas ceperunt, signa cōmar-
tant: sic multo alienis sententij pro suis vtiuntur
viciatāq; rerū notas mutantes. 5. de Finib. 70*

*Quemadmodū volucres videmus procreationis
atq; vtilitatis sui causa fingere & conseruēnti-
dos, easdem autem quum aliquid efficerint, leuāt
di laboris sui causa paſsim, ac liberē solutas opere
volitare: sic nostri animi foxensibus negotijs, atq;
urbano opere defēsi gestiunt, ac volitare cupiunt.
vacui cura atque labore. 2. de Orat. 71*

*Vt cygni prauidentes quid in morte boni sit, cō-
santu & voluptate moriūtur: sic ex omnibus hor-
mis ex doctis est facieundum. 11. Tusc. 72*

*Vt stultitia, et si adepta est quod cōcupiuit, nun-
quam se tamens satis consequitā putat: sic sapien-
tia semper eo contenta est, quod adest: neque vir-
giniā sui pēnitet. 5. Tusc. 73*

*Vt mulieres ideo bene olere, quod nibil olearū
videntur: ita hoc ipso est ornatior oratio, q; ornar-
menta negligat. Cic. Att. libro 2. 74*

*Vt quidā morbo aliqua, & sensū stupore, fuer-
ūtatiē sibi non sentiūt: sic libidinosi, auari, facino-
rosi, vera laudis gustū non sentiūt. Philip. 2. 75*

Vt leuitatis est inanem aucupari rumorem, vt omnes umbras etiam falsae glorie consuetari: sic leuis est animi, lucē, splendoremq; fugientis, iusta gloria, qui est fructus vera virtutis honestissimus repudiare. In Pisonem.

76

Vt plerunque bestiae, fame dominante ad eum locum, ubi aliquanda pasto sunt, reuertuntur: sic latrones, urgente inopia. Pro Client.

77

Tang bona valetudo incūdior est iis, qui è granū morba recreati sunt, q; qui nunq; agro corpore fuerunt: sic omnia desiderata magis quam assidue percepta delectant. Post red. ad Quirites.

78

Vt grauius agrotant ij, qui quā leuati morbo videtur, in eum de integro inciderunt: sic vehementius laboramus, qui non profigato bello ac penē sublato, renouatum bellum gerere conamur.

Cic. Cornificio, Famili. xx.

79

Vt iis qui imprudenter laeserunt, ignoscit conuicti: ita iis qui necessariō profuerunt, haberi gratiam non aportet. 1. de Inuent.

80

Vt in edificiis architecti auertunt ab oculis, mēribusq; dominorū ea, qua profuētia necessariā terti essēt aliqd habitura: sic naturares similes pr̄cul amandauit à sensibus. 2. de Nat. Deor.

81

Vt innocēs is dicitur, nō q; nocet leuiter, sed q; nō bil nocent: sic sine metu is habēdus est, nō q; parua metuit, sed qui omnino metu vacat. 3. Tuscul.

82

Vt oculus, sic animus se nō videns, alia cernit.

83

*vt nauem & edificium idē destruit facillime,
qui cōstruxit: sic hominem eadē optimē quā con-
glutinavit natura dissoluit.* Cato Maior. 84

*vt adolescentem in quo senile est aliquid: sic
senem in quo adolescentis probi est aliquid, lau-
damus.* Cato Maior. 85

*vt adolescentibus bona indole præditis sapien-
tes senes delectantur, leuiorq; fit eorum senectus,
qui à iuventute coluntur & diliguntur: sic adole-
scentes senum præceptis gaudent, quibus ad vir-
tutum studia discuntur.* Cato Maior. 86

*Adolescentes sic mori videntur, ut quum aque
multitudine vis flammæ opprimitur: & quasi po-
ma ex arboribus si crada sint, vi auelluntur, si ma-
tura & cocta decidunt: sic vitam adolescentibus
vis aufert, senibus maturitas.* Cato Maior. 87

*Ut petulantia & libido magis est adolescenti,
quam serum, nec tam omnium adolescenti, sed
non proborum: sic ista senilis stultitia, que deli-
ratio appellari solet, serum est leui, non omni.*
Cato Maior. 88

*Ut non omne vinum: sic non omnis atas veta-
flave coacepsit.* Cato Maior. 89

*ut pulchritudo corporis apta cōpositione mēbro-
rum mouet oculos, & detectat h̄c ipso, q; inter se
cōes partes cū quodā lepore cōsentīt: sic hoc deco-
rum, quod elucet invitarmouet approbationē eorū
quibusē vivitur, ordine & cōstātia moderatione
omnium doctorū atq; factorum.* 1. Offic. 90

ut pi-

Vt pictores, & ij qui signa fabricātur, & veri etiam poëtae suū quisque opus à vulgo cōsiderari vidi, vt si quid reprehēsum sit à pluribus, id corrigitur, hiq; & secū, & cum aliis quid in eo peccatum sit, exquirunt: sic aliorum iudicio permulta nobis & facienda, & nō facienda, & mutanda, & corrigenda sunt. 1. Offic. 91

Vt benefici liberalesq; sumus, non vt exigamus gratiā (neq; enī beneficiū seneratur) sed naturā propensi ad liberalitatē sumus: sic amicitiā nō spē mercedis adducti, sed quod oīs eius fructus in ipso amore inest, expetendā putamus. In Lælio. 92

Vt aurū igne, sic benevolētia fidelis periculo aliquo perspici solet. Cic. Papirio Pato, Fam. 9. 93

Vt hirundines astiuo tempore præsto sunt, frigore pulsæ recedunt: ita falsi amici sereno vite tempore præstò sunt, simul atq; fortuna & hyemem viderint, deuolant omnes. 4. ad Heren. 94

Amici noui veteribus non sunt anteponendi, vt equis vetulis teneros anteponere solemus. Nō enim amicitiarum esse dcbent, sicut aliarū rerum societates: veterrima quaq; esse suauissima debet. Nouitates tamen non repudiandæ: vetustas autē suo loco conseruetur. In Lælio. 95

Vt monere & moneri propriū est vera amicitia, & alterū liberè facere, nō asperè, alterū patiēter accipere, nō repugnāter: sic habendū nullam in amicitiis pestem esse maiorem, q; adulacionem, blanditiās, assentationem. In Lælio.

R

PETRVS LAGNE-
 RIVS COMPENDIENSIS,
 FRANCISCO AB OLIVA
 Tholosano, summæ spei
 adolescenti
 S. P. D.



PTIMA hereditas, mi Francisci, quæ liberis à patribus relinquitur, est via virtutis, multarumque artium cognitio atque scientia, quæ mihi iuxta Ciceronis sententiam, videtur omni patrimonio frēstan-
 tior. Itaque non possum satis probare singularem illam patris tui in promouendis studiis tuis dili-
 gentiam, qui à ceteris patribus voluntate longe
 & studio dissimilis, hoc sibi solūm credit negoti
 dari, optimis ut & moribus, & literis tua illa-
 ruditas etas imbuatur, & si præpostera sit hodie
 multorum cura & diligentia, qui nihil eo habentes
 neglectius, quo ius nihil esse debet commenda-
 tius: in eo tantum occupati, ut habeat filius unde
 splendide vivat, non admodum solliciti ut habeat
 rectè vivat: corporum magnum, animi vero
 & mentis aut nullam, aut seram curā habentes.
 Præclarè igitur pater tuus, qui non tam pulchrū
 duxit bene nasci, quam præclarum bene institui:
 cuius nunc necesse est, ut ingrauescens etas in
 suis moribus & literis conquiescat: si modò is esse

vis, quem te semper esse voluit. Mishi profecto dubia non est, aut obscura illius erga te voluntas, quæ tibi ut nullo loco defuit, sic nullo quoque tempore deerit, tu vide ipse tibi ne desis. Magna est illius de te opinio, nec vulgaris multorum de tuis studiis expectatio, quæ tibi non retinenda modò aut sustinenda, sed cura & studio augenda & amplificanda est. Scito enim ea ab te expectari, quæ ab ingenuo adolescenti, & Ioannis ab Oliu, & aduocati regij filio expectandas sunt: fac tibi paternæ virtutis, maiorumque tuorum veniat in mentem recordatio, quæ te officijs tui obliuisci non sinet, quæ te dies noctisque commouebit, atque perficiet, ut aliquando excitatam de te opinionem tueri & sustinere possis. Atque ne ipse boni & studiosi preceptoris officio videar defuisse, ego te quum multis de causis, tum amore incitatus meo, rogo & moneo, ut candidis moribus & literis, ad quas tu natus videris, omni cura & studio inuigiles: quod quod fiat commodius, ego Ciceronis eas sententias, quæ ad pietatem, Christianamque religionem videbantur proximè accedere, tibi & dico, & deuoueo: quas, ut diligenter amplectare, studiosè euoluas, totusq; in eis versere, pro mea in te bencvolentia & hortor & obsecro. Vale, Tholose, et lauo Cal. Septemb.

Anno 1541.

R. ij



M. T. C I C E R O -
N I S P I A E A L I Q V O T
S E N T E N T I A E.



1 quod optimum, maximumq; est,
id volumus adipisci, virtuti opera-
danda est, sine qua nullam rem
expetendam consequi possumus.
In Lelio.

2 *Omnium rerum magnarum à diis immortali-
bus principia ducuntur. In Vatin.*

3 *A diis immortalibus sunt nobis agendi capien-
da primordia. 2.de Leg.*

4 *Nemo magnus sine aliquo afflatu diuino un-
quam fuit. 2.de Nat. Deor.*

5 *Quum ipsa natura magnam hominē facul-
tatem dederit, tamen esse Deus putatur, ut &
ipsum quod est hominum proprium, non par-
tum per nos, sed diuinitus ad nos delatum vi-
deatur. 1.de Orat.*

6 *Commoda quibus vivimur, lucem qua fruimur,
spiritum quem ducimus, à Deo nobis dari & im-
partiri videntur. Pro Rosc. Amer.*

7 *Si hoc à principio persuasum hoībus, dominos es-
se omnium rerū ac moderatores deos, eaq; que ge-*

suntur, eorum geri ditione, atq; numine, eosq; optime de genere hominum mereri, & qualis quisque sit, quid agat, quid in se admittat, qua mente, qua pietate colat religionem intueri, piorumq; & impiorum habere rationem. 2.de Legib. 8

Deorum prouidentia mundus administratur, idemq; consulut rebus humanis, neq; soluta universis, verum etiam singulis. 1.de Diuin. 9

Mundus regitur nomine deorum, estq; quasi communis urbs & civitas hominum. 3.de Fin. 10

Nihil est illi principi Deo, qui oem hunc mundum regit (quod quide in terris fiat) acceptius q; concilia, coetusq; hominum iure sociati, que civitates appellantur. Som. Scip. 11

Illud modò videto, ut Deum noris, et si ignores & locum & faciem: sic animum tibi tuum nostrum esse oportet, etiam si ignores & locum & formam. 1.Tuscul. 12

Quis est ta vacors, qui cum suspexerit in cœlū, Deos esse non sentiat: & ea que tata mente fiunt, ut rix quisquam arte illa ordinē rerum ac vicitudinem persequi possit, casu fieri putet? De Responsis Arusp. 13

In mundo Deus est aliquis, qui regit, qui gubernat, qui cursum astrorum, qui mutationes temporum, rerum vicissitudines, ordinesq; conservat, terras & maria contemplans, hominum commoda, vitasq; tuetur. 1.de Nat. Deor. 14

Dens ipse qui intelligitur à nobis, alio modo in-

R. iij.

zelliginō potest, nisi mens soluta & libera, & se segregata ab omni concretione mortis, omnia sentiens & mouens, ipsaq; præditam motu sempiterno.
Somn. Scip.

15

Ea est Dei vita, quan nihil beati^o, nihil amnina bonis omnibus affluentius cogitari potest. Nihil enim agit, nullus occupationib^{is} est implicatus, nulla opera molitur, sua sapiētia & virtute gaudet, habet exploratū fore se semper, tū in maximis, tū in eternis voluptatibus. 1.de Nat. Deor.

16

Vt hominum membra nulla contentione, mente ipsa & voluntate mouentur: sic numine deorum omnia finguntur, mouentur, atque mutantur,
1.de Nat. Deorum.

17

Mala & impia consuetudo est contra deos disputandi, siue ex animo id fiat, siue simulate. . 2. de Nat. Deor.

18

Homini timidè de potestate deorum & paucā dicenda sunt. Pro lege Manil. 19

19

Pietas grata est Deo: sumptus est remouendus. Quid enim est cur paupertatem, deorum aditus arceamus, præsertim cum ipsi Deo nihil minus gratum futurum sit, quam non omnibus patere ad se placandum, & colendum viā Numa Pompili. 2.de Leg. Vde de Deor. 1. 20

Nulla est erga Deos pietas, nisi honesta de nra mine Deoru ac mente opinio. Pro Planc. 21

Color alb^o præcipue decor^o Deo est. 2.de Leg. 22
Cùm multū animus corpori præstet, obserue-

turq; ut casta corpora adhibeantur, multò est in animis id obseruandum magis: nam incestum vel aspersione aquæ, vel dierum numero tollitur: animi labes, nec diuturnitate euaneat, nec manib; ullis elui potest. 2.de Leg. 23

Nullum est animal, præter hominem, quod habeat aliquam notitiam Dei. 1.de Leg. 24

De hominibus nulla gens est, neque tam immāsueta, neque tam ferrea, que non etiam si ignoret qualem Deum habere deceat, tamen habendum sciat. 1.de Leg. 25

Firmissimum afferri videtur, cur Deos esse credamus, quod nulla gens tam fera, nemo omnium tam sit immanis, cuius mētem non imbuerit deorum opinio. 1.Tuscul. 26

Dij immortales sparserunt animos in corpora humana, ut essent qui terras tuerentur, quiq; cœlestem ordinem contemplantes imitarentur eum vita modo, atque constantia. Cato Maior. 27

Deus, animal vni spectabile, hominem in quo omnia animalia cōtineret, effecit. De Vni. 28

Sunt ex terra homines, non ut incole & habitatores, sed quasi spectatores superarū rerum atq; cœlestium, quarum spectaculum ad nullum aliud genus animantium pertinet. Sensus autem interpres ac nuncij rerum, in capite, tāquam in arce mirificè ad usus necessarios & facti & collocati sunt. Tu reliqua vide supra, de Homine. 121.
2.de Nat. Deorum. 29

R. iiiij

Cum natura cæteras animates abiecisset ad psum, solum hominem erexit, & ad cœli quasi cognationis, domiciliijq; pristini cōspectū excitauit, tum speciem ita formauit oris, ut in ea penitus reconditos mores effingeret. 1.de Leg, 30

Omnia aliorum causa generata sunt, vt fruges atque fructus, quos terra gignit animalium causa, animantes hominum: vt equus vehendi causa, arandi bos, venandi & custodiendi canis. Ipse autem homo ortus est ad mundum contemplandum. 2.de Nat. Deor. 31

Nobis persuasum esse debet, si omnes deos, hominesq; celare possimus, nihil tamen auare, nihil iniuste, nihil libidinosè, nihil incontinenter esse faciendum. 3.Offic. 32

Quum dispicere cæperimus, & sentire quid simus, & quid ab animatibus ceteris differamus, tum ea insequi incipiems, ad quæ nati sumus. 5.de Finib. 33

Si considerare velimus quæ sit in natura hominis excellentia & dignitas, intelligimus quam sit turpe diffluere luxuria, & delicatè ac molliter vivere, quamq; honestum parcè, continenter, severè, sobriè. 1.Offic. 34

Nec figura corporis, nec excellēs vis ingenij humani significat, ad hāc vñā rem natū hominem, vt frueretur voluptatibus. 2.de Finib. 35

Animus est ingeneratus à Deo, ex quo vere vel agnitus nobis cùm cælestibus, vel genus, vel

stirps appellari solet. 1.de Legib.

36

*Est animus caelstis ex altissimo domicilio de-
pressus, & quasi demersus in terrā, locum diuinæ
naturæ, eternitatiq; contrariū. Cato Maior.*

37

*Humanus animus decerptus ex mente diuina,
cum alio nullo nisi cum ipso Deo, si hoc fas est de-
bet, comparari potest. Hic igitur si est excilius,
& si eius acies ita curata est, ut ne cæcetur erro-
ribus, sic perfecta mens, id est absoluta ratio, quod
est idem quod virtus. 5.Tuscul.*

38

*- Nulla est celeritas, qua possum cum animi cele-
ritate comparari: qui si manet incorruptus, suisq;
similis, necesse est ita feratur, ut penetret & dini-
dat omne cælum hoc, in quo nubes, imbris, vētiq;
coguntur. 1.Tuscul.*

39

*Oportet ut ipsa se mens vitiis exutā cognoscat,
coiunctamq; cum diuina mente se sentiat, ex quo
insatiabilis gaudio compleatur. 5.Tusc.*

40

*Cum animus, cognitis perceptisq; virtutibus, à
corporis obsequio indulgentiaque discesserit, volu-
ptatemq; sicut labem aliquā decoris oppresserit,
omnemq; mortis dolorisq; timore effugerit, societ-
atemque charitatis coniecerit cum suis, omnesq;
natura coiunctos suos duxerit, cultumq; Deorum
& puram religionem suscepit, & exacuerit il-
lam, ut oculoru: sic ingenij aciem ad bona diligē-
da & rei cienda contraria, qua virtus ex prouis-
endo est appellata Prudētia: quid eo dici aut co-
gitari poterit beatius? Idemq; quum cælū, terras,*

maria, rerumque omnium naturam perspexerit,
et que unde generata, quod recurrent, quando, quo-
modo obitura, quid in iis mortale & caducum,
quid diuinum & eternum sit viderit, ipsumque ea
moderantem & regentem penè prehederit, seque
non unius circundatum mœnibus populareret ali-
cuius definiti loci, sed ciuem totius mundi quasi
vnius urbis agnoverit: in hac ille magnificentia
verū, atque in hoc cōspectu & cognitione natura
dij immortales, quām se ipse notet, quod Apollo
præcipit Pythius! quām contemnet! quām despici-
et! quām pro nihilo putabit ea, quae vulgo du-
cuntur amplissima! 1. de Legib. 41

Animus cūm est secum, secundumque, ut dicitur,
vivit, tum que ad se pertinent, ea curat: que sua
sunt, cognoscit seipsum. 1. Tuscul. 42

Si quis est hoc labore animi, atque hac indole
virtutis, ac cōtinentia, ut respuat omnes volupta-
tes, omnēaque vita sue cursum in labore corpo-
ris, atque in animi contentionē consiciat, quē non
quies, non remissio, non aqualium studia, non lu-
di, non coniuicia delectent: nihil in vita expeten-
dum putet, nisi quod est cum laude & honore, &
cum dignitate coniunctum: hunc mea sententia
diuinis quibusdam bonis instrūctum atque orna-
tum puto. Pro M. Cælio. 43

Altè spectare si voles, atq; hauc sedem & eter-
nans domum cōtueri, neque sermonibus vulgi de-
deris te, nec in præmiis humanis spens posueris re-

rum tuarum, suis te illecebris oportet ipsa virtus
trahat ad verum decus. Som. Scip. 44

- Cogitantes supra atque cœlestia, hac nostra
ut exigua & minima contemnamus. 4. Acad.
quest. 45

- Quid potest ei videri magnum in rebus huma-
nis, cui aeternitas omnis, totiusque mundi nota sit
magnitudo? Nam quid aut in studiis humanis,
aut in tam exiguae vita breuitate magnū sapienti
videri potest, qui semper animo sic excubat, ut nō
hīl ei improvissū accidere possit, nō hīl inopinatū,
nihil omnino nouum? Atque idem ita in omnes
partes aciem intendit, ut semper videat sedē sibi
ac locum sine molestia atque angore vivendi, ut
quemcumque casum fortuna invexerit, hunc apte
& quiete ferat. 4. Tusc. 46

Confer nostram longissimā etatem cum aeterni-
tate, & breuissima reperiatur. 1. Tusc. 47

Cœlestia semper spectato, illa humana contem-
nito. Som. Scip. 48

- Nihil est melior, quam memoria recte facto-
rum, & libertate contentum, negligere humana.
Cic. Bruto. 49

Abeunt omnia unde orta sunt. Cato Maior. 50

Nemo confidat semper sibi illud stabile & fir-
mum permansurum, quod fragile & caducum sit.
2. Tusc. 51

O' Dij boni, quid est in homini vita diu?

Hibi ne diuturnū quidem quicquam videtur,

quo est aliquid extreum: cum enim id aduenit,
tum illud quod praterit, effluxit: tantum rema-
net quod virtute & recte factis sis cōsecutus: ho-
rae quidem cedunt, & dies, & mēses, & anni nec
prateritum tempus vñquam reuertitur, nec quid
sequatur, sciri potest. Cato Maior. 52

*Q*uis est, quāvis sit adolescens, cui sit exploratū
se ad vesperum esse viciatum? Cato Maior. 53

Nemini exploratum potest esse, quomodo se se
habiturum sit corpus, non dico ad annum, sed ad
vesperum. 2. de Finib. 54

Homines nos esse meminerimus, ea lege natos,
et omnibus telis fortuna proposita sit vita nostra:
neq; esse recusandū, quò minus ea, qua nati sum⁹,
cōditione viuamus, néue tam grauiter eos casus
feramus, quos nullo cōsilio vitare possumus, even-
tisq; aliorū memoria repetendis, nihil accidisse no-
ni nobis cogitamus. Cic. Titio. Famli. 55

. Vtrum viuere, an mori sit melius, dū immorta-
les sciunt, hominem quidem arbitror scire nemini-
nem. 3. Tuscub. 56

Ex ipsa vita discedimus, tanquā ex hospitio, nō
tanquā ex domo: cōmorādi enim nobis natura di-
uersorum, nō habitandi dedit. Cato Maior. 57

Mors terribilis est iis, quorum cum vita omnia
extinguntur: non iis, quorum laus emori non po-
test. Parad. 2 58

Sic habeto, te non esse mortale, sed corpus hoc.
Somn. Scip. 59

Corpus hoc est mortale, animi verò motus semperni. Pro Sestio. 60

Duae sunt viæ, ut ait Socrates, duplicesq; cursus animorum à corpore excedentia. Nam qui se humanis vitiis contaminarunt, & se totos libidinibus dediderunt: iis demum quoddā iter est seclusum à consilio Deorum. Qui autem se integros castosque seruarunt, quibusq; fuit minima cum corporibus cōtagio, suntq; in corporibus humanis vitam imitati Deorū, his ad illos, à quibus sunt profecti, facilis patet reditus. 1. Tusc. 61

Eorum animi, qui se corporis voluptatibus dederunt, earumq; se quasi ministros prabuerūt, impulsuī libidinum voluptatibus obedientium, Deorum & hominum iura violarunt, corporibus elapsi circa terram ipsam volutatur, nec in hunc locum cœlestem, id est in cœlum, nisi multis exagitationi seculis, reuertuntur. Somn. Scip. 62

Qui rectè & honestè curriculum vivendi à natura datum confecerit, ad astra facile reuertetur: non qui aut immoderatè, aut intemperanter vivet. De Vniuers. 63

Omnibus qui patriam conseruarint, adiuuerint, auxerint, certus est in cœlo ac definitus locus, ubi beati sempiterno auro fruuntur. Som. Scip. 64

Omnium animi sunt immortales, sed bonorum, fortiumque diuini. 2. de Legib. 65

Bonorum virorum mentes mihi diuina atque eterna videntur, & ex hominum vita ad Dea-

170 PIAR. SENTENTIARVM
rum religionem, sanctimoniamque demigrare.
Pro C.Rab. 66

Tunc erimus beati, quum corporibus relictis,
cupiditatum & emulationum erimus expertes.

I.Tuscul. 67

Vestra quo dicitur vita, mors est. Som.Scip. 68
Vt etat dominans ille in nobis Deus, iniussu hinc
nos suo demigrare. Qum vero causam iustam
Deus ipse dederit, ne ille mediussidius ut sapiens
letus ex hi tenebris in lucem illam excesserit, nec
tamen illa vincula cerceris ruperit, leges enim re-
tant, sed tanquam à magistratu, aut ab aliqua
potestate legitima, sic à Deo enocatus atque emis-
sus exierit. I.Tusc. 69

Tibi, & piis omnibus est animus in custodia
corporis retinendus, nec iniussu eius, à quo ille est
nobis datum, ex hominum vita migrandum est, ne
vnum assignatum à Deo defugisse videamur.

Somn.Scip. 70

No est iniussu imperatoris, id est Dei, de presi-
dio & statione vite decadendū. Cato Major. 71

Nisi Deus ipsis te corporis custodiis liberauerit,
ad cœlum aditus patere non potest. Som.Scip. 72

Nos si quid tale acciderit, vt à Deo denuncia-
tum videatur, vt ex eamvis è vita leti, & agentes
gratias pareamus, enitiq; nos à custodia, & lena-
ri vinculis arbitremur, vt aut in aeternā, et plane
nostrā domini remigremus, aut omni sensu mole-
stia pīcare avius. Si autem nihil denunciabitur, ea

tamē sumus animo, ut horribile illū diem alīs, nobis faustū putemus: nihilq; in malis ducam⁹, quod sit vel à dīs immortālibus, vel à natura parente omniū constitutū. Non enim temerè, nec fortuitō, sati & creati sumus, sed profectō fuit quædā vis, quæ generi cōsuleret humano, nec id gigneret aut aleret, quod quū exantlauisset omnes labores, tū incideret in mortis malū sempiternū. 1.Tusc. 73

Nec vñquam bono quicquam mali euenire potest, nec viuo, nec mortuo: nec vñquā eius res à dīs immortalibus negligentur. 1.Tuscul. 74

Improbo bene esse non potest. In Par. 75

Animi conscientia improbi semper cruciantur. 2.de Finib. 76

Impij pœnas luunt, &c. 2.de Legib. Vide Impij. 113. 77

Cuiusvis est hominis errare, nullius, nisi insipientis, perseverare in errore. Philip. 12. 78

Facilius iis ignoscitur, que non perseverare, sed ab errato se retroucare moluntur: est enim humanū peccare, sed beluinū i errore perseverare. In Vat. 79

Optimus est portus pœnitenti, mutatio consilij. Philip. 12. 80

Sit erranti medicina confessio. Cic. Octauio. 81

Permulta nos consulto onussumus, & ea in primis quæ ad dicendi facultatem & exercitationem magis, quam ad institutum nostrum pertinere videbantur, quibus aliquando proprius & suus locus à nobis, si hunc nostrum laborem probari intellexerimus, tribueretur.



ILLVSTRES

QV AEDAM SENTEN-
TIAE EX OPTIMIS
quibúsque aliis autori-
bus selectæ, per eun-
dem Petrum La-
gnerium.

VIRTVTIVS.



IR T V T E homini à diis immor-
talibus nihil melius datum est.
Emplissimum sibi ipsi premium
est virtus.

*Ipsa quidem virtus sibi met pul-
cherrima merces.*

Omnia ei adsunt bona, quem penes est virtus,

Sola virtus expers sepulchri.

Virtuti fortuna cedit.

Virtus fortuna non est indig.

Seneca. *Virtus fortunare solet.*

Sallust. *Nunquam potest non esse virtutis locus.*

Virtui omnia parent.

Domat omnia virtus.

Famam extendere factis,

Hoc virtutis opus.

Virtutis & gloriae comes inuidia.

Virescit

Virescit vulnera virtus.

Virtutis primum honor.

Sallust.

Ipsa sese virtus satis ostendit.

Virtus neque dono datur, neque accipitur.

Virtus eripi nec surripi potest unquam, neque naufragio, neque incendio amittitur. Cicero.

Nunquam Stygias fertur ad umbras

Seneca.

Inclita virtus.

Virtus eterna, praelarataq; habetur.

Qui per virtutem perit, non pol interit.

Plautus.

Bonum est quicquid ex virtutis geritur imperio.

Quod rectum, & honestum, & cum virtute est, hoc demum est bonum. Cicero.

Sat habet fautorum semper, qui recte facit.

Plautus.

Sera nunquam est ad bonos mores via.

Benè vivere, bis vivere est.

Ad virtutem una & ardua est via.

Ad gloriam virtutis via peruenit.

Horat.

Virtutem in columem odimas.

Sublatam ex oculis querimus inuidi.

Probitas laudatur & alget.

Iuuenal.

Haud facile emergunt, quoru[m] virtutibus obstat,

Res angusta domi.

Bonos imitari, quam iis inuidere prestat.

Sallust.

& bimales premia sequuntur, haud facile quisquam gratuitè bonus est.

Plerūq; nos fallit virtutis specie virtutis & umbra.

Prosperum ac felix scelus

Seneca.

Virtus vocatur.

Panore carent, qui nihil commiserunt: at pœnam
semper ob oculos versari putant, qui peccarunt.
Vacandum non modò omni criminis, sed & crimi-
nibus cuiuscunque suspicione.

Horat. Oderunt peccare boni virtutis amore:
Oderunt peccare malis formidine pœna.
Semita certa

Iuuenal Tranquilla per virtutem patet vnicarita.
Affectibus bene vti, virtus: male vti, vitium.

Iuuenal Nobilitas sola est, atque vncia virtus.
Statue huiusmodi relinquendæ, quæ virtutis sunt
monimenta magis, quam staturæ corporis.

**Claudia
nus.** Virtute decet, non sanguine niti.

Seneca. Sola perpetuò manent,
Subiecta nulli mentis atque animi bona.
Omnis spes in virtute ponenda.

Prudentiae.

Prudentes dij amant, & oderunt malos.
Priusquam initium rectè constitueris, multitudo
est de exitu consilium capere.

Terent. Isthuc est sapere, nō quod ante pedes modò est vi-
dere sed etiam illa quæ futura sunt prospicere.

Sallust. Priusquam incipias consulto, & vbiq; consiluens,
mature factò opus est.

Sallust. Praterita reprehendi possunt, corrigi nō possunt.
Cum re mutare consilium, prudentis est.

In capiendis consiliis festinatio rationis inimita,
mentis præstringit oculos.

Haud facile animus verum prouidet, ubi odium,

amicitia, ira, atque misericordia intercedunt.

Nunquam ita quisquam bene subducta ratione Terent ad vitam fuit,

Quin res, etas, visus semper aliquid adportet noui, &c.

Per beati sunt, qui cum tenet vita cursum, ut vel Cicero in negocio sine periculo, vel in otio cum dignitate versentur.

Sera sunt hominum lamentationes, prorsusque virtus perdita, quas occupatas in iis lugendis cernimus, quae virtus suo desiderio contigerant.

Primus ad sapientiam gradus, seipsum nosse: quod ut omnium difficultissimum est, ita longe utilissimum.

Feliciter si sapit, qui periculo alieno sapit.

Plautus
Tibul.

Felix quicunque dolore

Alterius desces posse carere tuo..

Scitum est, periculum ex aliis facere, tibi quod ex Terent visu fiet.

Ita comparata est omnium hominum natura, aliena melius ut videant & indicent, quam sua. Idem.

Suis cuique attributus est error.

Catula.

Sed non videmus manice quod in tergo est.

Aliena sic nobis tractanda sunt, ut nostrarum Sallust non obliuiscamur.

Stultitia est alienam rem suo periculo curare.

Prudentis est mortis meminisse.

Sapientissimus quisque animo equissimo moritur, stultissimus iniquissimo.

Aestas non semper fuerit, componite nidos,

Hesiodus

sij

Carpe diem, quām minimum credulas postero.

Horati⁹ *Viae memor quām sit cui brevis.*

Martial *Sera nimis vita est crastina, viue hodie.
Dum lucet, viue.*

Vtendum presentibus.

Memineris iuuenis, quōd aliquando senex eris.

Est sua rebus pulchritudo, sed et interim definit.

Stultus est, qui quaē obtulit opportunitas, nō amplectitur.

Quidi⁹. *Bene qui latuit, bene vixit, & intra*

Fortunam debet quisque manere suam.

Optimus est in omnibus rebus modus, laudabiliſq; mensura.

Boetius *Quod precipiti via.*

Certum deserit ordinem,

Latos non habet exitus.

Horati⁹ *Est modus in rebus, sunt certi denique fines,*

Quos ultra, citrāq; nequit consistere rectum.

Terent. *In omni re videndum, ne quid nimis.*

*Flagitium est, te aliis consilium dare, foris sape-
re, tibi non posse auxiliarier.*

Lentè festinandum est.

Quidi⁹. *Habent parua commoda magna more.*

Terent. *Quod cauere possis, stultum est admittere.*

Prudentis est in plerisque connivere.

In auido ingenio sāpē paruum vincit consilium.

*Ineuntis etatis inficitia, senum constituenda, &
regenda est prouidentia.*

Stultum est demensionibus terrarū studere, &

Seipsum nescire metiri.

Claudia
nus.

Dius proximus ille est,

Quem ratio, non ira mouet.

*Vtilia iucundis prferenda sunt, cum obtineri et
trunque non potest.*

Vix sibi ipsi, nedum alijs credet prudens.

Ab altero expectes, alteri quod feceris.

Omnia prius experiri, qd armis, sapientem decet. Terent.

Euentus stultorum magister.

Dulce est desipere in loco.

Horati⁹

Fortitudinis.

Fortior est, qui se quā qui fortissima vincit, Ouidi⁹.
Mænia, nec virtus alitus ire potest.

Omne solum fortis patria est.

Patria est ubique virtus sedem sibi elegerit.

*Fortium virorum est magis mortem cōtemnere,
quam amare vitam,*

Quemcunque fortem videris, miserum neges.

Seneca.

Fortes fortuna adiuvat.

Terent.

*Magnum faciunt hominem res aduersa, quemad-
modum secunda fælicem.*

Crescit in aduersis virtus.

Sallust.

Neceſtitudo etiam timidos facit.

Ouidi⁹.

Scilicet aduersis probitas exercita rebus,

Tristi materiam tempore laudis habet.

Sallust.

*Quanta cuiusq; animo audacia natura aut mo-
ribus inest, tanta in bello patere solet.*

Sallust.

In re mala animo si bono utero juuat.

Plautus

In dubiis homines spectare periclis.

Lucret.

Sij

Conuenit, aduersisq; in rebus noscere qui sint.

Plautus. Animus aequus, optimū est arūnē condimentum.

Sil. Ita. Explorant aduersa viros pérque aspera duro
Ntitur ad laudem virtus interrita clios,

In quo quisq; periculo magnum habet animum.

Terent. Scitum est profecto quiddā, & in mediis malis ea
quenquam sapere, quæ sapere est opus.

virgili^o Tu ne cede malis, sed contra ardenter ito.

Seneca. Hand est virile terga fortuna dare.

Facere solent extrema securos mala.

Ouidius Apparet virtus, arguiturq; malis.

Facile suppliciū perpeti, se suppicio liberare est.

Ut valeas, multa ferenda tibi.

virgil. Superanda omnis fortuna ferendo est.

Audaces fortuna iuuat, timidosque repellit.

Mors terribilis est iis, quorum cum vita omnia
extinguuntur, non iis, quorum emori virtus nō
potest.

Proper. Audendum tibi aliquid, si vis esse aliquid,

Terent. Non sit sine periculo facinus magnum & memo-
rabile.

Laus erit in magnis & voluisse sat est.

Ouidius Ut desint vires, tamen est laudanda voluntas.

Nihil tam altè natura constituit, quò virtus non
possit eniti.

Ouidius In via virtuti nulla est via.

Idem. Tendit in ardua virtus.

Encruos animos virtus odisse solet.

Nihil intentatum relinquit virtus.

Amicitiae.

NEque falsum prorsus, neq; suave esse potest Plautus
quicquam, vbi amor non admiscetur: fel
quod est amarum, id mel faciet.

Non aqua, non igni, non aere pluribus locis uti- Cicero
mur, quam amicitia.

Solem è mundo tollunt, qui amicitia è vita tollunt. Cicero;
Xenop.

Tantum boni est in amicitia, ut ad eam rē perfi-
ciendam, deorum atque hominum munera vi-
deantur concurrere.

Aamicus est desiderabile nomen, homo vix appa-
rens, infelicitatis refugium, vix inuenienda pos-
sessio, secretorum receptor, indeficiēs quies, amā
da felicitas.

Aequalitate animorum constat amicitia.

Idem velle, atque idem nolle, ea demum firma est Sallust.
amicitia.

Eadem cupere, eadē odisse inter bonos, inter ma-
los factio est.

Solus est homo, amico amicus.

Amicitia omnibus rebus humanis anteponenda.

Seneca.

Odit verus amor, nec patitur moras.

Plautus

Tardo amico nihil est quicquam inequius.

August.

Amor qui renuit operari, amor non est.

Vbi amici, ibidem opus.

Is amicus est, qui in re dubia, re iuuat, vbi re est Plautus
opus.

Cicero.

Aamicus certus in re incerta cernitur.

Ouidius

Scilicet vñ fulnum spectatur ut ignibus arsum,

¶ iiiij

Tempore sic duro est inspicienda fides.

Stat nulla diu mortalibus usquam

Fortuna titubante fides.

Ouidius *Donec eris felix, multos numerabis amicos:*

Tempora si fuerint nubila, solus eris.

Seneca. *Fidem secunda poscunt, aduersa exigunt.*

Martial *Extra fortunam est, quicquid donatur amicis.*

Quas dederis, solus semper habebis opes.

*Si quid erga amicum beneficeris, aut consulueris
fideliter, non riederis meruisse laudem munere
functus tuo.*

*Reconciliata simultate, quamlibet leues suspicio-
nes fugienda sunt.*

Propert *Verus amor nullum nouit habere modum.*

Coniunctio animorum maxima cognatio est.

*Qui verè amat, prater vnum amare non potest.
Opitulandum amicis, sed usque ad aras,*

Contra patriā arma pro amico sumēda non sunt.

Cicero. *Est quatenus amicitia dari via possit.*

*Omnia cum amico discutiēda sunt, primū autē
discutiendus probandusq; amicus ipse est.*

*Amicitia non est vtendum ut floribus, sed diu gra-
tis, quandiu recentibus.*

*Veteres amicitias pro consequentiā nouitate non
fastidias.*

Sallust. *Amicorum nunquam cuiquā hominum satis fuit
Amicos res inuenit.*

Plautus *Amicorum communia debent esse omnia.*

Ouidius *Nomen amicitie barbara corda mouet,*

Amandi nec multi, nec nulli.

*Amicitia immortales esse debent, mortales ini-
micitiae.*

*Periculum est inter amicos de re aliqua statue. Bias
re:nam ita necessum est alterum ex his prorsus
inimicum habere.*

*Optimam vita supellecilem sibi comparauit, quia
amicos parauit.*

Faupertatis ac diuitiarum.

Magnum vestigal est parsimonia. Lucrēt̄o
*Diuitiae grandes homini sunt, vivere para-
cē.*

*Si res tua non sufficiat tibi, tu parcendo fac ut
sufficias rei tuae.*

Pauper non est is, cui rerum suppetit usus.

*Egens aquē est is, cui, quod est, non sufficit, atque
is qui nihil habet.*

*Quod satis est, cui contingit nil amplius optet. Horati⁹
Bene est, cui Deus obsulit*

Parca quod satis est manus.

Facinus audax incipit, Plautus

*Qui cum opulento pauper capitem habere, aut
negocium.*

Cura pauperibus clausa est.

Paupertas nulli malum est, nisi repugnanti.

*Magnum pauperes opprobrium iubet, & facere
& pati.*

Nihil habet infelix paupertas durius in se, Iuuenal̄

Quād ridiculos homines facit.

Persius. Magister artis, ingeniique largitor
Venter.

Paupertas omnes artes perdocet.

Difficile est pauperem philosophari.

Herati⁹ Seruiet aeternum qui paruo nesciet ut.

Horati⁹ Inopia pauca desunt, auaritia omnia.

Locum virtutis deseruit, qui

Semper in augenda festinat, & obruitur re.

Auaritia, adeoq; pecunia studium, fidem probitatem, ceteraque bonas artes subuertit.

Iauenal. Excri bonus est odor ex re

Qualibet.

Nunquam expletur cupiditatis sitis,

Pecunia auaro supplicium est.

Semper auarus eget.

Nimium ad rem in senecta attenti sumus,

Horati⁹ Crescit amor nini, quantum ipsa pecunia crescit:

Tereti⁹ Et minus hanc optat qui non habet.

Iauenal. Rape, congere, aufer, posside: relinquendum est.

Martial Solius temporis honesta auaritia est.

Vbi quis pecuniam habet, necesse est, ut aut semipsum, aut pecuniam vitem habeat:

Plautus Auarus multa multis sepe fwasit perperam.

Luca. Solus ferrum, mortemque timere.

Auri nescit amor.

Divitiarum fluxa est atque fragilis gloria.

Animus hominis diues, non arca appellari solet.

Cicero. Divites non solum eructantur libidine augedi ea que habent, sed etiam amittendi metu.

Et genus & virtus, nisi cum re, vilius alga est. Horati⁹
Omnia pulchris diuitiis parent.

Prima peregrinos obscena pecunia mores Juuenal⁹
Intulit, & turpi fregerunt secula luxus
Diuitiae molles.

Diuitiarum cupido ibi est: ubi & luxus, rurisque.

Qui suis contentus est, is verè ditissimus est. Cicero.¹
Cum tanta possessio est, ut ad liberaliter utendum
facile contentus sit, qui nihil querit, nihil appetit, nihil optat amplius, hic demum diues appellandus est.

Virtute qui prædicti sunt, soli sunt diuitiae.

Opes sunt sarcina mentis.

Imperat aut seruit collecta pecunia cuique. Horati⁹

Aurum omnes vincita iam pietate colunt. Proprie⁹

Aurea nunc verè sunt secula, pluribus auro venit honos.

Nemo extollere sese, & diuina mortalis attingere potest, nisi omisis pecunia & corporis gaudiis.

Fortuna & bonorum utriusque initium, sic finis est.

In pretio pretium nunc est.

Crescentem sequitur cura pecuniam,

Maiorūmque famas.

Pecuniam in loco negligere, maximum interdum Terent⁹
est lucrum.

Exercitii, seu laboris, & ignauiae.

Diffinobis laboribus omnia vendunt.

Qui scelces aliquando esse volunt, labore re debent.

- Horati⁹** *Qui studet optatam cursu contingere metam,
Multatulit, fecitq; puer, sudauit, & alſit.*
- Salust.** *Vigilando, agendo, bene consulendo, prospere omnia cedunt.*
- Salust.** *Mala mille affligunt hominem, cui segne & inutile corpus.*
- Nemo unquam ignavia immortalis factus est.*
Difficilia que pulchra.
- Plautus** *Qui dormiunt libenter, sine lucro & cum malo quiescunt.*
- Si non*
- Horati⁹** *Intendes animum studiis & rebus honestis.
Inuidia vel amore vigil torquebere.
Desuetudo pigritiam, pigritia veternum parit.
Exercitium dormietem naturam excitat, morbos fugat, denique temporis lucrum est uberrimum.
Exercitium potest omnia.*
- Virgil.** *Labor omnia vincit
Improbis.
Spe otii sustentatur labor.
In tenui labor, ac tenuis non gloria.
Magna curae magna merces.
Quae laboriosa iuuentuti studia hac sunt.
Iucunda senectuti otia.
Laboris condimentum est otium.
Par est fortuna labori.
Quod fuit durum pati, meminisse dulce est.
Si quid feceris honestum cum labore, labor abit,
honestum manet; Si quid turpe cum voluptate,*

turpitudo manet, voluptas abit.

*Blando veneno desidia, virtus pauplatim euicta
se nescit.*

Nihil tam difficile, quin querendo uestigari possit.

Omne opus difficile apparet, antequam tentaueris.

Nihil tam facile, qui difficile fiat, si inuitus facias.

Voluptatis.

In regno voluptatis virtutis non est locus.

*Ne illi falsi sunt, qui diversissimas res pariter Sallust
expectant, voluptatem & premia virtutis.*

Voluptatibus simul & virtuti nemo seruire potest.

*Voluptas est malorum esca, quod ea non minus Plautus
homines,*

Quam hamo capiantur pisces.

Hominis præstantia indigna est voluptas.

Est virtus placitis abstrenuisse bonis.

*Facile ingenia adolescentum ab honesta disciplina
na ad luxum dilabuntur.*

Luxum suadet licentia:

Suadent breuem præsentia fructum.

*Copia, luxusque nimius, ad voluptatem facillime
allicit.*

*Nulla est adeò voluptas, qua non assiduitate sui Plinius
fastidium pariat.*

Copia fastidium parit.

Voluptates commendat rarer usus.

Pœnitentia, dolorq; voluptate companionatur,

*Ita diis placitum, voluptati ut mœror comes con-
sequatur.*

Iuuenal

Plautus

Seneca. Dolor ac voluptas

Inuicem cedunt: ac breuior voluptas.

Voluptatum vsure morbis sunt.

Horati. Sperne voluptates: nocet empta dolore voluptas.

Ouidius. M. scetur tristitia letis.

Qui minus deliciarum nouit in vita, minus timet mortem.

Fortunæ.

Seneca. Fortuna opes auferre, non animum potest.

Fortuna fortis metuit, ignavos premit.

Seneca. Oblatam viramuis fortunam iuxta suscipere difscat, qui animo esse tranquillo cupit.

Sallust. Fortuna meliores sequitur.

Probitatem, industriam, ceterasque bonas artes, neque dare, neq; eripere cuiuslibet fortuna potest.

Fortuna quum blanditur, tunc vel maximè mentuenda.

In secundis nihil minus, quam confidendum.

Parcius obsequenti fortunæ potius fidendum, quam usque quaque fauenti.

Fortuna muneribus utendum, non fidendum.

Seneca. Quicquid in altum.

Fortuna tulit, ruinara leuat.

Fortuna nunquam perpetuò est bona.

Horati. Fortuna saeuo lata negocia,

Ludum insolentem ludere pertinax,

Transmutat incertos honores;

Nunc mihi, nunc alijs benigna.

Nulli præstat relax fortuna fidem.

Caca fortuna est, ex eos plerunque efficit cacos, Cicero,
quos complexa est.

Fortuna, ut medicus ignarus, multos cacat.

Seruat multos fortuna nocentes.

Res secunda non habent unquam modum.

Lasciviam amant atque superbiam res secunda.

Prospexit animos efferunt.

Omnes, quum secunda res sunt maxime, tum maxime meditari secundum oportet, quo pacto aduertam aximam ferant.

Cui spes omnis, & ratio, & cogitatio pendet a fortuna, huic nihil oportet esse certi, nihilque quod exploratum habeat permansurum sibi, ne rursum quidem diem.

Miser est, quisque felicitatem sperat a miseria.

Faber est quisque fortuna sua.

Suam cuique mores fingunt fortunam.

Perinde ut quisque fortuna vtitur, ita præcellit.

Omnibus nobis ut res dant se se, ita magni atque humiles sumus.

Fortuna non mutat genus.

Bona fortuna perinde sunt, ut animus illius, qui ea possidet.

Qui rati scit, ei bona: quia non vtitur recte, mala.

Fortunam citius reperias, quam retineas.

Fortunam cum abire permiseris, frustra postmodum fugientem implorabis.

Naturam plerunque fortuna corrumpit.

Dira libido fortuna corves.

Lucan⁹.
Seneca.
Sallust.

Terence
Cicero.

Plautus

Terence

Horat⁹.
Terence

- Martial *Fortuna multis nimis dat, satis nulli.*
- Ouidius *Dat quodcumque libet fortuna, rapitque.*
- Sallust. *Fortuna in omni re dominatur*
- Iuuenal *Turba tremens sequitur fortunam semper, & ondit.*
- Ad saturitatem non est opus fortuna. Nam quod necessitatibus sat est, tollit irata.*
- Lewis *magnas opes hic fert, & illuc casus.*
- Sil. Ital. *Brevis est magnifortuna favoris.*
- Plautus *Fortuna humana fugit, artatq; ut luet.*
- Seneca. *Minus in paruis fortuna furit.*
- Fœlicitatis comes inuidia.*
- Sallust. *Fortuna simul cum moribus immutatur.*
- Successum fortuna, experientiam laus sequitur.*
- Quem res plus nimio delectanere secunda,*
- Horat. *Mutatae quatent.*
- Leta omnia raro sine infelicitate aliqua eueniunt.*
- Ouidius *Fortuna arbitrius tempus dispensat ubique.*
- Plautus *Hominem esse calamitosum:*
- Ouidius **D**ij nos quasi pilas, homines habent.
- Ludit in humanis diuina potentia rebus,*
- Et certam præsens vix habet hora fidem.*
- Seneca. *Quemcumque miserum videris, hominem scias,*
- Ea est humanarum rerum natura, ut nihil sit a-*
- mni ex parte beatum.*
- Plautus *vt sunt humana, nihil est perpetuum datum.*
- Ouidius *Vita data est utenda.*
- Plautus *Nihil est homini perpetuum bonum:*
- Iam huic voluptati, hoc adinuentum odium est.*

Prima

*Prima pars eius se nescit: media curis obruitur:
ultima molestia senectute premitur.
Iuventa nihil est fugacissim, qua ubi auolarit semel, credit nunquam.*

Optima queq; dies miseris mortalibus eius. Virgilius

*Prima fugit: subeunt morbi, tristisq; senectus,
Et labor, & dura rapit inclemens mortis.* Iuuenal

Senectus ipsa morbus est.

Obrepit non intellecta senectus. Horatius

Multa ferunt anni venientes commoda secum,

Multa recessentes adiunxit.

Forma gloria fluxa atque fragilis est.

Res est forma fugax.

Forma exigui temporis donum est.

*Nec forma eternum, haud cuiquam est fortuna
perennis:* Propertius

Longius aut propius mors sua quenque menses.

*Oculi nostri ium demum miserrimi sunt, & videntur
guntur paupertatem nostram conspicere.*

Ita plerique ingenio sumus omnes, nostri nosmet. Terentius
. penitet.

*Res humana fluxa & mobiles sapientis in aduersa Sallust
mutantur.*

Aequo animo ferenda calamitates mortalibus.

Immortalia ne speres, mouet annus, alnum. Horatius

Quia rapit hora diem.

Nouit paucos

Secura quies.

Nulla dies moerore caret.

Seneca

- Horati⁹.** Tu quamcunque Deus tibi fortunauerit horam,
Martial Grata sume manu.
Seneca. Caudia non remeant, sed fugitiua volant.
 Finis alterius mali,
 Cradus est futuri.
 Leve est miseras ferre, perferre est graue.
 Nihil incundum, quod nemo ridet, ne ipsa quidē
 opes.
- Terent.** Omnia rerum vicissitudo est.
Iuuenal Sæuis inter se conuenit præsis.
 Ast hominiferrum lethale incude nefanda
 Produxisse p̄rum est.
 Lupus est homo homini, non homo, quum qualis
 sit non nouit.
- Propert** Unicuique dedit vitium natura creato.
 Curarum somnus domitor, pars est humana me-
 lior vita.
- Horati⁹.** Dabemur morti nos, nostraque.
- Sallust.** Omnia orta occidunt, aucta que senescunt.
 Homo se prius morti, q̄ vitæ parare debet, atque
 adeo putare extremum sibi semper adesse diem.
 Vita & mors iura natura sunt.
 Hæc est hominis conditio, ut quam citè in lucem
 exeat, moriturus existat.
- Tibull⁹.** Quis furor est atram bellus accersere mortem?
 Imminet, & tacitè clam venit illa pede.
 Mors æquat summis infima, innuoluit humile pari-
- Martial** ter, & celsum caput.
 Ipse iubet mortis nos moninisse Deus.

Stat sua cuiq; dies, breve & irreparabile tempus Virgil.
Omnibus est vita.

Fata manent omnes.

Mile emodis lethi miseros mors una fatigat.

*Quem sors dierum cùmque dabit, lucro Appone
 Omnes una manet mors,*

Et calcanda semel via lethi.

Et pace & bello cunctis stat terminus aui.

*Viue velut rapto fugitiuáque gaudia carpe,
 Perdiderit nullum vita reuersa diem.*

Quis scit an adiicient hodiernæ crastina vita.

Tempora dñ superi?

Nemo tam diuos rerum habuit fauentes,

Crastinum ut posset sibi polliceri.

Mors ultima linearum est.

Abeunt omnia vnde orta sunt.

Mors sola fatetur

Quantula sunt hominum corpuscula.

Nemo q̄ bene viuat, sed quādiu curat: cùm omnibus possit cōtingere, ut bene viuat: ut diu, nulli.

*Vita humana similis est ferro, quod si exerceas,
 atteritur: si non exerceas, rubigo consumit.*

In luctu atq; miseriis, mors erumnarum requies, Sallust.
non cruciatus est.

ut benè viuitur, diu.

viuitur.

Dominii ac seruitutis.

Plautus

*Liberatem nemo bonus, nisi cum anima si-
 mul amittit.*

T q̄

Plautus. Omnes profectò liberi lubentius,
Sumus, quām seruimus.

Propriæ telluris herum natura, neque illum,

Horati⁹. Nec me, nec quenquam statuit.

Libertas per inertiam amittitur.

Liber is est existimandus, qui nulli turpitudinē
seruit.

Sallust. Natura mortalium auida est imperij.

Ea denum tuta est potentia, qua viribus suis
modum imponit.

Horati⁹. Vim temperatam dū quoque prouehunt

In maius: iidem odere vires

Omne nefas animo mouentes.

Facilitate nihil est homini melius, neq; clemētia.

Pudore & liberalitate liberos

Retinere satius esse credo, quām metu.

Terent. Deteriores omnes sumus licentia.

Immodicus libertatis usus, seruitutis quandoque
occasio fuit.

Seneca. Durum & inuisum & graue est
Seruitia ferre.

Pessimus quisque asperimē rectorem patitur.

Serui ēre parati, iniusta imperia

Dominorum non perforunt.

Facile est imperium in bonis.

Nunqui iussus facit aliquid, miser est, sed qui
inuitus.

Non decet superbū esse hominem seruum,

Plautus. Plus oportet scire seruum, quām loqui.

- Omnis animi debilitata & humili, & fracula timida seruitus est. Cicero.
- Asperius nihil est humili, cum surgit in altum. Claud.
- Regnum non capit duos. Lucan.
- Nulla fides regni sociis, omnisque potestas
- Impatiens consortis erit.
- Particeps dominationis neque fuit quisquam, neque si pati potuisset, orbis terrarum bello cōcussus foret.
- In maxima fortuna, minima licentia esse debet. Sallust.
- Minimum decet licere, cui multum licet.
- Multos timeat oportet, qui timetur a multis. Seneca.
- Raro contingit, eum a multis diligi, qui non merito, sed arrogantia pluribus nuditur anteferri.
- Odia qui nimium timet, regnare nescit.
- Ars prima regni est, posse inuidiam pati.
- Malus est minister regij imperij pudor. Seneca.
- Timendus tibi populus, apud quem multa possit.
- Tutus esse non potest, quem maxima pars hominum extinctum esse cupiat.
- Est regis alti spiritum regi dare. Seneca.
- Multa cura summo imperio inest. Plautus
- Qui quarit alta, is malum videtur querere.
- Venenum in auro bibitur. Seneca.
- Iniqua nunquam imperia retinentur diu. Seneca.
- Regna cum scelere, omnibus
- Sunt exiliis graviora.
- Virtus & summa potestas
- Non coēunt.

Lucan⁹ Ut nemo doceat fraudis, & sceleris ritam:

Seneca. Regnum docebit.

Nemo alteri imperium volens cōcedit, & quamvis nouus, atque clemens sit, qui plus potest, tamēn cui malo esse licet formidatur.

Non bene conueniant, nec in una sede morantur
Maiestas, & amor.

Ouidius Regum pernicies adulatio.

Terent. Errat longè mea quidem sententia,

Qui imperium credit gravius esse, aut stabilius,
Vi quod fit, quam illud quod amicitia adiungitur.

Sallust. Non exercitus, neq; thesauri, presidia regni sunt,
verū amici, quos neque armis cogere, neque
auro parare queas, officio & fide parantur.

Sallust. Regiae voluntates plerunque ut vehementer, sic
mobiles sunt, ac sēpē ipse sibi aduersae.

Regis ad exemplum totus componitur orbis.

Seneca. Circa regna tonat.

Nunquam placidam sceptrā quietem,

Certumve sui tenuere diem:

Horati⁹ Vis consilij expers, mole ruit sua.

Sallust. Imperium his facile artibus retinetur, quib⁹ initio partum est.

Seneca. In seruitutem cadere de regno graue est.

Amoris.

Plautus **Q**ui in amore præcipitauit peius perit, quam
si saxa saliat.

Vis magna mentis, blandus atque animi dolor,
Amor est.

Amor amoris expers non est.

Seneca;

Nox, & amor, vinumque nihil moderabile suadet:

Ouidius

Illa pudore vacat: Liber, Amorque metu.

Proper.

Libertas quoniam nullus iam restat amanti,

Nullus liber erit, si quis amare volet.

Insanum est & malum in hospitium diuorti ad cupidinem.

Quisquis in prima obstatit,

Seneca;

Populitque amorem, tutus ac victor fuit.

Qui blandiendo dulce nutriuit malum,

Sero recusat ferre, quod subiit iugum.

Solus amor, morbi non amat artificem,

Quae res,

Proper.

Nec modum habet, neque consilium, ratione, modoque,

Terentia

Tractari non vult, in amore haec sunt mala: bellum,

Pax rursum.

Amorem sectari solent, cura, aegritudo, dolor, nimisque elegancia.

Nemo sine grandi malo,

Plautus

Praterquam res patitur, studet elegantiae.

Pulchra mulier nuda, erit quam purpurata pulchrior.

Meretrix non absimilis mari quod das, denorat: nunquam abundat.

Hoc unum in re perpetuo habent meretrices, dant mihi, atque affer mihi.

Amori accedunt haec vita,

Plautus

Insomnia, arumna, error, & terror, & fuga,

T. iiiij.

296 VARIORVM AVTORVM
Ineptia, stultiáque adeò, & temeritas.
Incogitania, excors immodestia,
Petulantia, cupiditas, & malevolentia,
Inheret etiam auditas, desidia, iniuria,
Inopia, contumelia, & dispendum,
Multiloquium, pauciloquium, &c.

- Virgili^o *Improbē amor, quid non mortalia pectorā cogit?*
Seus amor docuit natorum sanguine matrem
Commaculare manus.
Crudelis amor, cuius parua flamma primovapore
delectet: at fomento consuetudinis exæstuans,
immodici ardoris totum hominem perurat.
Amor intempore vires capit, & paulatim totū
hominem amplexatur.
Amantes amentibus haud dissimiles, qui seipso
nesciunt: & quid agant, ignorant.
Celerē habet ingressum Amor, regressum tardū.
Dulce est insanire in loco.
Qui amat, si quod amat, habet id satis, habet sibi
Pro cibo, videre, amplecti osculari, atque alioqui.
Amantium est, etiam natos eius quod amant,
exosculari.
Nulla non hora somniamus, quod amamus.
Vbi vanis somnis enutritur amor, præcordis in-
fedit.
Amoris præmium, fructusque libidinis, aliquan-
do sola cogitatio: Supplicium verò graue, fru-
stratio cupiditatis.
Consuetudo, & mores fugant duriciem, & oblit-

natiā inimicā Amori.

*Falsa dulcedine fouentur amantes: Hactum de-
mum se prodit, quum dirimitur amor.*

Dulces amorum insidia.

Facile irati verbo mutantur amantes.

Amantium ira, amoris redintegratio est.

Rara est concordia forme,

Atque pudicitia.

Nimia est miseria, pulchrum esse hominē nimis. Plautus

Tunc viue caste,

Asperius, cūm prompta Venus.

Nec regna socium ferre, nec tādē sciunt.

Non bene cūm sociis regna, Venusq; manent.

Amor perennis coniugis caste manet.

Cecus amor non unquam admiratur neglecta.

Omnia vincit amor.

Propert
Terent.
Iuuenal

Claudia

Seneca.

Seneca.

Virgil.

Sobrietatis.

Buccae

Noscenda est mensura tue.

*Non vinum moderari sed vino solent, qui quidē
probi sunt.*

Vina parant animos veneri.

*In vinū mutum confertur plerunque culpa: quod
si loqui posset se defenderet.*

Nimis est vile vinum, atque amor.

*Si ebrio, atque amāti impunē facere, quod lubeat
licet.*

Homini cicuta est vinum.

Vino forma perit, vino corruptitur etas.

Iuuenal

Plautus

Ouidius

Plautus

Plinius

Propert

Plautus. *Vinum memorie mors.*

*Magnum hoc vitium vino est: pedes captat pri-
mum, iustitator dolosus est.*

*Quem tu asseruare recte, ne aufugiat, roles,
Esca atque potionē vinciri debet.*

Apud mensam plenam homini rostrum deliges.

*Dum tu illi quid edat, & quod potet, præbeas
Arbitratus suo affatim quotidie,*

Nunquam æde polfugiet.

Verecundari neminem

Apud mensam decet.

Plautus.

Taciturnitatis.

Qui non nouit tacere: nescit loqui.

*Pœnituit aliquando locutum esse, ta-
cuisse nunquam.*

Hesiod. Optimus est homini lingua thesaurus, & ingens
Gloria, que parcis mensurat singula verbu.

*Effrenioris, & ex legis dementia extremum in-
felicitas occupat.*

Linguam compescere, virtus non minima est.

Mors & vita in manibus lingue.

*Maledicentia stultorum thesaurus, que in lingua
reconditum tenent.*

Qui inconsideratè loquitur, sentiet mala.

Inter pocula præsertim seruandum silentium.

Stultus non nouit silentium seruare:

Horati⁹. Percontatorem fugito, nam garrulus idem est.

Seneca. Alium silere quod roles, primus file.

Horati⁹. *Lingua hominum ad iudicia præcepſ.*

Semel emissum volat irrevocabile verbum.

Lingua si infrenis est, & pro diga, interdum maximarum cladi um organum est: at si parca & prouida, in ea particula ingentium bonorum fomites latent, & prudentia inde excepitur.

Qualis vir, talus oratio.

Puaria mentis, pudicus sermo.

Os sanctum, sancta promit eloquia.

Imago homini sermo est.

Detrahentem auersatur vir bonus.

Huic non licet alterius vituperationem patiēter audire, qui nec ab aliis optat suam recipi.

Verecundia silentium imperat.

Beneficentiae & ingratitudinis.

*Quod benē fit bonis,
Haud perit.*

Plautus

Nec aurum, nec argentum, nec quicquam eorum quae accipiuntur, beneficium est: sed eis qui tribuit, animus.

Benefacta benefactis cumulanda.

Aliquando gratius est, quod faciliter, quam quod plena manu datur.

Quicquid sine detimento commodari potest, id tribuatur etiam ignoto.

Serō beneficium dedit, qui roganti dedit.

Eodem animo debetur beneficium, quo datur.

Reddit beneficium, qui libenter debet.

Nemo licenter debet reddere, quod non accipit, sed extorsit.

- Cicero.** *Meminisse debet is, in quem collatum est beneficium non commemorare qui contulit.*
- Odiosum hominum genus officia exprobrantium.*
- Beneficium nec in puerū, nec in senem conferēdū est: in hunc, quia perit antequā gratiae referēda detur opportunitas: in illum, quia non meminit.*
- Improbus est homo, qui beneficium scit sumere, & reddere nescit.*
- Ingratus qui beneficium accepisse se negat, quod accepit: ingratus, inquā, qui id dissimulat: rursum ingratus, qui non reddit: At omniū ingratis simus, qui oblitus est.*
- Plautus** *Ita sunt omnes isti nostri ciues:*
- Si quid beneficias, leuior pluma gratia est:*
- Si quid peccatum est, plumbreas iras gerunt.*
- Ouidius** *Est aliqua ingratō meritū exprobrare voluptas.*
- Sallust.** *Immunifico cātari solet, quod habes, nec habeas.*
- Regem armis, quam munificentia vinci, minus flagitosum.*
- Eruditionis ac scientiæ.
- O** *Pes eiusmodi parādæ, quæ nauī fracta, simul cum domino queant enatare.*
- Honor alit artes, omnesque incendūtur ad studia gloria: iacentque ea semper, quæ apud quosque improbantur.*
- Dignum laude virum Musa vetat mori,*
- Literæ pulcherrimæ sunt hominis diuitiæ.*
- Quemadmodum corpus medicina, sic animū philosophia curat.*

Hominis mens discendo alitur.

Vita hominis sine literis mors est, & hominis sepultura.

Seruosa ingenia, quò plus recessus sumūt, eò maiores impetus edunt.

*Ingenium quondam fuerat pretiosissim auro: Ouidius.
At nunc barbaria est grandis, habere nihil.*

*Homine imperito nunquam quicquam iniustius, Terentius.
Qui nisi quod ipse fecit, nihil rectum putat.*

Iners malorum remedium, ignorantia est. Seneca.

Reliqua confusè & sine ordine.

Laudis cupiditas, & timor ignavie, ad virutem excitant.

*Cloriam, honorem, imperium, bonus & ignarus Sallust.
a què sibi exoptant.*

Gloria alitur industria.

Nequa laus est à laudatis laudari, & ab improbus improbari.

Laudare se, vani: vituperare, stulti est.

Qui fauoris gloriam verè petit, Seneca.

Animo laudari magis, quam voce volet.

Laus vera humili sepè contingit viro.

Sperat quidem animus: quo eueniat dies in manus eius. Plautus

Credula vitam

Tibul.

Spes fouet.

Miserrimum est timere, cùm speres nihil. Seneca.

Inesperata sapientia accidunt, quam que speres.

Auxiliū petendū ab omnibus, etiam ab infimis,

*Nihil tam firmum cui periculum non sit, etiam
ab inualido.*

Inhumanum est male mereri de immerente.

Plautus *Certa amittimus, dum incerta petimus.
Nihil est, quod non assidua meditatio facillimè
reddat.*

*Cui plus licet, quam par est: plus vult, quam licet.
In extrema inopia constitatis, haud facile est e-
mergere.*

*Anini molles & etate fluxi, dolis haud diffi-
culty capiuntur.*

Claudia *Plus est seruasse repertum,
quam quasi decus.*

*No minor est virtus, quam querere, parta tueri.
Vbi intenderis ingenium, valet.*

*Hoc deterius habet Res publica, quod magis res
privata florent.*

Suum cuique pulchrum.

Rex suis Regiae placet.

Val.Fla. *Est amor & rerum cunctis tutela suarum.*

*Domi industria, foris iustum imperium: animus in
consulendo liber, neque delicto, neque libidine
obnoxius, illustres, & magnos fecere plerosq:.*

Necessere est facere sumptum, qui querit lucrum.

Plautus *Tum denique omnes nostra intelligimus bona,
quamque in potestate habuimus, ea amissimus.
Laudata virtus crescit & immensam gloria cal-
car habet.*

Nimia omnia.

Nimium exhibent negotium.

Plurimum facere, minimum de se ipso loqui, prudenterius est.

Quibusdam

Iuuenal.

Somnum rixa facit.

Cupienti etiam celeritas mira est.

Nunc nunc qui fœderarumpit.

Claudia
nus.

Ditatur: qui seruat, eget.

Multa promptius est cauillari, quam emulari.

*Nultus dolor est, quem non longinquitas temporis
minusat atque molliat.*

Cicero.

Dies adimit ægritudinem hominibus.

Antiqua nouis præfert inuidia.

*Concordia parue res crescunt, discordia maxima Sallust,
dilabuntur.*

*In irrecuperabilibus optimum est remedium
oblinio.*

Negat sibi ipsi, qui, quod fieri non potest petit. Seneca;

Qui timide rogat,

Docet negare.

Omnes res perinde sunt, ut agas, ut eas magnificas. Plautus

Ignosce illis multa, nihil prorsus tibi.

Ingenio stat sine morte decus.

Caudet patientia duris.

Quicquid facimus venit ex alto.

*Vulgus ingenio mobili seditionum est, atq; discor-
diosum, cupidum rerum nouarum, quieti & o-
tio aduersum.*

Propert.

Lucan°.

Seneca.

Virtus est, ubi occasio admonet, despicere.

Valerij Nulla calum reparabile gaza.

Flaccus Qui se habet, nihil perdidit.

Terent. Non rete accipitri tenditur, neque miluio.

Terent. In gerendis negotiis, sequenda temporum opportunitates.

Irritate necessitatis gravissimi sunt morsus.

Ouidius Nature sequitur semina quisque sua.

Nitimus in vetitum semper, cupimusq; negata.

Quod licet, ingratu est: quod nō licet, acris vrbs.
Illicita amari solent.

Nemo recusat ferre sortem, quam omnes patiuntur.

Plautus Dum vivit, hominem novoris: ubi mortuus est,
quiescas.

His nunc primum est, qui recta prava faciunt.

Nulli te facias nimis sodalem,

Caudebis minus, & minus dolebis.

Quod quisque patitur, id vero omnium gravissimum quisque putat.

Iuuen. Dociles imitandis,

Turpibus ac prauis omnes sumus.

Melius est in coruos, quam adulatores incidere: hi enim viuentes, illi mortuos exedunt.

Pena est vehemens, nocte dieq; suum gestare in pectore testem.

Sallust. Omne bellum sumitur facile, ceterum aegerrime definit.

Plautus Non laudandus est, qui plus credit, que audit,
quam qua videt.

Ius summum sapè summa malitia est.

Terent.

Neglecta solent incendia sumere vires.

Horat.

Non licet hominem esse sapè ita ut vult, si res non finit.

Terent.

Venienti occurendum est morbo.

*Lento gradu ad vindictā sui diuina procedit ira,
tarditatemq; supplicij granitate compensat.*

Quem sapè transit casus, aliquando inuenit.

Seneca.

*Omnis res laudantur atque appetuntur, ut earum
rerum usus est.*

*Carere debet omni vitio, qui in alterum paratus Cicero;
est dicere.*

Semper nocuit differre paratis.

Lucan.

Suus cuique mos genuinus est.

Prælle suum cuique est, nec voto vivitur uno.

Perfius.

Quot homines, tot sententiae.

Maxima pars hominum morbo iactatur eodem.

Horat.

Iniquè comparatum est, his qui minus habent,

Terent.

Ut semper aliquid addant diti oribus.

Viue tibi, tecumque habita, nec grandiatentes,

Effugit immodicas parvula puppis aquas.

AD LECTOREM.

Hoc, succincta licet, brevibusq; reposta, docebūt

Quā vitam formes, instituāsque tuam,

F I N I S.

P



SENENTIAE TERENTIANAE EX ANDRIA.

PROLOGO.

*Faciunt ne intelligendo. ut nihil intelligant.
Et quiescant porro moneo et desinant
Maledicere, malefacta ne noscant sua.*

Actu primo, Scena prima.



*D arbitror,
Adprime in vita utile esse, ne
ne quid nimis.
Hoc tempore,
Obsequium amicos veritas odium
parit.*

*Ingenium est
Omnium hominum à labore proclive ad libidine.
Si illum obiurges vita qui auxilium tulit,
Quid facias illi, qui dederit damnum, aut malum?
Mala mens, malus animus.*

Scena secunda.

*Omnes qui amant grauitate sibi dari rorore ferunt.
Dauus sum, non Oedipus.*

Scena tertia.

Seni verba dare, difficile est.

Scena quinta.

*Falsa, transacta omnia
Aliquid monstri alunt
Dum in dubio est animus, paulo momento hac,
illuc impellitur.*

Actu secundo, Scena prima.

*Quoniam id fieri quod vis non potest, velū id
quod possis,
Facile omnes cùm valemus, recta consilia agro-
nis damus.*

Scena quinta.

*Verum illud verbum est, vulgo quèd dici solet.
Omnes sibi melius malle esse, quam alteri.*

Actu tertio, Scena prima.

*Fidelem hand fermè mulier inuenias virum.
Ego in portu nauigo.*

Scena tertia.

Amantium ire, amoris redintegratio est.

Actu quarto, Scena prima.

*Hoccine credibile est, aut memorabile,
Tanta recordia innata cuiquam ut sit.
Vi malis gaudeat, atque ex incommodis.
Alterius sua comparet ut commoda?*

Scena secunda.

*Valeant qui inter nos dissidium volunt.
Non Apollinis magis verū, atq; hoc respōsum est.*

Scena quinta.

*Mirum vero, impudenter mulier si facit meretrix.
Fallacia alia aliam trudit.*

*Paulum interesse censes, ex animo omnia
ut fertur natura facias, an de industria?*

Scena sexta.

Sic ut quimus, quando ut volumus non licet.

Actu quinto, Scena prima.

Beneficium verbis initum, re comprobes.

Scena secunda.

Omnis res est iam in rado.

Scena tertia.

*Pro magno peccato, paululum supplicij satis est
pati.*

Scena quarta.

*Si mihi pergit quæ volt dicere: ea quæ non volt,
audiet.*

Nodum in scirpo queris.

Scena quinta.

*Ego vitam deorum propterea sempiternam esse
arbitror.*

Quæd voluptates eorum propriæ sunt.

Scena sexta.

*More hominum evenit, ut quod sim nactus mali,
Pri⁹ rescisceres tu, quā ego quod tibi evenit boni,
Somniat ea, quæ vigilans voluit.*

E X E V N V C H O

PROLOGO.

Nullum est iam dictū, quod nō dictum sit prius.

Actu primo, Scena prima.

Quæres in se neque cōsilium, neque modum
Habet ullum, eam cōsilio regere nō potes.

*In amore hac omnia insunt, vitia, iniuria,
Suspiciones, inimicitiae, induciae,
Bellum, pax rursum, incerta hac si tu postules
Ratione certa facere, nihilo plus agas,
Quam si des operam, ut cum ratione insanias.*

Scena secunda.

Accede ad ignem hunc iam calesces plus satis.

Actu secundo. Scena prima.

Eiicienda mollities animi. Stat sententia.

Adeon homines immutarier

Ex amore, ut non noscas eundem esse!

Scena secunda.

Dij immortales, homini homo quid prestat?

Stulto intelligens Quid interest?

*Omnia habeo, neque quicquam habeo, nihil cum
est, nihil deficit tamen. Tota erras via.*

Viden otium, & cibus quid faciat alienus?

Hic homines frigent.

Omnium rerum vicissitudo est.

Scena tertia.

Matres student (scilicet filias)

*Demissis humeris esse, vinclo pectore, ut graciles
sint.*

*Siqua est habitior paulo, pugilem esse aiunt,
deducunt cibum.*

*Tametsi bona est natura, reddut curatur iuceas.
Iste in me eudetur faba.*

Actu tertio, Scena prima.

Par pari referto.

vij

Scena secunda.

E flamma te petere cibum posse arbitror.

A&tu quarto, Scena quinta.

Sine Cerere & Libero friget Venus.

Scena sexta.

Tu quod cauere possis, stultum admittere est.

Scena septima.

*Con*silio omnia prius experiri, quam armis sa-
pientem decet.

Noui ingenium mulierum.

Nolunt, ubi velis, ubi nolis, cupiunt ultro.

A&tu quinto, Scena prima.

Ouem lupo commisisti.

Scena secunda.

Sepè

Ex malo principio, magna familiaritas

Conflata est.

Scena quarta.

Mihi puto palmarium (id est, *palma dignum*)

Me reperisse, quomodo adolescentulus

Meretricum ingenia, & mores posset noscere.

Mature, ut cum cognorit, perpetuo oderit.

Quae dum foris sunt, nihil videtur mundius,

Nec magis cōpositum quicquā, nec magis elegās:

Quae cum amatore suo cum cœnant, liguriunt.

Harum videre ingluviem, sordes, inopiam,

Quām inhonestæ sole sint domi, atq; auidæ cibi:

Quo pacto ex iure hesterna panē atrum vorent.

No se omnia hec, salus est adolescentulus.

Scena sexta.

Ex meo propinquuo rure hoc capio commodi:
Neq; agri, neq; vrbis odium me vñquā percipit.
Vbi satietas cœpit fieri, commuto locum.
Aliud ex alio malum.

Scena septima.

Egomet meo indicio miser, quasi forex, hodie pe-

Scena nona. (rii.

Satis diu hoc iam saxum vorso.

EX HEAVTON T I-
M O R V M E N O.

Actu primo, Scena prima.

Tantumne est ab re tua oti⁹ tibi,
Alien⁹ ut cures, eaque nihil que ad te at-
tinent?

Homo sum, humani à me nil alienum puto.

Scena secunda.

Bona (scilicet fortuna)

Perinde sunt, vt illius animus, qui ea possidet:
Qui vti scit, ei bona: illi q nō vtitur recte, mala.
Quem ferret si parentem non ferret suum?

Parentum iniurie

*Vnius modi sunt fermē, paulò qui eſt homo tole-
rabilis.*

Scortari crebrò nolunt, nolunt crebrò cōsuvarier.

*Prabent exigū sump̄tum, ex casuſunt tamen ad
virtutem omnia.*

*Vbi animus semel se cupiditate deuinxit mala,
Necessē eſt consilia consequi consimilia,*

v iij

Actu secundo. Scena prima.

Quām iniqui sunt patres in omnes adolescentes
iudices!

Qui aequum esse censent, nos iam à pueris illico
nasci senes.

Neque illarum affines esse rerum, quas fert Ado-
lescentia!

Ex sua libidine moderantur, quae nunc est, non
quae olim fuit.

Periculum ex aliis facito, tibi quod ex usu siet.

Ne ille haud scit quām mihi nunc surdo narrat
fabulam.

Scena secunda.

Pergin' istuc prius diiudicare, quām scis quid ve-
ri sit? Nostri mores mulierum:

Dum maluntur, dum comuntur, annus est.

Scena tertia.

O Iupiter, rbinam est fides?

Non fit sine periculo facinus magnum & me-
morabile.

In aurem utramuis otiosè vt dormies.

Tu es index, ne quid accusandus sis, vide.

Actu tertio, Scena tertia.

Senes est aequum senibus obsequi.

Vulgò audio adimere agritudinem hominibus di-
ci diem.

Deteriores omnes sumus licentia,

Itan' cōparatam esse hominū naturam omnium,
Alienam melius ut videant & iudicent,

Quā sua? An è fit, quia in re nostra, aut gaudia,
sumus præpediti nimio, aut ægritudine?

Scena secunda.

Aquila senectus.

Scena tertia.

Noui ego amantium animos, aduertunt grauiten,
qua non censeas.

Nemo est meorum amicorum hodie, apud

Quem exprimere omnia mea occulta audeam:

Nostrum est intelligere, ut cunq;, atque ubi cunq;
opus sit obsequi.

Actu quarto, Scena prima.

Quid cum illis agas, qui neque ius, neque bonū,
atque aquum sciant?

Melius, peius, proposit, obfit, nihil vident, nisi quod
lubet.

Quanto tuus est animus natu granior, tanto sit
ignoscencior.

Nō licet hominē esse sapientia ut rule, si res nō sit

Scena secunda. (nit.

In angustum mea coguntur copie.

Crucior bolum tantum mihi creptum tam subitè
è fauicibus.

Nihil tā difficile, quin querēdo uestigari possit.

Scena tertia.

Amici res est videnda, in tuto ut collocetur.

Quid si nunc cælum ruat.

Scena quarta.

Dicitum ac factum reddidi.

Eius summum, s^{ap}e summa malitia est.

Elius si licet, tibi non licet,

Omnis te in lauta, & benè aucta parte putant;
Scena sexta.

Nulla e^st tam facilis res, quin difficilis fiet,

Quam inuitus facias. Loquitur paucula.

A^{ctu} quinto, Scena prima.

Idem dictum e^st certies.

N^{on}nne id flagitium e^st, te aliis consilium dare,

Foris sapere, tibi non posse auxiliaris?

Mihi ad rastros res redit.

*Non auderet h^ac facere vidua mulierⁱ, qua in
me fecit.*

Scena secunda.

Vulg^o id faciunt. Disce quid sit vivere,

Matres omnes filiis

In peccato adiutrices auxilio, in paterna iniuria,

Solent esse. Adolescens quam maxima in

Spe situs erit, tam facillime

Boni patris pacem in leges conficiet suas.

Scena quinta.

Hec dum incipias grauia sunt.

Dumq; ignores, ubi cognoris, facilia.

A^{ctu} primo, Scena prima.

*V*ah quenquamne hominem in animo insti-
tuere, aut

Parare quod sit charius, quam ipse e^st sibi?

*Qui mentiri, aut fallere insuerit patrem, aut
Audebit, tanto magis audebit ceteros.*

*Pudore & liberalitate liberos
Retinere satius esse credo, quam metu.
Errat longè, mea quidem sententia,
Qui imperium credat grauius esse, aut stabilius
Vi quod sit, quā illud, quod amicitia adiungitur.
Malo coactus, qui suum officium facit,
Dum id rescitum iri credit, tantisper cauet:
Si sperat sore clām, rursum ad ingenium redit.*

*Ille, quem beneficio adiungas ex animo facit:
Studet par referre præsens, absensq; idem erit.*

*Hoc patrum est, potius consuefacere filium,
Sua sponte rectè facere, quam alieno metu.
Hoc pater ac dominus interest, hoc qui nequit
Fateatur se nescire imperare liberis.*

Scena secunda.

*Homine imperito nūquam quidquam iniustius,
Qui, nisi quod ipse fecit, nihil rectum putat.*

Actu secundo, Scena prima.

Accipiēda & musitanda iniuria adolescētiū est.

Scena secunda.

*Pecuniam in loco negligere maximum interdum
est lucr. m.*

Spem precio non emo.

Nunquam rem facies: nescis inescare homines.

Scena tertia.

*Abs quiuī homine, cū opus est, beneficium ac-
cipere gaudeas.*

Actu tertio, Scena secunda.

Più ore res loco nō potest esse, q̄ in quo nūc sita est.

Scena tertia.

*Istuc est sapere, non quod ante pedes modò est
Videre, sed etiam illa que futura sunt
Prospicere.*

Vt quisque suum vult esse, ita est.

Vt homo est, ita morem gerat.

Quid tu hic agas,

Vbi si quid bene præcipias, nemo obtemperat.

Scena quarta.

Quām estis maximè

Potentes dites, fortunati, nobiles:

Tam maximè vos a quo animo aqua noscere

Oportet, si vos voltis perhiberi probos.

Nimia licentia,

Profectò euadet in aliquod magnum malum.

Actu quarto, Scena prima.

Lupus infabula.

Scena tertia.

*Omnes quibus res sunt minus secundæ, magis sunt
nescio quomodo.*

Suspicioſi, ad contumeliā omnia accipiunt magis.

*Propter suam impotentiam se semper credunt ne-
gligi.*

Scena quinta.

Aduersum ne illum causam dicerem,

Cui veneram aduocatus?

Credebas dormientib; hæc tibi conjecturos Deos?

Scena septima.

Sic in vita est hominū, quasi cùm ludas tisserit.

*Si illud quod est maxime opus, iactu non cadit,
Illud, quod cecidit sorte, id arte ut corrigas.
Ipse si cupiat salus,
Seruare prorsus non potest.*

Auctu quinto. Scena tertia.

*Reprime iracundiam, atque ad te redi.
Vetus verbum hoc quidem est,
Communia esse amicorum inter se omnia.*

Hoc licet impunè facere huic illi non licet.

*Non quod dissimilis res sit, sed quod is quis facit.
Ad omnia alia, etate sapimus rectius,
Solum unum hoc vitium adfert senectus homi-
nibus.*

Attentiores sumus ad rem omnes, quam satis est.

Scena quarta.

*Nunquam ita quisquam bene subducta ratione
ad vitam fuit:*

*Quin res, etas, rursus semper aliquid ad portet nosi.
Aliquid moneat, ut illa quae te scire credas,*

Nescias:

Et quae tibi putaris prima, et experiendo repudias.

Re ipsa comperi,

Facilitate nihil homini esse melius, neque clemētia.

Scena octaua.

Vitium commune omnium est,

*Quod nimium ad rem in senecta attenti sumus,
hanc maculam decet nos*

Effugere.

Suo sibi hunc gladio ingulo,

Actu primo, Scena prima.

INiurium est vlcisci aduersarios,
Ac qua via capiant te illi, eadem ipsos cape.
Liberali esse ingenio deceet.

Actu secundo. Scena prima.

Proh deum atque hominū fidem, quod hoc genus
est? quæ coniuratio?

Vit omnes mulieres eadem aque studeant, nolintq;
omnia:

Neque declinatam quicquam ab aliarū ingenia
vllam reperias?

Vno animo omnes socrus oderunt nurus.

Viris esse aduersas aque studium est, similis per-
tinacia est.

In eodem omnes mihi videntur ludo docta ad
malitiam.

Actu secundo, scena tertia.

Aedepol ne nos mulieres sumus inique, aque om-
nes inuisæ viris

Propter paucas: quæ omnes faciunt digna ut vir-
deamur malo.

Actu tertio, scena prima..

Matri ferre iniurias pietas iubet.

Non maxumas, quæ maxima sunt interdūira,
iniurias

Faciunt.

Pueri inter se se q; pro lenibus noxis iras gerunt.

Quapropter? quia enim qui eos gubernat ani-

mus, infirmum gerunt.

*Mulieres sunt fermè ut pueri, leui sententia:
Fortasse vnum aliquid verbum inter eas iā con-
scinerit.*

Scena secunda.

*Qui amat cui odio ipsus est, bis facere stulte dico:
Laborē inanē ipsus capit, & illi molestiæ adfert.*

Scena tertia.

*Vt res dant fese, ita magni atq; humiles sumus.
O fortuna, vt nunquam perpetuò es bona!*

Scena quarta.

Non hercle verbis dici non potest.

*Tantum, quām re ipsa navigare incommodū est,
O fortunate, nescis quid mali
Praterieris, qui nunquam es ingressus mare,
Parenti potius quām amori obsequi oportet.*

Scena quinta.

Homo voluptati obsequens.

*Fuit dū vixit: & qui sic sunt, haud multūm ha-
redem adiuuant.*

Vide ne impulsus ira, prauè insistas.

*Cui paululum accessit pecunia,
Sublati animi adsunt.*

Actu quarto, Scena secunda.

*Tute rem incommodā, vt queque est, in animum
inducas pati.*

Scena tertia.

*Isthuc est sapere, qui ubiunque opus sit, & an-
num possis flectere.*

Scena quarta.

*Censem' te posse reperire villam mulierem,
Quæ carcat culpas an quia nō delinquent viri?
Vxor quid faciat, in manu non est mea.*

Actu quinto. Scena tertia.

*Tua quod nihil refert, percontari desinas.
Multæ ex quo fuerint commoda, eius incommoda
æquum est ferre.*

EX PHORMIONE.

Actu primo. Scena prima.

*Q*uam iniquè comparatum est, iij qui mi-
nus habent,
ut semper aliquid addant ditionibus

Scena secunda.

Ut nunc sunt mores, adeò res redit.

Si quis quid reddit, magna habenda est gratia.

*Cuius tu fidem in pecunia perspexeris,
Verere verba ei credere? Quæ inscitia est,
Duo sum stimulum calcess.*

Sciisti ut foro.

Nunquam æquè ac modò

*Paupertas mihi onus visum est, & miserum &
grauæ.*

Quod fors feret, feremus equo animo.

Scena tertia.

*Ita plerique ingenio sumus omnes, nostri nosmet
pœnitet.*

Scena quarta.

Laterem lauem.

Forteis

Forteis fortuna adiuuat.

Ego met me noui, & peccatum meum.

Actu secundo. Scena prima.

*Omnis, cùm secunda res sunt maximè, tū maxime,
Meditari secum oportet, quo pacto aduersam a-
ruminam ferant,*

*Pericla, dama, exilia: peregrè rediens semper co-
gitet aut filij peccatum, aut uxoris morte, aut
morbum filie.*

*Communia esse hæc: fieri posse, ut ne quid animo
sit nouum.*

*Quicquid præter spem eveniat, omne id deputar-
re esse in lucro.*

Ecce similia omnia, omnes congruunt,

*Vnum cognoris, oës nbris. (scilicet iudices) Quis
sapè propter inuidiam adimunt diuiti.*

Aut propter misericordiam adduxit pauperi.

*Seruum hominem causam orare leges non sumunt,
Neque testimonij dictio est.*

Scena secunda.

Vvereor ne istæ fortitudo in neruū erupat deniq.

Non rete Accipitri tenditur, neque Milvio,

Cœna dubia apponitur.

Prima coitio acerrima est:

Si eā sustinueris, post illa iā, ut lubet, ludas lices.

Scena tercia.

Actum ne agas. Quod est ferendum, feras.

Minue iram.

Scena quarta.

Quot homines, tot sententiae. Suis cuique mos est
Michi non videtur, quod sit factum legibus,
Rescindi posse.

Actu tertio. Scena secunda.

Cantilenam eandem canis.

O fortunatissime, cui quod amas, domi est.

Auribus teneo lupum.

Da locum melioribus.

Potior fit, qui prior ad dandum est.

Scena tertia.

Dictum sapientis est.

Querere in malo iubes crucem.

Noli metuere, vna tecum bona, malaque tolerabimus.

Solus est homo, amico amicus.

Actu quarto, Scena prima.

Senectus ipsa est morbus.

Scena secunda.

Ego meorum solus sum meus.

Pro uno duo sunt mihi dati.

Quid si animam debet?

Scena tertia.

Commodius esse opinor duplice spe viier.

Scena quarta.

Si quid velis,

Huic mandes, quod quidem recte curatum velis.

(Ironice dictum de eo, qui te ad scopulū e tranquillo inferat)

Quid minus utile fuerit, quam hoc uicu tagere.

Inne*rnum* potius ibit. Nihil est,
Quin male narrando possit depravarier.
 Gallina cecinit.

Scena quinta.

Mulier mulieri magis congruet.

Actu quinto, Scena prima.

Quād sāpē forte temerē.

Eueniunt que non audieas optare!

Scena secunda.

Nostrate culpa fatimus, ut malos expediat esse,
 Dū nimiū dici nos bonos studentus, & benignos.

Hic nunc prēmium est, qui recta prava faciunt.

In eodem luto hæsit as,

Vorsuram solues.

Præsens quod fuerat mālum in diem abiit.

Plage crescunt,

Nisi prospicis.

Scena tertia.

Vir viro quid præstat?

Scena octaua.

Viduam extrudi, turpe est.

In deliros senes.

Quid vos(malūm) me sic ludificamini:

Inepti vestra puerili sententia?

Nolo, volo: nolo, nolo rursum, cedo, cape.

Quod dictum, iudictum est, quod modo erat ratum, irritum est.

Scena nona.

Verba fiunt mortuo.

F I N I S.

Xij



APPENDIX

SENTENTIARVM EX

PROBATISSIMIS QVIBUS

būsque autoribus selectarum,

præcipue verò ex libris

Apophthegmatum.

D.Eras. Rot.

Deus,

ARBITRIO numinis res hominum sursum deorsumq; voluantur & revoluuntur.

Aqui facinus arduum concipit animo, prius à diis optare debet animum facinori parem.

Deorum, cùm sint optimi natura, proprium est benefacere omnibus, nocere nemini.

Deus unicus totius mundi monarcha, malis geniis ac impiis hominibus nonnumquam abutitur ad utilitatem ecclesie.

Deus omnium sapientissimus, sermonis est preciosissimi.

Deus impiorū precibus irritatur magis ad vindictam, quam ad opitulandum fletitur.

A Diis optanda potius meus bona, quam ea

que nihil conferunt ad hominis fælicitatem.

Absque prouidentia Dei nihil geritur in rebus mortalium, magisq; fidéum diuino fauori, quam humanis consiliis aut viribus.

Euentus rei in manu Dei est, & huic debetur gratia si quid fœliciter cesserit: sed interim vult nostram operam accedere.

Hominis est peccare, at Dei aut hominis Deo proximi, emendare peccata.

Ditis charior hominū est salus, quam muta tem- plorum ornamenta.

Dij q; quos velint possunt lēdere, nec à quo quā ladi vicissim, nō no cēt nisi improbi: hoīes hoībus ex aequo metuēdi sunt: proinde qui superbē minā- tur aliis, aut dij sibi videntur, aut nō cogitant id quod minantur aliis, in ipsis posse recidere.

Numen magis delectatur frugalitate, quam o- ptimis victimis.

Non eget Deus nostris impendiis: amat autem homines, quorum necessitati potest illis impendiis succurri.

Deum optimè nouit qd nobis bonū sit, quid non.

Homo.

Sic homines secūdis rebus effrenati, sibiq; pre- fidentes, tāquam in gyrum rationis ac doctri- ne duci oportet, ut perfecta rerum humanarum imbecillitate, varietatēq; fortuna, reddantur im- becilliōres.

Hominis est peccare, Dei verò cum hominiſ

X iij

Dea proximi, peccata emendare.

Prius debet esse homini, ut malo accepto medetur, quam ut regerat in alterum.

Ferè fit ut de leuioribus malis querantur homines, graviora dissimilant.

Aequum est, ut homo se suis ac propriis bonis metiatur potius, quam externis, quæ fortuna cum libet dat: cum visum est eripit.

Ciues mundi omnes sunt homines.

Nullum est animal cui tam varia vox sit, quam homo.

Non magna artis est hominē eò propellere, quò su apte natura est pronus.

Nemo magis est hostis homini, quam ipse sibi, dum libidinem, dum iram, dum ambitionem, varijsq; cupiditates adhibet in consilium.

Homo est, cui deest pecunia: homo non est, cui deest eruditio.

Homines sunt ad voluptatem prouiores, quam ad virtutem.

Homo nulla re melius cognoscitur, quam oratione.

Homo expers philosophie, ad omnem vitæ suæ elionem est inutilis.

Mundus hic fanum est Deo dignus, in quo constitutus homo, semper honestè velut in conspectu numinis omnia cernentis versari debet.

Animus.

Habet hominis mens in alto illo silentio, corporis sensibus iam feriatis, aliquid divini-

tatis, si se intenderit ad rerum sublimiorem spe-
culationem.

*Hominis animus est corpori seu carceri inelat-
sus, quod quod reddas habitius hoc magis grau-
tur animi vis.*

*Animus in profunda tranquillitate constitutus
veros affectus prodit. Contraria, que vigilantes non
audent profari aut agere, ea nocte occurruunt in
sommis.*

Miserior est aegritas animi, quam corporis.

*Corporis vigore adimit aetas: animi vis ad ex-
tremam usque durat etatem.*

*Quod animo insculptum est, nisi cum vita eri-
pi non potest.*

*Animus habet quo se delectet, etiam occlusis
sensibus.*

*Ut ornameta ingenii longe pulchriora sunt ex-
terna nobilitatis insignibus: ita animus natura
multo praestantior est corpore.*

*Mensis integritate, corporis etiam habitum &
cultum oportet congruere.*

Animorum morbi sunt cupiditates.

Animi domicilium est corpus.

*In eruditis ac sobriis vis animi non elanguefecit,
sed viget potius, augeturque ex exercitatione.*

*Animus in corpore veluti praesidio collocatus
est: non unquam tamen corpori plurima ab ani-
mo veniunt mala.*

Animo egrotanii medicus est oratio.

*Non rectè amat vxorem, qui corpus amat p-
tius quàm animum.*

*Animi robur & vis naturæ, magno usui pos-
sunt esse R epublicæ.*

*Animus nec inepto pudori, nec superstitioni
est obnoxius.*

Bona animi.

IN animi bona nullum ius habet fortuna.

ITUM externa bona reddemus nobis stabili-
ta, si quædam se posuerimus, nec fortunæ volu-
bili commiserimus.

Frustra parat opes, q veris animi bonis vacat.

*Sola animi bona non sunt violentie obnoxia,
nec possunt à fortuna eripi.*

Virtus.

VIRTUS abundè sui est præmiū, quicunque ser-
uatur eventus.

*Lacedemonij quoniā sceleriores erant, & mori-
bus incorruptioribus, belliq; gloriā potissimum
spectabant, contemnebant omnes artes qua ciuit
animos videbantur emasculare, & à vera virtute
ad ociosam ostentationem traducere.*

*Non resert quo quid apparatu fiat, sed quātum
efficiatur: si quidē hoc speciosior victoris gloria,
quo minus habet præsidij præter virtutem.*

*Sæpè fit, ut hominis virtus magistrati per se
contemptu & humili dignitatem conciliet.*

*In conciliandis matrionis magis est spectan-
da virtus, quàm census.*

4

5

Præmis animi iuuenu ad virtutem accenduntur: que si detrahias, ipsa virtus elanguecit.

Virtutis caput est caruisse vitiis.

*Qui virtute prædicti sunt, iidē sunt & nobiles,
Imbecillitas corporis frequenter impedit virtutis usum.*

Arctiora sunt vincula virtutis quam sanguinis: & omnis bonus bono proximè cognatus est ob animorum similitudinem.

Egregia res est iam inde à teneris virtuti asfuerescere.

Non infimum erga Remp. est meritum, si non solùm te præstiteris egregium virum, sed aliquem tibi similem gignas, educesque patriæ.

Qui nihil aliud habet quam maiorū imagines, opinione nobilis est verius ē re: At qui virtute præditus est, unde manat illa vulgaris nobilitas, germanam ac nativam habet nobilitatem.

Egregiorum meritorū conscientia magnam homini fidem præstat.

Virtus pulcherrimū genus est nobilitatis, quam sibi quisque propriis virtutibus conciliat.

Qui vera virtute prædictus est, nihil spectat, nisi ut prospicit Reipub.

Præmis invitatur virtus: at ignauī ignominia excitantur.

Non solùm honos artes alit, verū & virtutem,

Laudibus humanis virtus non egret, dicit enim

fecum laudem suam & decus.

*Studium virtutis hoc magis intendendum est,
quò minus supereft vita.*

*Voluptates non aliter quām Sirenas ei præter-
mittendas esse, qui properat ut virtutem veluti
patriam conspiciat.*

Virtus usu magis discitur, quām lectione.

*Virtus libris expressa, quodammodo picta vir-
tus est.*

*Ille infœli cissimè egenus est, qui nulla virtute
præditus est.*

*Nihil sapientia pulchrius, nihil virtute ama-
bilius.*

*Pucūdare est virtus eam exercentibus, unde mirū
est quosdā ad id mercede velle cōduci, ut bene ri-
uant, cū ipsa virtus abūdē magnū sua sit præmī.*

*Vera virtus nihil moratur hominum laudes, eas
qui prædicat, plus debent iis, quos laudant, quām
ipsis qui laudantur.*

Nō vere sunt probi, qui nō improbos detestātur.

Pulchrius est bene faciēdo, q̄ potentia vincere.

*Vir bonus undequaque venatur stimulos ad
virtutem.*

Veritas.

6

*Veritas in dicendo maximè probanda est,
et is optimè dicit, cuius oratio congruit re-
bus, ex quibus petenda est orationis qualitas po-
tius, quām ex artificio.*

*Veritas multis verbis non eget: et rectius me-
minimus que paucis verbis comprehensa sunt.*

Philosophia.

7

Quis experimentus addiscunt administrare
regnū, licet ingenio fælicissimo nati sint,
tamen & sero, & magno Reip. malo tādem eu-
dunt boni reges. At qui philosophia & præmunitus
præceptis accedit, si ad sit mens integra, via poter-
rit ab honesto deflectere.

Nemus philosophia expers est idoneus regno.

Lapidis est non sentire discrimen inter laudan-
tem & vituperantem: sed philosophi. est non ita
commoueri, ut ab honesto recedat.

Vulgatum est, neque solem, neque aquam, neque
ignem magis utilē esse hominibus, quam amicos.
Sed ingenū philosophici est, quēadmodum peritū
medici ex bestiis ac serpētibus noxiis vitalia qua-
dam remedia colligūt, ita ex inimicorum odio de-
cerpere aliquid, quod vertat in suum bonum.

Delicati pueri ad philosophiam nō sunt idonei.

Turpisimum est philosopho secus dacere quam
viuit.

Is vere liber est, quem philosophia liberū facit.

Philosophum ut vestis negligenter, ita & oratio
decet in affectata.

Philosophia res est usque adeò difficultis, ut eā
vel simulare, magna sit pars philosophie.

Natura dat viuere, philosophia dat rectè viuere
Illa ad virtutem dociles, non doctos gignit.

Proprium est philosophi mederi virtus hominū.
Liberales disciplina velut pedisse que sunt mors

lis philosophia, quæ cum primis habenda est, & cuius gratia discuntur omnia.

Philosophi libertas est molestia omnibus.

Quod ars medica præstat corpori, hoc philosophia præstat animo.

Nō est idoneus philosophiae discipulus, qui studium pudorem non posset contemnere.

Sola philosophia præstat vitâ veram, tranquillam ac suauem.

Solus philosophus viros vincit.

Præstatius est quod præstat philosophus, quam quod orator.

*Munus oratoris inferius est, quam ut philoso-
pho conueniat.*

*Sponte morte adsciscere, posteaquam desit esse
vñsi ad vitam humanam, est veri philosophi.*

Quemadmodū equus indomitus ad omnē modum in cōmodus est, ob inscītiā ac ferociā: ita qui rapitur affectibus, quos sola domat philosophia, ad omnem vītē consuetudinem inutilis est.

*Vulgaris legum scriptis arcetur à peccando, phi-
losophus rationē habet pro legibus, nō ideo quod
rectum est faciens, quæ lex iussit, nec à scelere tē-
perans, quia lex retuit: sed quia nouit illud perse-
rectum esse, hoc per se turpe.*

Probitas.

8

*A pud bonos in bona causa supernatura est cō-
mendatio, quum ipsa res impetraret quod pre-
sibus exoratur.*

Probus vir ob loci infamiam non fit deterior: imò ex dignitate hominis honor loco additur: nec solus magistratus ostendit virum sed vir ostendit magistratum.

Bonorum probrum est, virum probum egere necessariis.

Probis viris & iniuratis est habenda fides: leibus ne iuratis quidem.

No n̄ v̄rē sunt probi, q̄ n̄ improbos detestantur.

Immodicabonitas sapè contemptum parit.

Etiam improbis in necessitate succurrit vir bonus: debetur enim hoc officium, si n̄ meritis illius qui iuuatur, certè natura.

Prudentia.

9

*P*rudentis est pro re nata nouare consilia: at sine causa subinde alium fieri, inconstantia vitium est.

Prudentia vrbes bene gubernat, ac domat: nec cantilenis, nec modis regitur probe.

Mederi malevolis potius quam vleisci, prudenter est & ciuitas.

In bello plus babet momenti unus verè prudente & cordatus, quam turba imprudentium: sic enim sapè & cordati viri autores sine victoria, solique fortes habeduntur.

Vnus vir cordatus potest hæc totum præstare, quod R. ip. interest.

Est ubi loquendū sit severius, est ubi blandius, est ubi magnificenter est ubi submissius, est ubi

*iucundius, est ubi durius: id si fiat etra perfidiam
prudentia est.*

*Prudentis non est ob fortune successum intume-
scere, quum ipse sit nihilo maior.*

*In bello plus habet momenti prudentia solertia-
que, quam vires consilij expertes.*

*Prudentis est naturae sua morbum agnoscere, &
vitio materiam prariperes.*

*Regnum quod beneficis & benevolentia tene-
tur, perpetuum est: quod vero ni metuque, non est
diutinum.*

*Parentum est objurgare liberos, sed intra dome-
sticos parietes: nec ea comititia sunt eliminanda.*

*Solertia ac prudentia in consiliis plus habent
momenti in imperatore, quam vires in prælio.*

*Est prudentia infida diffidere, donec periculum
feceris.*

*Fatissimus est murus prudentia; neque enim
collabitur nec proditur.*

*Oculi præludent toti corpori, nec illa est virtus
absque prudentia.*

*Ubi plus est periculi, ibi maior adhibenda est
cautio.*

*Hæc est præcipua pars boni consilioris, dispi-
ceré non solum quid per se optimum sit, sed quid
pro temporum ratione possit obtineri.*

Fortitudo.

*A pud Lacedemonios admirabilis erat mala-
rum tolerantia, que si suscipitur ob res ha-*

nestas, magnam promeretur laudem: si non ob turpes, non solum non meretur fortitudinis laudem qui tolerat, sed hoc miserior est ac vir peior, quo constantius se gesserit.

Non perinde refert quam numerosum militem educas in pratum, ut quam fortem & exercitatum.

Maiestas dignitasque regia non vestrum splendore, sed prudentia ac fortitudine paranda est.

Non a militum numero pendet victoria, sed a fortitudine reique gerenda celeritate.

Magis refert quam fortes viros habeat ciuitas, quam quam multos.

Viris fortibus non opus est maenibus.

Ciuitas non eget maenibus, que iuuentutem alit bellis idoneam.

Insignis est tolerantia, qua ex hoste capitali reddit amicum ac propugnatorem.

Non perinde refert ubi configas cum hoste, ut quam strenue se gerat dux aut miles in bello.

Fortius est diutinam seruitutem quamvis duram preferre, quam morte finire dolores: multoq; sancti est, quod docet Socrates, non esse fas animam de corporis presidio decedere iniussu imperatoris.

Clypeus tuetur, sed gladius fortitudinis organum est.

Extrema ignavia est, tum non prestare fortem animum, cum audacia spem prebet incolumentatu: timiditas autem nihil aliud quam certum promittit exitium.

Bona est timiditas, quæ deterret à turpibus, & reddit hominem circumspectum.

Illi fortis non sunt, qui quouis modo vitam contemnunt: sed qui tanti faciunt virtutem, ut huic gratia vitam alioqui charam negligant.

Excellentium virorum est, negligere contumeliam, quæ à palam improbis proficiuntur, à quibus etiam laudari turpe.

Aliquid concedendum est viris fortibus, & de Repub. benè meritis: & benè pensat lingue ritu, qui factis egregius est.

Civitas pro faxis ac mænibus, incolentium virtute munienda est, quos si iungat concordia, nullus potest esse murus inexpugnabilior.

Vulnus gladio factum fortitudinem arguit, at telo factum catapultæ indiligentia signum est.

Nihil prouert munita, nisi vir fortis ea tueratur.

Pulcherrimum est inimicum suis ipsius armis opprimere.

Inertia genus est de fortitudine philosophorum more disputare, sed protinus factis exercenda virtus, quæ paucis dogmatibus tradi potest.

Fortium virorum est male facere illis qui malo dignisunt, non autem male dicere.

Aduerfis fortunæ prætermissa ræxur sapientem animus impavidus.

Animus impavidus naturæ pro lege sequitur, cui si repugnat lex, eam contemnit.

Animus

Animus impavidus cupiditatum tumultus ratione compescit.

Non est fortitudinis sed amentia, semet in vita discrimen coniicere.

Excelsi animi est, ingratitudine non deterreri à studio bene merendi de omnibus.

Honesta mors est, oppetere pro amicis liberādis.

Frequenter desperatio magnū robur addit animo, non minus quam spes victoria.

Prius esse debet homini, ut malo accepto medeatur, quam ut regerat in alterum.

Temeritatis est nō fortitudinis, subire periculū, ni ob causam grauem & honestam fiat.

Animi fortis est mortem contemnere, quoties aut ineuitabilis necessitas urget, aut causa grauis & honesta suadet.

Egregium imperterriti pectoris est documentū, in causa honesta piaque, nec certam mortem perhorrescere.

Fœlicitas.

11

Nemo appellādus beatus, nisi ad supremum vita diem peruenierit.

Tota hominis fœlicitas animi bonis metienda.

Fœlicitas honesto metienda.

Post hanc vitā fœlices erunt, qui hic pie iusteque rixerint, non qui fictis ceremoniis fuerit initiatus.

Quidam ex contemplatione aliena fœlicitatis suam exasperant calamitatem.

Qui fœliciter absoluat vitam, huic nihil sinistri

T

potest accidere, quod fœlicitatē agritudine aliqua contaminet. At quibus res sunt secundæ, iñ nihil magis optant quam diuturnam vitam.

Nihil est ad veram fœlicitatē efficacius, quam virtutē propter se amare, vitiū propter se odisse.

Precipua regū fœlicitas est, quod nulli servient. Infœlix est fœlicitas que hominē reddit insolētiorem, eiq; non plausum meretur, sed lachrymas.

Iustitia.

12.

Cum iustitiam oporteat esse clementia temperata, quoties nacta est gravem interpolatorem, & minus habet inuidie, qui plus impetrat gratia.

Fortitudinis nullus usus est, nisi ad sit iustitia.

Quid vero fortitudine fuerit opus, si iustitia suum cuique yltron reddens adsuerit?

Nihil ri preter equum faciendum est.

Iustitia & equitas maxime reddunt diuturnū imperium.

Nemo potest esse iustitia tenax, qui suprà quā satis est congerendi studia tenetur.

Iure agere volentibus, non est opus armis.

Pro iniustis orare, fortassis humanitatis est: at exorari, est à iustitia deflectentis.

Qui magnis in rebus se iusticie cultore haberi velit, euni in paruis interdum illā violare oportet.

Gloria.

13

Declarum est non aliud virtutis præmium ambire quam gloriam, nec pacem hosti rebus.

dere milite fraudato.

Fucis parta gloria, ut non est vera gloria, ita
nec diuturna est.

Gloria studium, amorem excutit voluptatum.

Gloria vita anteponenda.

Honestius est vitam cum laude impendere pa-
tria, quam cum dedecore pœna.

Generosa mentis est, laudis potius honore teneri
quam pecunia.

Ingenui pudore & laudis amore melius ducuntur
ad honestam.

Laus premium est recte factorum, & ea demissio
opitulans gratia est, quæ ad fertur in ipso discrimi-
nis articulo.

Patriæ potius nascimur, quam gloria.

Non ridendum an gloria satis, sed an patriæ sa-
cis vixerimus.

Viri forteis gloria, virtutis premio, cotidiane.

Parum illustris est, qui præter imagines & co-
gnomen nihil habet vera nobilitatis.

Excelli animi est, quum præclara gesseris, glo-
riam contemnere.

Et umbra corpus sequitur, sic virtutem gloria.

Primam oportet esse curam factorum: gloria
namque ultro consequitur.

Eximiam virtutem spōte suum consequitur de-
cus. Neculla speciosior statua, quam honorificat
benè acta vita memoria.

Præclarum facinus gestum, monumentum eis

T ij

eius qui gesſit.

Quisquis laudat viētum, vītoris gloriā illu-
ſtrat.

Egregiorum meritorum conscientia, magnam
homini p̄aſtā fidem.

Mansuetudo & comitas.

14

Mansuetudinem cum iustitia oportet esse
coniunctam in principe.

*E*st quidem pr̄cipua virtus in principe comi-
tas & mansuetudo, verū ob malum ingenium
hac ita temperanda est, vt principi sua constet
autoritas.

Principis in facinorosos lenitas, quid aliud est
quām in bonos crudelitas?

Erga improbos mansuetudo nimia, iutilis est
clementia.

Barbaricæ feritatis est in prostratos sequire.

Ita temperāda est clemētia, ne nobis sit exitio.

In colloquiis adhibenda est sermonis comitas.

Comitatus est benignè polliceri, sed quoniam o-
mnibus opera p̄aſtari non potest, eligendi sunt
quibus illam impertias.

Potentia, clemētia comitateq; fit diurna, fe-
rocia bronis.

Non verè vīctor est, qui iracundia vindictam
flagitanti frānum nescit imponere.

Benevolentiam maximè conciliat benignitas.

Ira contentioq; melius soluitur blandis verbis,
& benignitate, quām repugnando.

Sobrietas.

15

Bono stomacho satis est obsonium esse coctū,
etiam si nihil accedat delitiarum.

Non est dignus nomine Romano, qui plus appo-
sit, quam quod ad vultum frugalem satis est.

Immodicē bibere, quovis loco turpe est.

Sobrietas, salubrīū consiliorum est parens: neq;
enim vinōsi ad consultandum sunt idonei.

Facillimē viuit, qui paucissimis contentus est,

Fames & sitis optimē condit omnia.

Qui paucis ac necessariis contentus est, sibi fa-
cit vilem annonam.

Expeditissima est ratio augendi censu, detra-
here sumptibus.

Tinue prandium optimē condit cēnam.

Optimum condimentum est famēs.

Ebriis omnia in gyrum versari videntur.

Studium ac vultus parsimonia pallorem conci-
lliant homini.

Sobrietas in primis decet principēm.

Vultus moderandus est non ex rerum copia, sed
ex usu ac necessitate naturæ.

Lacedemoniis nulla non in re placebat simili-
tas atque frugalitas.

Nihil similius est insano quam ebrius.

Verecundia.

16

Pudor ut multis ad honestas actiones obstat,
ita nonnunquam improba mentis homines à
turpibus renocat.

T ij

Pudor virtutis tinctura.

Probris viris ubique placet verecundia.

*Honestas formidolositas est, qua à turpis deo
terret.*

Rubor probam indolem arguit, pallor non item.

*Inutilis est verecundia, quæ obstat quominus
negemus obsequium ad inhonestas vocanti.*

*Pudor tenera etatē optimè deterret à peccādo:
qui nusquam nō adest, si quis revereatur seipsum.*

*Bonorum probrum est, virum probum egere ne-
cessariis.*

Pudicitia.

17

*Prima laus pudicitiae matronalis est, nulli no-
tam esse, prater quam suo viro cū quo cubat.*

*Sat dotata venit puella, quæ pudicitiam, & ho-
nestos mores secum ad fert.*

*Virgines nullo cultu melius ornantur, quam
simpli.*

Obedientia.

18

*Imperare & parere imperio, ars omnium pul-
cherrima quæ duas res à ciuibus excludunt se-
ditiones, & tuentur concordiam.*

*Non sunt gerendo magistratui idonei, qui legi-
bus ac magistratibus nesciunt obsequi.*

*Parere dicitur, qui quod didicit optimum esse
factu, facit.*

Moderatio & mediocritas.

19

*Ecce eum qui multa possidet, non pro libi-
dine, sed pro ratione vivere.*

*Pernitiosas sunt diuitiae, nō ad sit animus diuitias
superior, qui possit earum usum non ex copia, sed
ex necessitate moderari.*

*Admirabilis Leonidae moderatio fuit, qui vari
et tristia nuntianti non tantum non succensuit,
ut principum vulgus solet, sed et vita et fama
eius consultam voluit.*

*Hic temperantia adhibenda est, ut princeps
nec amicos alienet tyrannica saevitia, nec patiatur
illos regia familiaritate abuti, ad quidvis auden
dum prater ius aduersus plebeios, qui nimium
irritati sèpè reges suos excusserunt.*

*Satis vindicta est, quod licet quā libet ulcisci,
quā illis nihil aliud reliquā sit quam male loqui.*

*Moderata vite cura calcar addit ad fortiter
agendum, et immodicus mortis paucor ab egre
gys factis deterret.*

*Quā moderata sunt, in longum tempus durat,
et hoc ipso meliora sunt.*

*Non est tutum eos maledicēs irritare, quibus
in manu est quam velint re ipsa ledere.*

*Hoc non solum moderationis et clementiae, ve
rumentiam eximiae cuiusdam magnanimitatis est
documentum, ingratorum sibilos regē negligere.*

*Nihil aure tyranni violentius: apud bonos etiā
principes admonendi libertas verbis placidis est
temperanda.*

*Calor etatis vix finit iuuenes seruare modum.
Mediocritas in omni re est optima.*

Quod excedit modū, tamē si vitiosum est, tamē ad exercitandū aliorū fōcordiam conducibile est.
Tutissimum ēst mediocribus ac parabilibus delectari.

Innocentia.

20

Non miseri sunt, quibus prāter meritum, inculpiq; innocētia, accedit aliquā calamitas: sed q̄ vere deplorādi, qui sua spōte discesserūt ab honesto, etiam si nulla sequatur calamitas.
Certus innocētia signum ēst, ita regē gerere, ut nemo velit accusare, quām si postularis, elaboris ē iudicio. Elabuntur interdum & innocentētes. At qui absolvitur, licet pœnam effugiat, cicatricem tamen criminis circumfert.

Innocentem punire scelus ēst: culpam interdum condonare in gratiam honesti deprecatoris, humanitas ēst.

Expedit ad bonos mores, ut in iudiciis succumbat prauitas, vincat innocentia.

Aequalitas.

21

Aequalitas, pacis & trāquillitatis est altrix, inaequalitas vere seditionis seminarium.

Aequalitas & ad frugalitatem, & ad concordiam in primis conductit.

Aequalitas occasionem murmuris excludit.

Malus cuius ille est, cui nō satis est id, quod eā teris satis est.

Inter quos est equalitas, & ex equalitate concordia, q̄ tutores sunt ab hostiis incursis.

AMICITIA, est animorum coniunctio, quos non
dirimit locus.

Non est aliquid amicis quibus fidimus cōmit-
tendum, quod si effutant, pariat nobis infamiam.

Hōstes in hoc utiliores nobis sunt quam ami-
ci, ut errata nostra cognoscamus, & cognita
corrigamus.

In solēter rebus prosperis amici destituit.

Aliquousque amicus gratificandum est, sed cō-
tra violationem religionis.

Quemadmodū non quænis domus omnibus ita
spectandum est, cui in qua causa gratificemur.

Nimia amicitia causam aliquando dat odio.

Nulla possessio melior est, quam amicitia.

Similitatem oportet morte finiri, amicitiam
non item.

Amici admonendi non modò manifeste, sed
cum quadam acrimonie.

Amicitia non reperta est ad reprobationem,
sed ad iucunditatem.

Non utilitatis causa amicitia expetenda est.

Qui commodi gratia sunt amici, sublata com-
modi spe deserunt amicitiam,

Non recte amat uxorem, qui corpus amat pe-
tius quam animum.

Sic amatq[ue] viris oscuris, & sic oderis tan-
quam amatq[ue] viris.

Amici minari, parum est humanum;

346 APPENDIX SENTENT.

Rebus prosperis aduolant quilibet etiam minus amici: qui verè adsunt restante fortuna, hì verè sunt amici.

Ruerentia comes est amor, metus odium.
Vt illis statuas faciendas cōmittimus, à quibus videmus aliquot statuas elegāter factas: ita non sunt in amicitiā admittendi, nisi quos cognoverimus erga alios præstitisse fidos & utiles amicos.
Maior vtilitas est à fidis amicis, quàm à rafis: & plus damni est, nisi deligas.

Non fucanda facies, sed animus honestis studiis exornandus est: hæc enim forma veros conciliat ac perpetuos amicos.

Nullum est grauius testimonium, quàm iniici de inimico.

Amici plerūque obstant, ne liceat ubiq; reatum clauum tenere.

*Amicos secundæ res parant, aduersæ probant.
Instabiles quorundam sunt amicitie, qui consequi quod volunt, negligunt amicum, idem dum sperant obseruiunt.*

Amicus ab amico quod est iniustum non debet petere.

*In amico fido diffidere, prudentie est.
De amico humanius est bene sperare, quâns diminare peiora.*

In rebus afflictis posissimum fidis amicis retendum est, qui vel reopitulentur, vel consolando molestiam mitigent.

*Non satis est si comites nos prebeamus amicū,
sed comitati comes est adiungenda benignitas.*

*Inconstantes & perfidi amici sunt, qui amici-
tiam commode metiūtur, cuius spe adempta pro-
tinus ab amicitia recedunt.*

*Reuerentia cum amore coniuncta est. Metui-
mus autem illos maximè quos odimus. Hac pue-
ro maximè debetur.*

*Quisquis docet, admonet, instituitq; ad virtutē
adolescentes, utiq; amat: atq; is demum verus est
amor. Nam qui vulgo dicuntur amare suum, re-
nuntur commodum, cum incommodo adamati.*

*Vulgatum est neque solem, neque aquā, neque
ignem magis utile esse hominibus, quam amicos.
Sed ingenij philosophici est, quemadmodū periti
medici ex bestiis ac serpētib; as noxiis utilia que-
dam remedia colligunt, ita ex inimicorum odio
decerpere aliquid quod vertat in suum bonum.*

*Crauissimè ladunt amici, qui expiscantur ar-
cana*

*Arctiora sunt virtutis vincula quam sanguis : &
omnis bonus bono proxime cognatus est
ob animorum similitudinem.*

Amicitia facit omnia communia.

*Non est bonus amor aut sincerus, nisi quem
conciliat virtus.*

Is verè & constanter amat, qui iudicio amat.

*Illi ex animo sunt amici, qui principem magis
amant quam timent.*

Consilium.

23

IN cōsultationibus non solum quid sit pulcher-
rimum spectandum est, sed quid fieri possit.

Inconsulta consilia non unquam fœliciter cedunt.

Consultius est se non cōmittere periculo, quam
dare operā ut ingressus periculū temet expediās.

Non præcipitanda sunt consilia, sed moribus
senilibus videntur.

Non semper tutum est regibus optimum dare
consilium.

Omnes agrotis damus recta consilia: sibi verò
pauci consulunt.

Ad bene cōsulendum non refert quam sis vo-
calis, sed quam opportuna suadeas.

In bello plus habet momenti prudentia soler-
tiaque, quam vires consiliū expertes.

Eloquentia.

24

VIT fabula non unquam exploditur vitio
histrionis, ita sèpè melior causa vincitur à
peiore patroni infantia stultitudine.

In teste spectatur fides, in patrone eloquentia.

Actoris voce opus est qua vincat multitudinis
fragorē: orator talis esse debet ut populus ipsum
vtrò tacitus & attenuatus auscultet.

Ars.

25

ARS omnis à naturali simplicitate recedit,
ita dolo affinis est.

Quæ per se tristia sūt, ea decet arte exhilarare.

Prorsus contemnendū est, imperita multitudo

nisi iudicium, quum artis abunde magnum præsum sit ipsa conscientia.

Quam quisq; nouit artē, eam canat licet, principū est ignominia non artis, si caret suis premijs.

Ex minimo vestigio, artifex cognoscit artificē.

*Citō nata, citō pereūt: diu elaborata, ferūt etatē
Consultum est vnumquemque in ea se arte ex-
ercere in qua valet plurimum,*

*Quae naturā deformatiā sunt, plus habent & ar-
tis & voluptatis i[n]tabula.*

*Illud poti⁹ artis est, quae magna sunt ita tractan-
re, ut auditori quoq; magna videātur. & contra.*

*Nemo rectē de artificio potest iudicare, nisi
artifex.*

Ex nimio artificio nascitur artifex

*Artes bona vbiq[ue] sunt in pretio, nec possunt
& fortuna eripi.*

Oratio.

26

*V*T in numero non spectatur elegancia scul-
ptura, sed pondus ac materia: Ita non refert
quam sit elegans oratio, sed q[uod] grauis & utilis.

*Loquentis orationem commendat forma, rur-
susq; oratio composita gratiam addit formæ.*

Animo agrotanti medicus est oratio.

Autoritas.

27

*M*Agno obviōque lucro autoritas est ante-
ponenda.

*Primum autoritas ac fama tardē paulatim-
que nec sine negocio paratur: at quī tā innotuit,*

facile, magnam assequitur laudem.

Beneficium.

28

Beneficij accepti meminisse, dati oblinisci
oportet.

Ingratitudo erga bene meritum, nec morte ploranda.

Beneficij memoria brevissima, at iniuria solet esse tenacissima.

Benefacta benefactis addenda sunt: ne si desnamus benefacere, obsolescat priorum benefactorum memoria.

Sene^ctus.

29

Senibus ita viuendum est, ut adolescentibus exhibeant rectè viuendi formam.

Peculiaris querela est senibus de rebus in determinius prolapsis.

Sene^ctus multis nominibus vulgo male audit.

Non præcipitanda sunt consilia, sed moribus videntur senilibus.

Optimum est viaticum ad sene^ctutem eruditio.

Magna pars incommodeorū, ob que vulgo male audit sene^ctus, ab intēperantia vita proficiuntur.

Iuuentus.

30

AEtatem teneram optimè deterret à peccando pudor: qui nusquam non adest, si quis reveratur seipsum.

Iuuenili etati remedium adhibendum est pro suppicio.

Quemadmodum tinctores eum potissimum colo-

rem inducunt, quo vident homines maximè dele-
ctari: ita iuuētus ad ea studia potissimum incum-
bit, quibus populus defert honores.

Iuuētus corrumpitur, si permittatur otio luxus
ac malorum omnium magistri.

Magna res est, iā inde à teneris virtuti affuefcere.

Quæ profund iuuēti, nocent seni, & contra qua
iuanit cœlo tepido, ledunt frigido.

Si adolescentes male morati evadant, id prima
etatis formatoribus potissimum imputandum est.

Sapiens.

31

Sapiens non nisi cùm re postulat, pluribus ver-
bis quam opus sit vitetur.

Fallit tragœdia tractas argumenta cōficta, sed
adeò scitè ut vera credatur iustior autē ille video-
tur q̄ fallēdo prodest: & sapientior est q̄ per fictas
fabulas dicit quid sit turpe, quid sit honestum.

Vir eruditus ac sapientia præditus non perit,
nisi graui Reipub, dispendio.

Pro varietate occasionū vir probus & sapiens
se penumero cogiturnutare consilium, quum scri-
ptura nūquā mutetur.

Sapiens, ratus est optimus.

Nulla mœnia tam sunt munita, quin machinis
aut suffosionib⁹, aut, ut nihil horū, proditione ca-
piatur: at sapientis decreta sunt inexpugnabilia.

Sapienti nihil peregrinum esse debet, nisi quod
cum virtuo sit coniunctum.

Silētio stulticiā tegere, est pars aliqua sapientie.

Sapiens secum in pectore circunfert, quo se commendet quibuslibet.

In sapientis est dolere amissis potius, quam gaudere relictis.

Memoria.

32

Non expetenda est honorifica memoria, nisi recte factis promerita est.

Tantum scimus, quantum memoria tenemus.

Facile memoriam que volumus, at non licet obliuisci que volumus.

Tenacissima est iniuria memoria, at beneficium brevissima.

Veritas multis verbis non egit: et rectius memoriam que paucis verbis comprehensa sunt.

Memoria hominum est adeo labilis, ut aequaliter reperias duos, qui que simul audierunt, eodem modo referant.

Patria.

33

Ecce inculpatus est, cui nihil obiici potest preter patriam.

Nemo parte parem refert gratiam, etiam si vitam impendat.

Non tam refert unde natus sis, sed qui sis.

Patria potius nascimur, quam gloria.

Non infimum erga Rem publicam est meritum, si non solum te presbyter egregium virum, sed aliquem tibi similem dignas educesque patria.

Non videndum an glorie satis, sed an patriae satis vixerimus.

verbis

vrbis libertas est vita charior:nec turpiter occumbit, qui pro patria pugnans moritur.

Patria periclitantis potius habenda est ratio, quam priuata incolumitatis.

Reipub. subleuanda curis immori pulchrū est: at patriam in extremo discriminum nostra cessatione descri, turpisimum est.

Respublica. 34

Resp publice nullo munimento tutiores sunt, quam virtute ciuium.

Publica utilitas anteponenda est odio priuato.

In Repub. benè instituta omnia proficiunt immelius.

Animi robur & vis naturæ magno rūsi posseant esse Reipub.

Vnicuique pluris facienda est utilitas communis quam propriæ.

Quisquis alienam Repub. vehementer adat, siam quodammodo rituperat.

Ea Reipub. species non est utilis ciuitati, quam nemo velit esse in sua familiâ.

Respu. duabus reb⁹ cōtinetur, premio & pena, Repub. male morata est, ubi licet impunè maledicere nihil mali commeritis.

Tēpore pacis, magis quam bellis, Reip. riget autoritas, ut ius habeat decernēdi, quod ad tuēdam ciuitatis tranquillitatē censuerit conducere.

Qui sunt iracundioris ingenij, ad disciplinas quidē idonei sunt, ad gerendā Repub. non item.

Multò absurdius est ei commendare Rēpub.
quum gubernād̄ artes non tenet, quām si asinum
pro equo adhibeas aratrum.

Prīnacā similitas posthabēda est Rēpub. com-
modis.

Non infimum erga Rēpu. est meritum, si non
solum ipse te præstiteris egregium virum, sed ali-
quem tibi similem gignas educēsque patriae.

Hoc præcipuum hulcus est omnium Rēcrūp.
quod omnia munia per vicarios administrantur,
interdum alteros ac tertios.

Prīnati affect⁹ utilitati publica posthabēdi sūt.

In omni negocio magni res fert quales sunt, qui-
bus gerenda rei creditur autoritas.

Publica saluti priuata incolumitas est postpo-
nenda.

Rēpub. corruptela non alia magis ex re nasci-
tur, quām ex deliciis.

Qui præclaros viros eiiciunt ē ciuitate, Rēmp.
ledunt potius quām eos quos expellunt.

Inutile est Rēip. subinde mutare duces, sed sati⁹
est quum idoneū ac fidū nactus sis, eū nō mutare.

Non potest consistere Rēpub. ubi non est ho-
nos virtuti, nec pena sceleris.

Rēip. dignitas præferēda est priuato commodo.

Lex. 35

IN Rēpu. bene instituta suprema autoritas est
legibus deferenda: nec ulli magistratui fas est
quicquam contra leges publicas tentare.

*Non aliunde florent Respub. quāns si legum
vigeat autoritas.*

*Ibi tyrannus oriri non potest, ubi ex arbitrio
priscarum legum geruntur omnia.*

*Norma coniugis vir est, qua recte vinit, si ille
publicis legibus obtemperet.*

*Negocium quod pro legibus ac iure suscipitur,
portet omnis carere iniuria.*

*Legibus cōuenit autoritas in homines, nō cōtra,
Multò pulchrius est ac difficilius regnum re-
Etis legibus sanctisq; moribus exornare, quām ar-
mis regno regnum addere.*

*Qui contra leges aliquid admiserit, non con-
uenit ut regi opituletur.*

*Leges nō omnia prescribunt: at virtutis regulā
docet ubique quid sit honestum, quid turpe.*

*Qui legibus ac magistratibus nesciūt obsequi,
non suūt gerendo magistrati idonei.*

*Ubi summa est legum autoritas, ibi est minit-
tum tyrannidis,*

*Qui quis violat leges, non unum ciuem ludit,
sed totam Rēpub. quod quidem in ipso est.*

Princeps. 36

*Principi non minus indecorum est & perni-
ciosum, iū honestis institui, quām nasci.*

*Principi non qualibet artes discenda sunt, sed
et duntaxat que tradunt rationem recte admi-
nistrandū regnum.*

Principi nō omnes litera cōueniunt, sed ea que

z ij

politiken tradunt, aut ethicen, quæq; rectè ac sensus gestorum exempla monstrant, id quod facit historia.

Domini tantum timetur à seruis, quod male metu coërcantur, quos non corrigit pudor.

Pater quoniam liberis cōsulit potius quam sibi, diligitur ab illis sic ut autoritatē comitetur reuerētia. Aduersus hos adeò nō est opus satellitio, nō non aliud sit satellitum fidelius illorum stipatu.

Quod si rex benevolētia ac benefactis adiūget sibi ciuium animos, non esset opus barbarico conductoq; satellitio, sed nullos haberet corporis sui custodes tutiores quam ciues, erga quos patris gereret affectū. Porrò quibus placet hoc dictum, oderint dum metuat, nullos magis habent suspe-
ctos, quam quibus oportebat maximē confidere: ac multos metuat oportet, quem metuant multi.

Principis est non molitie deliciisue, sed tēperan-
tia, ac sapientia priuatis hominibus antecellere.

Principem facere quod ab alijs fieri velit, gen-
ius efficacissimum est exhortationis.

Bonus imperator legū imperatis parere debet.

Imperatoris officium est, erga rebellantes audacia, erga subiectos benevolentia vti.

Rex veluti legum est architectus.

Non cōuenit ut regi opituletur, qui contra le-
ges aliquid admiserit.

Multò regalius est condere vrbes, quam condit
ditas demoliri.

Breuiloquentia principem decet, & Iaconem.

Quod decet plebeium, non semper decet principem.

Multum habet momenti principis integritas: sed multò plus ciuium recta institutio.

Regem nasci nihil magni est, regno dignum se prestare, id maximum est.

Cloriosius est regnum virtute partum, quam si hereditate obuenerit.

Bono principi nihil iucundius est ciuium concordia, at tyranno nil formidabilius.

*Quemadmodum qui medeci*n* est imperitus, non ideo medicus est, & vulgo medicus appellatur: Ita non statim princeps est, aut magistratus, qui populi suffragis declaratus sit, nisi artem gubernandæ ciuitatis nouerit.*

Qui fauentibus vult uti ciuibus, ad multas iniurias conniuendum est.

Plurimum utilitatis ex principum sapientia nascitur.

Quicquid pugnat cum legibus, hoc velut insidente principe tentatum haberi decet: cum ipse nihil aliud sit quam legum minister.

Vbi reges non nascuntur, sed ciuius suffragiis eliguntur, hoc ipso publicis calculis princeps indicatus est ceteris melior, quod ad regnum ascitus est.

Nemo principatum debet suscipere, nisi melior sit his in quos suscipiat. Debet enim princeps virante praececellere ceteris ciuibus quibus praest.

Nihil principi magnificèius, quam si ditionem

Debet principis autoritatem sartam testam
ybique præstare.

*Quemadmodum Deus unicus totius mundi
monarcha, malis geniis ac impiis hominibus non
nunquam abutitur ad utilitatem Ecclesie: Ita
principes cordati norunt & probis & improbis
uti: non quod ipsi per malos aliquid malis faciat,
sed quod per malos puniant malos.*

*Turpisimum est regi vacare unquam à Rei-
pub.negociis.*

*Principibus in priuatis offensis debet esse satis
potuisse vlcisci.*

*Is optime ducis nomine fungitur, qui res ha-
stium quam maxime cognitas habet.*

*Est principis munus unicum aliis prospicere,
& publicis consulere commodis.*

*Tunc maxime principi inuigilandum, cum po-
pulus maxime indulget genio: neque oportet una-
quam principem genialiter vivere.*

*Solertia ducis non solum terrorem eximit ani-
mis militum, verum etiam commoda interpreta-
tione addit alacritatem.*

*Nomenclatorum laus est quam plurimos nosse:
at egregij ducis est, ob egregia in R.empub.meri-
ta nulli ciatum ignotum esse.*

*Prestat principi philosophia præceptis han-
tire sapientiam potius, quam experimentis (ut
vocant) miseram colligere prudentiam.*

*Regi nihil prius aut charius esse debet probis
ac fidis amicis.*

- *Principe dignius est, honorem & opes eorum
quibus imperat, augere potius quam imminuere.*

*Non minus cogitur princeps obseruire populo,
quam popul⁹ principi: nisi quod princeps id facit
cū dignitate: alioqui re vera mutua seruitus est.*

*Vt nulla re melius constabiliatur in imperi⁹, quam
ciuium benevolentia: ita difficultimum est iam re-
gnum administranti erga quoslibet esse humanū:
nō solū quod regia potestas opposita sit inuidia,
verū etiam quod Respub. non possit esse incolu-
mis, nisi scelera suppliciis coercantur.*

- *Precipua regum debet esse cura, ut cognoscen-
di causis viros præficiant incorruptos.*

Nō tā magnū est regni adipisci, q̄ promeruisse.

- *Imperatoris est, ciuium multorum salutem sua
prius anteponere incolumenti.*

*Regibus temperāda est humanitas erga ciues,
vt interim regiam tueantur autoritatem.*

*Precipua regum ars est nullum reiicere, sed ad
publicam utilitatem omnino operam accommodare.*

*Est animus principis vere philosophicus, qui
nouit etiā ex inimicis capere utilitatem: nec quod
vulgus solet, hoc tantum spectare, ut maledicos
afficiat malo, sed vt ipse minus malus reddatur,
illoram maledictis admonitus.*

- *Pulchritus est bonum præstare ducem, quam
quemvis militem.*

2 iiij

Regi nihil benevolentia firmius, aut munitus esse potest.

Regnum armis & austerritate frequenter paratur, sed non nisi honesta opinione ciuiumque benevolentia retinetur.

Magni refert ut bonus princeps quam diutissime viuat.

Multum regis habet, qui scitè regis personam potest gerere.

Rex non honesti iustique regula, sed honesti iustique minister est.

Bon^o princeps, qui magis à suis diligitur quam simetur, habet quicquid ciues possident.

Ad priuatas iniurias oportet principem esse facilem ad ignoscendum: in iis que R^empub. laudent, decet esse seuerum.

Imperium.

BEllum non nisi iuste suscipiendū, imperiūq;
virtute partum, virtute suendum.

*Cum multis pugnet eportet, qui multis vult
imperare.*

*Virtute propugnandum est imperium, non do-
lis aut pecunia.*

*Craue documentum vniuersis imperia virtute
parari: auaritia, luxu, deliciisq; vel perire, vel
verti in tyrannidem.*

*Nemo idoneus est magistratui, qui non potest
dissimulare multa præter æquū & bonum facta.*

Philosophia, vel imperium: non tollunt affectus.

Imperator per omnem vitam in Repub. negotiis versari debet, nec à domesticis deliciis ad imperium accersit.

Nihil difficultius quam bene imperare.

Libertas.

38

Prestans est suam seruare, quam alius adimere libertatem.

Nemo liber, qui seruit cupiditatibus.

Nullum Imperium speciosius & liberius, quam si quis animo suo possit imperare.

Nulla voluptas viris ingenuis suauior est libertate.

Vbi regnat luxus, ibi libertas diu non potest esse.

Libertas urbis est vita charior, nec turpiter occumbit, qui pro patria pugnans moritur.

Quonia meriendi potestatem nullus hostis potest eripere, quisquis mortem contemnit, habet quo quum vult semet in libertatem afferat.

Pessimus est Imperator, qui sibi non potest imperare.

Liberi non sumus, quando alicui consulimus, utilitatis, aut alicuius rei gratia.

In ciuili confessu cuique liberum est qua videntur dicere.

Non est vere liber, nisi cuius animū spe metuq; liberavit sapientia.

Inhumanitas est, si princeps nihil indulget amicis ac familiaribus. Sed perniciosum est illis licere quicquid libet.

*Is verè liber est, quē philosophia liberum facit,
Pestilentissimum genus est adulatio[n]is, sub li-
bertatis imagine blandiri.*

*Hac non minima laus est seruorū, nolle fugere,
si liceat: at nolle tyrannicā seruitutem cōmutare
libertate, si detur opportunitas animi seruīlis est.*

*Omnibus regib[us] natura innisa est populi li-
bertas.*

*Seru⁹ est q[ui] suis cupiditatib⁹ imperare nō potest.
Libertas bene magno emitur, nec sine negacio
seruatur.*

*Qui seruit vitiis, verè liber non est dicendus.
Qui multis eget, liber esse non potest.*

*Ibi iustitiae locus non est, ubi quisque potentior
est, ita licentius opprimit imbecilliores.*

*Non verè liber est, quisquis ingenuus natus est.
Nihil beatum si absit libertas.*

*Libertas quāvis inops, omnibus diuitum deli-
cias præferenda est, ubi ipsa minuitur.*

Fama.

39

Fama velut ordo quidam est hominis.

*Insanus est, qui pro nihilo habet qua sit
opinione apud suos.*

Honestius est fama quam pecunia ditescere.

*Iactura rei facile sarciri potest: fama cōtami-
nata vix unquam diluitur.*

*Qui loquitur quae sunt optima, & facit quae ho-
nestissimae, famam honestam habebit.*

Extremā virtutē honesta fama vltro comita-

sur: ac generosis animis amor laudū reluti stimulus ad praelata facinora innatus est.

Satius est ad parandū honestam famā, vnum quidem insigne prædicere, quād de fruolis quibuslibet diuinare.

Praestat vno opere edito, sed egregio, parare famam eruditionis, quām minus accuratē scribere de singulis.

Regium est cūm benesacias malè audire.

Primum autoritas ac fama, tarde paulatimq;, nec sine negotio paratur: at qui iam innocent, facile magnam assēquitur laudem.

Vrbis celebritas nō nihil facit ad illustre nomē.

Sequitur fama fugientem, & ob idipsum audiens expetitur, qui scholam virat.

Exercitium & exercitatio. 40

*Moderatis labores corpora reddūt firmiora.
Exercitatio plus habent momenti ad honestatem, quām natura.*

Exercitia ad confirmandum corporis robur adhibentur, non ad exauriendas vires.

Hominis ingenium si exerceatur, ad res optimas est accommodū, sin ad ritia degeneret, longè est infra mutas pecudes.

Inuita Minerua frustra laboratur, recte dicitur à doctiss, exercitatio consummat eruditionem.

Honor. 41

Honor non autoritati, sed meritis tribuendus est.

Honor nō solū alit artes, verū etiam virtutem.

Honor, est virtutis merces & premium.

Divitiæ.

42

Potentes non oportet humiliorum dictis admodum commoueri.

Stultissimum est locupletes pugnare cum his quibus non est multum quod eripiatur.

Dimitibus opus est multis præceptis, ut frugali-
ter vivant, ut corpus exerceant laboribus, ne cor-
poris ambitioso cultu delectentur, aliaq; innume-
ra, quæ omnia seipsam docet paupertas.

Immodicæ possessiones ut nō sine negotio parā-
tur, ita non absque lite perueniunt ad hæredes.

Hoc miserius egeni sunt diuites, quod nō intel-
ligunt quām pretiosa, quām necessaria re careat.

Externis bonis homo nihilo fit melior.

Nihil est tam munitum, quod auro non expu-
gnetur.

Inique sunt diuitiae, quæ virū reddunt deterio-
rem: at fortibus viris non est opus pecunia.

Ii nō facile parent salubribus monitis, qui suc-
cessu rerum elati sibi felices ridentur.

Nulli vitio datur ea sibi parare, quib⁹ opus est
si definit: nec hic spectanda est atas, sed egestas.

Frustra parantur bona, si qui parauit, tueri
nesciat.

Inter egenos habendus non est, qui bonas artes
ac probos amicos sibi parauit, certissimum sen-
tenciam viaticum.

*Divitias comitatur luxus, luxus exit in tyranno-
nidem, dum fœnum migrat in cornua.*

Opes ac nominis splendor conciliant inuidiam.

Mores.

45

Non minus interest quos asciscas preceptores, quam quos nactus sis paretes. Etenim ut liberte referunt fermè maiorum ingenium unde prognati sunt, ita præceptorū vitia demigrant in quos instituant. Et honesta vita institutio potissimum ab illis petenda est, qui virtutem ipsis factis præstiterant, non ab in quā compositis arte verbis de virtute nugantur.

Sola virtus primū ac statim à teneris vnguisculis discenda: nec ulla cui portio artibus fruolida dāda, que ut in pueris habent ostentationē plausibilem, ita nec grandibus decora sunt, nec ad seria vocatis utiles.

Quemadmodum canes ad venatū habiles reddit educatio, ita viros bello & R. eipub. utiles reddit recta institutio,

*V*isum est Laconi ineptum, per omnem vitam de virtute disputare, veluti de re cōtrouersa: cūm oporteat à prima statim adolescentia habere certissima decreta de honesto impressa animo, et secūdum virtutē exerceri, non quarere quēadmodum faciunt philosophi, qui magna contentione inten ipsos de sumo bono ac malo digladiātur, ne in hoc quidē consentientes quid sit virtus ac beatitudo.

*N*e nobis quidem nobilitas quam miratur bar-

minum vulgus, du<u&mgt;mq; ab Hercule genus pro-
fuerit, nisi ea gesserimus, per qua ille mortalium
omnium clarissimus ac generosissimus extitit, ac
per omnem vit` que honesta sunt & id sciamus
& exerceamus.

Pradii qui sunt, recteque educati, probant quid
pro ratione temporis expediat.

Satis est cives honeste fuisse institutos, hi sua
sponte videbunt, quid pro tempore facta sit opus.

Multum habet momenti principis integritas,
sed multo plus ciuium recta institutio.

Si adolescentes male morati evadant, id prima
etatis formatoribus potissimum imputandum est.

Mores sunt vulgarii, ut aliena inuidet, suam
autem deplorent sortem.

Snader loquentis vita, non oratio.

Non absq; discrimine mores ciuitatis corrupte
vitiis ad meliorem frugem reuocantur.

Quemadmodum plantae ac semina sic hominum
mores ad regionis habitum immutantur.

Matronae nihil pulchrius nihil pretiosius, quam
liberi recte educati.

Quemadmodum laudi est apud Barbaros, natu
Grecorum disciplinas scire: ita turpe apud Grecos
matum, ad Barbarorum mores degenerasse.

Nemo alienis factis de honestatatur, sed suis quis-
que moribus estimandus est.

Mentis integritati, corporis etiam habitum &
cultum oportet congruere.

Multa bene nata ingenia pereunt vitio insituentium.

Sic est multorum ingenii, ut si desint inimici, in quos naturæ malitiæ exerceant, amicos impetant,

Eruditio præciosa est, si in animo incideret præuis affectibus corruptum, & quodquamq[ue] disciplina sanctior: hoc sit perniciosior, si cōtigerit improbo.

Qui tamen pravo sunt ingenio, ut eos irrideat, qui de ipsis bene meriti sunt, gravis nocet, si quis illos malefactis provocet.

Regium est, cum bene facias, male audire.

Non habendi pro liberis sunt, qui degenerant à parentum institutione.

Quales nascatur liberi, nulli in manu est: at ut recta istitutione euadat boni, nostra potestatis est.

Qui natura probus est, ubique & apud omnes probus est.

*E sermonis procacia colligitur & morum im-
pudentia.*

Generosa indoles (si accedat institutio) magno bono est patriæ: sin ad vilia degeneret, magnum adfert malum.

Natura beneficio vivunt & ignauissimi: at honestè mori non contingit nisi virtute præditis.

Maxima pars incommotorum, ob quæ vulgo male audit senectus, ab intemperantia vita proficitur.

Res efficax est natura, sed potentior est institutio, quæ malam naturam corrigit.

Res verbis anteponendæ.

44

Multò preclarus est res magnificas gerere; quam habere linguā ad magnificè loquendum expeditam.

Quod per se rectum est & utile, non eget prolixa oratione.

Ipsa cause bonitas facile seipsam commendat.

Quod si usquam locus est loquacitati, eam oportet ad in honestas causas adhibere.

Rex operum est virtus, non autē plurimis verbis multisque disciplinis eget.

Reprehendendi sunt qui cum re sint fideles, tamen officium orationis asperitate corrumpunt: his peiores sunt, qui sermone benigni, recedunt pessimi, qui verbis modesti sunt, tamen factis noxy.

Multò præstans est res egregias gerere, quam gesta celebrare.

Rectius suo fungitur officio, qui ex animo facit, quam qui metu mali.

Supervacaneum est in eo laudando sumere operam, quem una ore omnes prædicant.

In omni actione spectandū decorum persona.

Inertia genus est de fortitudine (philosophorum more) disputare sed protinus factis exercenda virtus, quæ paucis dogmatibus tradi potest.

Fortuna.

45

Fortunus homini non est in manus.

Fortuna non addit sapientiam.

Non omnia omnibus aequaliter cedunt.

In

In tranquillissimis rebus interdum existit periculum quod nullus expectat.

Tota belli fortuna pendet à virtute prouidentiaeque ducis.

Fortuna sàpè sua indignis largitur munera.

Spes.

46

Multa sibi promittunt inania, qui spe discuntur.

Ingenia erecta nò desperanda, sed quod redundat recidendum est.

Frequenter desperatio magnū robur addit animo, non minus quam spes vultus.

Victoria.

47

Pvlchrū est vincere lacescentes, praesertim his præsidis quibus hostes potissimum fere iactat.

Ad victoriam plurimum monsenti est in imperatore.

Victis solet esse solatio, virtute præstantis viri dextra cadere.

Victoria magno empta, non est victoria, sed calamitas: interdum enim felicius est non assequi, quam nimio mercari quod ambis,

Vnius ducis ingenio victoriam acceptam ferri oportet, non virtuti militum.

Moderanda est victoria, nec sauiendum in eos qui contra ferre arma desistunt.

Victoria spes extenuat omnia que solent à bello deterrere.

In bello prima ducum debet esse cura, ut quam

aut

minima ciuium iactura paretur victoria.

is longè inferior est, qui honestè vincitur.

*Nulla speciosior est victoria, quam virtute
vincere.*

Miles.

48

Non perinde refert quam multas educas milites in primum, sed quam strenuos, & exercitatos.

Bonus miles institutione fit.

*Facilius est nouū inuenire imperatorem, quam
vouum & exercitatum militem.*

*Mendicitas ad omnem desperationem vocat
armatum.*

*Turba militum nisi ad sit dux cordatus ac vi-
gilans, nulli est usus.*

*Periti bellatoris est non minus scire fugiendi
artem, quam pugnandi.*

*Si deinceps utiles sunt bello milites, quibus decre-
sum est in prælio aut vincere, aut morte oppetere.*

*Nihil in bello præclaræ rei geret, cuius ani-
mum mortis metus occupat.*

*Militis non est dare consilium, sed ubi res pa-
culat, bonam namare operari.*

Bellum.

49

Quod bellum suscepérunt, oportet per omnia
scrutare bellinecessitatibus.

In bello aut vicecendū, aut fortiter oceum bēdū.

Metus mortis in bello est res ignominiosa.

In bello plus habet momenti quales ducas milis.

tes, quamquam multos.

Nullum negotium periculosius quam bellum.

Pro patria pugnantem occumbere, pulcherrimum est.

Cibo vinóq; graues ad pratum non sunt idonei.

In bello non liberum est, quia cuique videtur dicere.

Non est optandum bellum, sed nec in bello, nec in pace, libertatem tueri licet, nisi mortis timore abieceris.

Error in bello mors est.

In bello celanda sunt consilia principis.

In bello non refert quam mulii sint dices, sed quam bello gerendo accommodi.

Maiore Republicæ discrimine pactio violatur in bellis, sed illic quaque violantur ab his, qui domi consueverunt fallere.

Pax bello paratur, ne eam tueri licet, nisi cives sint ad bellum instructi.

Sola animi bona non sunt bellorum violentia obnoxia.

Ad victoriam plurimum habet momenti, si imperatur strenuus præsens regno exercitum.

Nora est turpe fugere, quod nies magis expedit hosti dare locum, quam conserere manus.

Iustitia & leges non possunt tueri, qui ditione amplianda gloriante causa bellum inferunt alienis ciuitatibus.

Affectus priuati frequenter & ciuitates &

et ij

regna bellis committunt ac pessundant.

Bellum non nisi iuste est suscipiendum.

Tota belli fortuna à ducis virtute prudentiaq; pendet.

Occasio.

50

Adversus hostes nulla præterea ñda est occasio. Pro tempore, próq; re nata varians est sermonis habitus.

Scriptura non mutatur, cum pro varietate occasionum vir probus & sapiens cogatur sapè mutare consilium.

Inimici per occasionē utiles sunt nobis, per quos non licet impunè securèq; negligentes esse.

Ira.

51

Trium est iram premere, ne prorumpat in verbā.

Ira contentiōq; melius solvit blandis verbis, & benignitate, quam repugnando.

Ira est breuis insania.

Minus furiōsas est ira, quam ebrietas.

Probris etiā ingenii adiuncta iracundia est, sed hoc reūnum tolerabile est, si solerter ad se animus redeat, & pro ira ratione in consilium adhibeat. Ut si perturbatio penitus vassideat unum, ira ut excussa ratione feratur effracti impetu certa pericilio est.

Ira ad omnem functionem inutilis est, & propter quoque princeps iubetur & equa & iniusta audiens.

Hominis est peccare, at Dei aut hominie
Deo proximi, emendare peccata.

*Par est ut nos nostra ipsorum feramus errata.
In alienis erratis perspicaces sumus, ad sua quis
que lusciosus est.*

*Ex levissimis offensis, si negligantur, nascentur
atroces tragœdia.*

*Error est immedicabilis, cum transit in habi-
tum & consuetudinem.*

Raris lapsibus danda est venia.

*Inuentus facilius in errorem impellitur, quam
feneetus.*

Vulgus.

53

Nihil imitari solet vulgus libentius, & quod
à viris principibus conspicerint factitari.

*Quid tam impium est, quod mortalium vulgus
non admittat ampli principatus gratia?*

Quod decet plebeium, non semper decet principem.

Quae recta sunt, semper paucissimi placent.

*Vulgus hominum, cupiditatibus agitur, non
ratione.*

*Apud Cracoi cum certarent artifices, de his
iudicabant artis expertes.*

*Vnū nihil placet omnium, quæ vulgus vel fa-
cit, vel dicit.*

*Vulgus hominum ea tantum approbat, quibus
assuevit, ab exoticis abhorret, non quia per se ma-
la sint, sed quia peregrina.*

Art iij

vulgo ingens probrū est, paupertas: magna gloriā, diuitiis per fas nefasq; partis abundare.

Otium.

54

*T*rauia pestis maxima est Republica.

*N*on est reprehendendum otium honestis rebus partum.

*Q*ui per fas & nefas otium sectantur, ritus perio digni sunt.

*O*tium in pace delicias alit, & omne flagitiorum genus.

*L*uxus & otium in iuuenibus stultitia est, in senibus vero crimen.

*H*onestae occupationes inutili turpiq; otio praferenda sunt.

*O*tium onus mala docet adolescentes.

*I*uuentus corrūpitur, si permittatur otio luxus ac malorum omnium magistro.

Voluptas & luxus.

55

*N*ihil seruilius abiectiusq; est, q; gula ventrisq; voluptatibus obnoxium vivere.

*I*ncepta voluptas est magis delectari ipsa simulatione, quam natura.

*I*nsaniam auferit medicus, voluptas cùm aquè mentem eripiat homini, vix sanabile malum est.

*O*leum inunctū reddit corpus firmius & iniuria patiētius: infusum in viscera, delicatiq; ac segnius.

*L*uxu nihil turpis, libido pecudem ex homine reddit.

*V*oluptates venientes fucata specie blandiuntur,

abeūtes autem, pœnitentiā ac dolorem relinquent.

Ex privatis affectibus fere omnis humana vita pernicies nascitur.

Luxus fere alit amorem, tempas omnia tollit, aut certè mitigat.

Luxus est maximus, naturā artificio corrūperē.

Vestium luxus arguit anemū parūm sobrium, & intuentiū oculos ad libidinem sollicitat citius, quām ad honestam opinionem.

*Quām optimè hoc natura comparatiū est, vt ha-
duces se in iuicem comitetur, voluptas ac dolor.*

Voluptati honesta parata est comes pœnitētia.

*Fastidiosè delicatus videtur, qui inter varias
delicias cibum appetit vilem ac plebeium.*

Vnguentum in homine arguit vita mollitem.

*Non turpe est rei concessa voluptate, sed ei ser-
uire, deditūmque esse, in turpibus habendum est,*

*Amplecti voluptatem, fœminarum potius est,
quām virorum.*

*Homines prouiores ad voluptatem sunt, quām
ad virtutem.*

*Nulla capitalior pestis hominibus à natura da-
ta est, quā voluptas: nam ex hoc fonte prodit quic-
quid est in hominū vita scelerū & calamitatum.*

*Ea delectant, qua contingunt expetita: que ul-
trò obiiciuntur, non perinde innant.*

Corruptela è muneribus.

16

Pecunia vincere, speciosum non est.

*Qui Rempub. administrant, tamen à ca-
r. 111*

*piendis muneribus non temperant, nec boni sunt
viri, nec tales habendi.*

*In sincerus fauor est, q̄ donis emitur, qua si mit
inas, ingēs murmur: si tollas, seditio granis oritur.*

Iniuria.

57

Ad priuatas iniurias oportet principem esse
facilem ad ignoscendum, in iis quæ laudunt
Remp. docet esse severum.

*Qui iniuriam faciunt, infæliciores sunt, quam
quis patiuntur.*

Qui veterē impunē fert iniuriā, inuitat nouā.

*Iniuria memoria tenacissima est, at beneficū
breuissima.*

Infamia.

58

Turpitudinis aliena species velut in theatrū
producta, deterret à vitiis, & ad virtutem
extimulat ingenia non omnino deplorata.

*Remissa culpa, manet tamen prioris infamia
restigium.*

*Quo fædius est crimē, hoc tenacius hæret apud
multos criminis suspicio, vel in innocentissimum.*

*Non est aliquid amici quibus fidimus cōmittē-
dum, quod si effutiant pariat nobis infamiam.*

Improbitas.

59

Exrema improbitatis est linea etiā illudere
quos affixeris.

*Improbus est, qui scit beneficū accipere, nescit
reddere.*

Ex improbis connictoribus nihil capitur nisi

probrum & ignominia.

Magna fælicitatis est ab improba muliere liberari.

Impunitas.

60

Impunitati nihil periculosius est, qua semper ad deteriora invitat.

Impunita iniuria exemplum, omnibus iniuriæ minatur. Etenim si liceat impunè ludere, quis timet erit ab improborum violencia?

Simultas.

61

Simultatem exercere cum sepulcro, indecorans

Sunt, ut in mortuum sauire.

Simultatē oportet morte finiri, amicitiā nō itē.

Loquacitas.

62

Ex multiloquio plerique nascuntur incommoda.

*Quidam hoc preclarum existimant, si nunquam
sileant, cum id sit certissimum fatuitatis argumen-
tum: ut contrā silentium, ubi loquendi tēpus non
est, prudentia signum est.*

*Multiloquium non solum molestū est auditori,
verum etiam ad persuadendum inutile: præsertim
apud principes, tum variis curis occupatos, tū au-
ribus fastidiosis.*

*Peculiaris erat Lacedæmoniis verborum pa-
citas: unde & ab ea regione breviloquentia laco-
nismus dicitur.*

*Stolidi oratori inanis loquacitas responso indi-
gna est.*

Frustrà de his verba fiunt, ad quæ perficienda non sufficit facultas.

Est hoc omnibus Spartanis peculiare, offendit sermone, quam causa postulat longiore, adeò nusquam non placebat frugalitas. Nam ad causam non magnam adhibere superuacuā rerum copiam, luxuriae genus est.

Effectu caret loquacitas: taciturnitas autē ceteriora habet consilia.

Breviloquentia ducem decet maxime.

Multa verba nequaquam arguunt sapientem opinionem.

Ex quo effrani nemo non metuit insidere: at plus est periculi à lingua effrani.

Est aliqua sapiētū pars, silētio stultitiā tegere.

Indecenter is magnificè loquitur, cui vires non sufficiunt orationi pares.

Nihil est violentius aure tyranni: apud bonos etiam principes admixenda libertas verbis placitoribus est temperanda.

Silencij tutas sunt fidei præmia.

Multis verbis veritas non eget: Cræcilius minimum, qua paucis verbis comprehensa sunt.

Orationis expedita breuitas est probanda.

Ad causam non magnam adhibere superuacuā verborum copiam, luxuriae genus est.

Prius cogitandum quid loquaris, quam lingua prorumpat in verba.

Aduersus nihil male meritum audire maledi-

cam linguam, iniuria genus est.

*Nihil oratione melius, si parcè promas lingua
thesaurum.*

*2 Nihil effutiendum est, si quid liberius dictum
sit in conuiio.*

Maledicentia.

63

Qui passim maledicunt omnibus, eos palam
est id naturæ vitio facere, non ex eorum me-
rito, quibus obrectant.

*Maledicentia contemnenda est, que non à iudi-
cio, sed ab omni morbo proficiuntur.*

*2 Aduersus nihil male meritum, audire maledi-
cam linguam, iniuria genus est.*

*Turpiter obiicit alteri vitium, à quo ipse immu-
nis non est.*

*Periculose maledicit alteri, cui vel idem vel simi-
le, vel diuersum, sed deterius vitium potest obiicere.*

Omnium rerum nocentissima est calumnia.

*Sepenumero accidit, ut qui alios infectant, ipse
grauioribus madeant vitiis.*

*Imprudenter in alterum vitium torquet, si in-
promptus est quod ipsi vicissim obiciatur.*

Mendacium.

64

Mendaci nomine continentur assentatores,
calumniatores, infidi consiliarii, peruersi e-
ducatores, qui fontes sunt ferre malorum omnium,
quibus sursum deorsum turbatur vita mortalium.

Perfidia.

65

Nihil eis tutò credi debet , qui in patria per fidifuerint.

Stulte dubitat de peierando , qui facinus periu-
rio par nō dubitauerit cōmittere , & q; in atrocib⁹
sceleribus nihil ponderis habet iusurandum , nam
qui quis audet dare venenum , audebit & cū per-
iurio inficiari .

Inuidia.

66

Qui audē obtrectant aliena laudi , magis
produnt morbi suum , quā detegunt mores
alienos : & qui ob res parum honestas laudant
quempiam , aut ob laudabiles vituperant , indicat
stultitiam suam peruersumque iudicium .

Inuidus abundē dat pēnarum , etiam si nemo
vliciscatur .

Ut ferrum absunitur rubigine , ita inuidus suo
ipsius vitio contabescit .

Inuidus tam inutilis est civitati , quam lolium
tritico , ignauus bello .

Ii quos habet inuidia , magis sunt misericordia
digni , quam ira .

Inuidus non minus discrutiatur aliena felicitas,
te , quam suo infortunio .

Ambitio.

67

Nescit pietatis iura regnandi cupiditas .

Ambitio male profundit , quod male colle-
git avaritia .

Cupiditates , animi sunt morbi .

Malus cōnis est , cui non satis est , id quod sa-

Sic est ceteris.

Turpior est ambitio è vilitate cultus, quam ex amictu splendido.

Turpis est ambitio ex fuso virtutis laudem captans.

Adulatio. 68

Blandiloquio nihil nocentius.

Ingenium hominum ad alieno via perspicax est, ad sua cæcum.

Pestilentissimum est genus adulatioris, sub libertatis imagine blandiri.

Aliena rectius perspicimus quam nostra, & si quisque adulator est.

Lapidis est non sentire discrimen inter laudantem & vituperantem: sed philosophi est non ita commoueri, ut ab honesto recedat.

Corius tenet mortuos impedit: adulator etiam visus insidiatur.

Nemo suam turpitudinem perspicit, sed sibi quisque adulator est.

Ut adulacionem affectare turpe est, ita ingeren- tem se non oportet omnino repellere: pradest enim in hac vita homo perspiciat qualem esse debet.

Audacia. 69

Fit sapienter ut qui fragili querit illudere, dentem infringat solido.

Periculosa est audacia, si vires non suppetant spiritibus.

Expensio periculi renocat hominem ab audacia.

*Affiduitate nimia facilitas magis quam facili-
tas, nec fiducia, sed temeritas paratur.*

*Bona est timiditas, quae deterrat à turpibus, &
reddit hominem circumspectum.*

Mors.

70

Honestata mors est appetere pro amicis liberati-
bus.

*Magis metuant mortem, qui domi habent unde
possint suauiter viuere.*

*Morientibus precipuum solet esse solatum spes
vindictæ.*

*Ut Tyranni viuunt insuauius sis, qui mortem
vehementer optant, ita mortem perinde metuant,
quasi vitam suauissime degant.*

*Optimum est exire de vita, quum res sunt pro
sperrima.*

*Multos mortis consideratio deterret ab honestis
actionibus: contrà, mortis oblitio multos invitat
ad licentias peccandum.*

*Somnus profundior adimit omnem sensum, &
animus à corpore digressus aliquando in suum do-
micilium redditurus est.*

*Mors quidem mala non est, sed iter ad mortem
misericordia est.*

*Somnus mortis est imago: ille non viuit,
qui perpetuo mortis metu viuit.
Mors omnium malorum sensum adimit.*

VIR O DE LITERIS
 OPTIME MERITO D. NI-
 CO LAO TARTRETIO ME-
 coenati suo, Desiderius Iacotius
 Vandoperanus S.

GVM Philosophici curriculi tempus
 tua singulari liberalitate erga me
 penè absoluissem (Meccenas) quasi
 de via fessus ad Ciceronem tanquam
 in locum quendam amœvans re-
 laxandi animi causa mihi configiendum putavi.
Qui enim ab eo de Philosophia & eloquentia
 libri varie copioseque prescripti sunt, non solum,
 ut nosti admirabili quadam scientia, sed etiam
 suavitate dicendi & copia legentium ita mouet
 animos, ut qui eos in manus sumperit, deponere
 nunquam velit. Hoc unum negotij nonnihil ex-
 hibere solet, quod cum magnam partem in eorum
 philosophorum, qui tum florabant, sententiis &
 preceptis explicandis sic occupatis, libri autem non
 extet, ex quibus, quid censuerint, possimus cognoscere,
 hasitare plerique & dubitare solent, non
 nulli etiam ex Platone aut Aristotele de promere
 aliquid, quamq; alienū, quod rudioribus ad refar-
 cere videatur, ne i suspicione ignoratiois veniat.

Quod cùm dœctissimorū virorum iudicio ineptū intelligerem, philosophos illos propè omnes, quorū sententiae quedam Latinè expressæ sunt à Cicer. vnum in locum, quoad per vires licuit, conduxi, & nominatis cuiusque decreta in uno duntaxat Cicerone cōquisita breviter conscripsi, ut eloquētiae & philosophie studiosi disputationū capita, que sunt apud Ciceronem, in medio posita haberent, & ex Cicerone Ciceronem interpretarētur.

Quia in re si à me prætermissum quid fuerit, quod equidem in tanta librorum varietate & opinioni multitudine non dubito, ab æquis laborum alienorū estimatoribus veniā peto, & hac si aliqua ex parte ad palatum sacerint, commodiū & rüberius me, cùm licebit, tractaturū promitto. Alios nihil moror. Te autē, Mecoenai, ut hac qualisque tandem est, equi boniq; cōsulas, & dū grādiorib; incumbens, nostra, ut cōpisti, studia fucac, vehementer etiam atque etiam rogo. Vale.

Lutetiae 8. Calend. Januarij. 1554.

Bened. Menii in Lagnerium, & Desid.

Iacotium ad Lectorem

Carmen.

Tellius egregio præclara est ore locutus:

Tōs τε βίσσης καὶ τῶν δόγματος πολλὰ σοφῶν.

*Praq; at his multo tibi sunt comprehēsa labore:
Sic iam quod totus vix capit orbis, habes.*

D E S I D.

DESIDERII IACO-
TII VANDOPERANI DE
Philosophorum doctrina Libellus
ex Cicerone.

VM essent plures orti ferè à Socrate, quòd ex illius variis & diuersis, & in omnem partem diffusis disputationibus à Platone potissimum in immortalitati traditis, aliud apprehenderet, profeminata sunt quasi familia dissentientes inter se, ex multum disiunctis & disparibus: cum tamen omnes se Philosophos socraticos & dici vellent, & esse arbitrarentur, inter quos præcipuum locum tenent Academicī, Peripatetici, Stoici, Epicurei. De quibus sigillatim, & distinctè dicere difficile est, ob eam præcipue causam, quòd cum eorum decreta queruntur, variari inter Ciceronis interpretes, & dubitari videtur. Sed primū illud tenendū est, quod à viris doctissimis est animaduersum, Ciceronem omnia propè ex Stoicorū & Academicorū monorū disputationibus sumere, ex reliquis pauca quedā aspergere. Cuius rei fidē facere aiunt dialectica, qua usurpat, in quibus Platonicū aut Aristotelicū nō.

B.B

hil propè agnoscas. Verū dicamus articulatè quo-
ad fieri poterit, de Peripateticis, & Academicis, tñ
de ceteris, quarum à Cicerone praecepta norata
sunt, & quedam Latine expressa.

Academici & Peripatetici.

Academici & Peripatetici veteres rebus cō-
gruentes (ait Cicero) nominibus differebāt.
Nam cùm Speusippum sororis filium, philosophia
quasi hāredem reliquisset Plato, duos autem pra-
stantissimos studio, atq; doctrina Xenocratē Chal-
cedonium, & Aristotelē Stagyritem: qui erāt cù
Aristotele, Peripatetici dicti sunt, quia disputar-
bant in ambulantes in Lycio. Illi autē qui Plato-
nis instituto in Academia, quod est alterum Cy-
mnasium, cœtus erant & sermones habere soliti,
ex loci vocabulo nomen habuerunt. Quibus ta-
men nec suæ ambulationes defuerūt. Nam in spa-
ciorum umbraculis arboribus opacorum, que à
Cicerone curricula multiplicium variorū inque
sermonum appellantur, plerisque inambulantes
de philosophia disputabant. Nihil igitur, ut di-
xi, inter Peripateticos, & illam veterem Acade-
miam differebat. Abundantia quadam præsta-
bāt Arist. Sed idem fons erat utrisque, & eadem
retum exspectendarum, agendarū inque partitio.
De quibus multe sunt illustres laudes. 4. & 5. de
Finibus bonorum & malorum. Quod eum locū,
quem ciuilem rectè appellaturi videmur, Cracè
vñutixò, grauiter & copiose tractarint. Vnde

etiam olim propter eximiam verum maximarum scientiam à Græcis politici philosophi sunt appellati: quod multa de Rep. scripserint, multa de legibus, multa non solum præcepta in artibus, sed etiam exempla in orationibus benedicendi reliquerint. Primum enim illa ipsa, qua subtiliter differenda erant, politè, aptèque dixerunt cū definites, tū partientes: deinde ea, qua requirebat orationem ornatam, & grauē, magnifice sunt dicta ab illis, splendide de iustitia, de fortitudine, de amicitia, de arate degenda, de philosophia, de capescenda Rep. de fortitudine hominum. Itaque ex hac tanquam ex omnium artiū officina innumerabiles in omni genere scientia præstātes viros prodūsse ait Cicero. Academici veteres quidā fuerūt, quidam noui. In veteribus numerantur à Cicero ne Plato, Aristoteles, Speusippus, Xenocrates, Pollemo, Crantor. In nouis Arcefilas, Lacydes, Euader, Egesinus, Carneades, Clitomachus, Philosoph. Quorum omniū decreta quia numerabimus suo loco, de veteribus, & nouis pauca hæc nunc sufficiat in vniuersum posuisse.

Omnem virtutem esse mediocritatem. Bruto. Sapientes non semper esse beatissimos. 5. Tusc Fine bonorum secundum naturam vivere, id est frui primis à natura datis. 2. de Finib. & 3. Offic.

Omnē ciuilem orationē in horū altero versari, aut definita cōtrouersia certis tēporibꝫ ac reis, aut indefinite de vniuerso genere querere. 3. de Ora,

Academici noui.

Academici noni, cum nihil percipi posse diceant, in suo ipsi decreto sicut in ceteris rebus fluctuabat, ac de diis immortalibus errantem habebant, & vagam sententiam. Hanc Academiā adolescentiorem Cicero & volaticā appellat, & sui similem, modò huc modò illuc, philosophia & veteris perturbatrix ē: quām exoratā cupit ut fileat, submouere nō audet. Huius erat institutū aduersari omnibus in disputando, & cōtra communem opinionē ratione aliqua pugnare, nihil affirmare, inuidere in ea, quæ satis scitè ceteris philosophis instructa & cōposita erant, & ruinas edere: denique quasi desperata cognitione certi, id sequū quod verisimile videretur. Solebat verò is, qui audiēt vellet, cum quāsiuisset tacere, tum aliis perpetua oratione cōtrā disputabat. Quād disputādi consuetudinem suscepérū Tusculanae disputationes, ut est in libro de Fato. Huius itaque perpetuum decretum fuit. Nihil posse percipi. 2. Acad. & 1. de Nat. Deorū. Q uod quibusdam adeò placuit, ut extreūm bonorum & summum manus sapientis esse dicerent, obsistere visis, assensusque suos firme sustinere.

Peripatetici.

Peripatetici cum viderent nos ita esse natos, ut commaniter ad eas virtutes apti essemus, quæ nos & illustresque sunt, iustitiā dico, temperātiā; ceterāsque generis eiusdē: quæ omnes similes

artium reliquarum materia, iātūm ad meliorem partem, & tractatione dfferūt, eāsq; ipsas virtutes viderēt nos magnificenter appetere, & ardētius, habere etiā insitam quandam, vel potius innatā cupiditatē scientie, natōsque esse ad congregationem hominum, & ad societatem cōmunitatēmq; generis humani, cāq; in maximis ingeniiis maxime elucere, totam philosophiam tres in partes diuiserunt. Una pars est in natura: differendā altera: vivendi tertia. Natura sic ab iis inuestigata est, vt nulla pars cōelo, mari, terra (vt poēticē loquar) pr̄termissa sit. Quinetiam cūm de rerum initiis, omniq; mundo locuti essent, vt multa non modō probabili argumētatione, sed etiam necessaria mathematicorum ratione concluderēt: maximam materiam ex rebus per se inuestigatis ad rerum occultarum cognitionem attulerūt. Ad placando animos multa afferebant, spinas partiendi, & definiēdi pr̄termittebāt. De his sic ait alio loco Cic. Si omnia à philosophis effēt petēda, Peripateticorum institutis commodius fingeretur oratio. Quò magis tuum, Brute, iudicium probo, qui eorum, id est, ex vetere Academia philosophorum sectam secutus es, quorum in doctrina, atque preceptis differendi ratio cōiungitur cum suauitate dicendi, & copia. Quanquam ea ipsa Peripateticorum, Academicorumque cōsuetudo in ratione dicēdi talis est, vt nec perficere oratorē possit ipsa per se, nec sine ea orator esse perfectus.

BB ij

Horum sententiae, & precepta sunt huiusmodi.

Esse in mentibus hominum tamquam oraculum aliquod, ex quo futura presentiant, aut si furore diuino incitatus animus, aut somno relaxatus solute moueatur, ac liberè. 2.de Diuin.

Quæ autem coniectura explicantur, aut evenit animaduersa & notata sunt, ea genera dinnandi non naturalia, sed artificiosa, in quo Aruspices, Augures, Coiecturæsq; numerantur, improbanda. 1.de Diuin.

Deo esse, & quatuor ex rebus omnia costare. 4.Tuscul.

Plurimum & longè latèque plurimum tribendum honestati, sed tamè & in corpore, & extra, esse quendam bona, quæ ex altera parte collocata minimi momenti instar habeant. 2.de Finib.

Tria bonorum genera, maxima animi, secunda corporis, externa tertia. 5.Tuscul. 3. Offic. 3. de Finibus.

Corporis commodis compleri beatam vitam. 3. de Finibus.

Mediocritatem esse inter minimum & parum 1. Offic.

Mediocritatem vel perturbationū, vel morborū animi non probandam: omne enim malum, etiam mediocre magnum esse. 3.Tusc.

Perturbari animos necesse esse, sed adhibendum, modum quendam, quem ultra progredi non oporteat. 4.Tuscul.

Perturbationes non solum naturales, sed etiam
utiliter à natura datae. vide 4. de Finib. & 1. Of-
fic. de laudibus fortitudinis, & iracundia.

Stoici.

Stoicorum disciplina, (quos Cicer. in Officiis,
Tusc. de Legibus, Paradoxis, de Nat. Deorum,
sequutus est, quorū denique in omnibus ferè libri
plurimas sentētias Latinè expreſſit, à Zenone pra-
fecta est. Zeno enim relicta veteri Peripatetico-
rū, & Academicorū disciplina, multa in philoso-
phia nouauit: Cui mox se Arcesilas opposuit. Alij
etiam Stoicorum disciplinam Academie veteris
correctionem existimabāt. Antiochus enim Sto-
icorum & Academicorum, qui Stoica multa usur-
pabant sectam conciliare voluit, & utrumque
decreta bona conturbauit. Et Cicero ait à Peripa-
teticis & Academicis omnia transtulisse, nomini-
bus aliis easdē res secutos. Et alio loco una de re
esse solum dissentionē, quippe cūm antiqui omnes
quod secundū naturam esset, quo iuuarimur in vi-
ta, bonū esse decreuerint, Zeno nihil nisi quod ho-
nestum esse putauerit bonum. Alij non de termi-
nis, sed de tota possessione contentionem esse aiunt.
Qua de re vide in Antiocho. Dōctissimi viri fue-
rūt, & omnes serè in differēdo prudentissimi: idq;
arte faciebant, tum definiendo, tū partiendo arti-
culatē, & distinctē, erāntq; architecti penē verbo
rum. Iudicandi vias diligenter persecuti sunt, inue-
ciendi artem totā reliquerunt. Subtile praterēd,

BB' iiiij

vel spinosum potius differendi genus sequebatur,
 ut est libro tertio de Finib. qui fere totus est in
 defendenda ea disciplina. Nā contortulis quibus-
 dam & minutis cōclusiunculis quasi punctis, que
 dumeta, & laqueos, & aculeos disputationū Cice-
 ro nominat, conclusdebant hoc pacto. Q uod est be-
 nū, omne laudabile est: Q uod autē laudabile est,
 omne honestum est: Bonum igitur quod est, honer-
 stum est: Et tamen maximē forti, &, ut ita dicā,
 virili ratione vtebantur, atque sententia. Ceterū
 quia vī virtutis mirificè tenebāt, propè absoluti,
 & perfecti, deniq; soli philosophi indicati essent,
 nisi eorū licentia Carneades restitisset. Et ut ver-
 bam ordic⁹ tenētes, qua sibi ex ore euelli nolebāt,
 horridiores erāt in dicendo, sic moribus quoq; du-
 riores euaserāt. Ex omnibus philosophis plurima
 nominauerunt, studiosissimē exquirētes unde ver-
 ba essent ducta, & suo quāmq; rē nomine appell-
 lantes. Q uibusdā etiā nominibus vtebātur, qua
 prima specie admirationē re explicata risum mo-
 nerent. Aegrotationes appellabant ἀγρωστά
 de quibus disputant enucleatē. Bona qua & aliis di-
 cebantur eadem precipua, vel producta dicebāt,
 quibus beatam vitam compleri negant. Item me-
 dia officia, qua cōmuniā sunt, & iate patent, qua
 & ingenij bonitate multi aſequuntur, & pra-
 gressione dicēdi: rectum verò quod appellāt, per-
 fectum atque absolutum esse, & omnes numeros
 habere, nec praeſor sapientem cadere in quēquam

posse, O' μολογίαν quoque conuenientiā dicebāt,
 & ἡδονὴ cōmuni nomine corporis, & animi vo-
 luptatem. Ceterū portēta & flagitia ab his, vt à
 poētis dicūtur, multa cum superstitione solicitudi-
 ne creditur, multa etiā praeclarē, vt ex eorum sen-
 tentiis & praeceptis, quæ acutissimè defendebāt,
 intelligi potest, bæc ferè sunt apud Ciceronem.

Deos esse qui mundū administrent, quiq; cōsu-
 lant rebus humanis nō volat, dicunt prouidentiā.
 2. & 3. de Nat. Deor. & 4. de Finib.

Mundum esse sapientem, habere mentem, quæ
 & se, & ipsam fabricata sit, & omnia modere-
 tur, moueat, regat, &c. in Luc.

Fore vt ad extremum omnis mundus ignescat,
 cum humore cōsumpto neque terra ali poscit, ne-
 que remeet aer, cuius ortus aqua omni exhausta
 non esse poscit. 2. de Nat. Deor.

Mundū natura constare, & administrari, non
 vt gleba cōstat aut fragmētū lapidis : aut aliquid
 huiusmodi ita cōhæredis natura, sed vt arbor, vt
 animal, in quibus nulla cōmeritas, sed orde appa-
 ret, & artus quedā similitudo. 2. de Nat. Deor.

Aerem interiectum inter mare & cœlum Iuno-
 ni nomine consecrari, quæ est soror, & coniux
 Iouis, quod & similitudo est aeris, & cum eo sum-
 ma coniunctio. 2. de Nat. Deor.

Quatuor ex rebus omnia constare. 4. de Finib.
Fato omnia fieri. de Fato. Fatalē autē illam
 necessitatem quam & paucū dicit, esse vt quic-

*quid accidat, id ex aeterna veritate, causarumque
continuatione fluxerit. 5. Tusc. 2. de Di. in Top.
Multa falsa esse, longeque aliter se habere, ac
sensibus videantur. in Luc.*

*Sensus ipsos assensus esse, quos quoniam appeti-
cio cōsequatur, actionem sequi: tolli autem omnia
si visa tollantur. in Luc.*

*Visa quedam mitti à Deo velut ea quae in som-
niis videantur, quæq; oraculis, auspiciis, extis de-
clarantur. In Luc. pautoxū dicitur diuinatio. 3. de
Nat. Deor. 1. de Diuin. 2. refellitur.*

*Non singulis iecorū fossis, aut auium canticis
interesse Deum, sed ita à principio inchoatiū esse
mundum, ut certus rebus certa signa præcurreret,
alia in extis, alia in auibus, alia in fulguribus, a-
lia in ostentis, alia in stellis, alia in somniantium
visis, alia in furentium vocibus. 1. de Diuin.*

*Eos anhelitus terre, qui frigidi sunt, cùm fluere
reperint, rētos esse, cùm autē se in nubem indu-
rint, eiūsque tenuissimā quāque partem cōperint
diuidere, atque disrūpere, idque crebrius facere,
et vehemētius, tum et fulgura, et tonitrua exir-
stere. si autem nubium conflictu ardor expressus
se emiserit, id esse fulmen. 2. de Diuin.*

*Sunt atque natum sit animal, ipsum sibi conci-
liari, et commendari ad se conseruandum, et ad
suum statum, et ad ea quæ conseruantia sunt eius
status diligenda: alienari autē ab interitu, iisque
rebus, quæ interitū videntur afferre. 3. de Finib.*

Plerisq; tamen in principiis naturalibus diligē-
di sui voluptatem non esse ponendam. 3. de Fin.

Diu mansuros animos, cūm corpore excesserint,
sed non semper. 1. Tuscul.

Quae in terris gignuntur, ad usum hominis om-
nia creari, homines autem hominum causa esse
generatos, ut ipsi inter se alij aliis prodeesse pos-
sent. 1. Offic.

Sapientem gratia nunquam moueri, nunquam
cuiusquam delicto ignoscere: nemine misericordē
esse, nisi stultū & leue: Viri nō esse neq; exorari,
neque placari: Solos sapientes esse, si distortissimi
sint, formosos: si mendicissimi, diuites: si servitu-
tem seruant, reges: eos autē qui sapientes nō sint,
fugitiuos, exules, hostes, infanos deniq;. Omnia pec-
cata esse paria. Omne delictū scelus esse nefarium:
nec minus delinquere eum, quā Gallum Gallina-
ceum, cūm opus nō fuerit, quām eum qui patrem
suffocauerit. Sapientē nihil opinari, nullius rei pae-
nitere, nulla in refalli, sententiā mutare nunquā.
pro Murena. Sapientē omnia rectè facere. 4. Tu-
scul. Sapienti etiam ignoto esse amicū. 3. de Na-
tu. Deor. Amaturū, & amorem ipsum, conatum
amicitia facienda ex pulchritudinis specie. 3. Tusca.

Bonū nihil nisi honestū, quo virtus mixta nul-
lam requirit voluptatē, atq; ad bene vivendū, se-
ipsa est cōtentā. 1. 2. 3. de Fin. 5. Tuscul. 3. Offic.

Nullum esse pilum omnibus rebus talēm, qua-
lis si pilum aliis. In Luc.

Voluptatem sublationē animi sine ratione op̄nantis se magno bono frui: nec latitiam, nec gaudium in corpore. 2. de Finib.

Non optabiliōrē, nec magis expetendā beatam vitam, si sit longa, quām si brevis. 3. de Finib.

Non crescere honorū finem. 3. & 5. de Finib.

Finem bonorum in una virtute. 4. de Finib. id est secundum naturam vivere. 3. Off. Quo tria significantur, vnu eiusmodi, vivere adhibent scienciam earum rerum, qua natura evenirent, ut Zeno: alterum vt diceretur officia omnia media, aut pleraque servatē vivere. Tercium omnibus, aut maxemis rebus iis, que secundum naturam sint, fruentem vivere. Vide 4. de Finib.

Si ad illā vitam, quae cūm virtute degatur, ampulla austri gillis accedit, sumpturum sapientem eam vitam potius, quod hæc adiecta sint, nec beatorem tamen fore. 4. de Finib.

Dolorem non esse malum. 2. Tusc. abesse à sapiente & gritudinem. 3. Tusc.

Voluntatem, qua Gracē βολης dicitur, id est appetitio eius quod bonū videatur, ad quod adipiscendū impellit ipsa natura, esse quæ quid cū ratione desiderat. 3. Tusc. Vide initium 4. Tusc.

Et quæ turpia re non sunt, nec verbis esse flagitiosa. 1. Offic.

Modestiam scientiam esse earum rerum, quæ aguntur, aut decenter suo loco collocandarum. Ordinem verò compositionem rerum aptis, & ac-

commodatis locis. 3. Offic.

Urbanitatem esse virtutem. 3. Epist. Famil.

*Omnes esse diuites, qui cælo, & terra frui pos-
sunt.* 7. lib. Epist. Famil.

Nihil esse sapientis præstare nisi culpam. 9. lib.
Epist. Famil.

*Nihil esse obscenū, nihil turpe dictū : Nam si
quod sit in obscenitate flagitiū, id aut in re esse,
aut in verbo: nihil esse tertiu.* 9. lib. Epist. Fam.

Crepitus aqñē liberos, ac ruclus esse oportere.
lib. 9. Epist. Famil.

Fugere non esse sapientis. 15. Epistolarum ad
Brutum.

Sapientem non irasci. 3. de Orat.

Eloquentiam virtutem, ac sapientiam esse.
3. de Orat.

Epicurei.

Epicurus, à quo Epicurei à doctissimis quin-
busq; contépti nominati sunt, homo fuit mol-
lis, & voluptarium, quasi pueri delicate, nihil ces-
satione melius existimās, sine arte, sine literis, in-
sultās in omnes, sine acumine ullo, sine autoritate,
sine lepore, castrus, se cō pugnās, non tam facetus,
quam ad rocamdu liber. Pamphilū quendā Pla-
tonis dīc à se Sami auditū. Ibi enim adolescens ha-
bitabat cum patre & fratribus, quod in eā pater
eius Neocles Agripeta venerat. Sed cūm agellus
eum non satis aleret, iudi magister fuit. Nihil olea
& Academia, nihil ex Lyceo, nihil ne è puerili-

bus quidem disciplinis. In Phisicis Democritum, in quem tamē fuit ingratus secutus est. Cui adiecit per pauca mutans, sed ita, ut ea qua corrigere vult, depravare videatur. Pleraque dicit eadem, atomos, inane, imagines, infinitatem locorum, innumerabilitē mundorum, eorum ortus, & interitus, omnia ferē, quib⁹ naturae ratio cōtinetur. Habet & Nansiphānem magistrū, quod nō negat, omnibus tamē cōtumeliis vexat, metuens ne quid unquā ab aliis didicisse videatur. Nam & Ariſtoteſi, & Phedoni Socratico turpiſſimē maledixit, & Metrodori ſodalis ſui fratrē Timocratē, quia nescio quid in philoſophia diſſentiebat, totis voluminibus cōcidit, & ſapē in ſcriptis gloria: ne eſt ſe magistrū habuisse nullum. Sua quēdam nomina habuit, vt πρόληψις Gracē appellavit, quā ante a nemo eo verbo nominarat, antea cōceptā animo rei quāndā informationē, ſine qua nec intellegi quicquā, nec queri, nec diſputari potest. Eius ſelecte, breuīſque ſententiae, κυριακή δόξα nominaſta ſunt. Eius eſt & titilatiōnis verbū, qua voluptas ſenſibus adhibetur. Et cum certū quendā metum diceret oriri extra pondus, & pligam, cōm declinat atomus inter mallo minimo, id appellat ἀλάχιſor. Icoſoμίας quoque, & equalitem tribuionem dixit eam naturam, que eſt in ſumma illa ut infinitatis, ut omnia omnibus, paribus patria repondeant. Scripsit libros de regula & iudicio, de ſummo bono, de voluptate, qui (ait Cicet 2)

de Diuin.) si corrosus esset, putarem annonam in
macello chariorē sore. Item de sanctitate, de pie-
tate aduersus Deos. Duos & septuaginta annos.
vixisse tradunt. Quae familiares, prater quos non
scerè in cuiusquam manus veniebat, tanti fecerunt,
ut eius imaginem non modò in tabulis, sed etiam
in poculis, et anulis haberent, assererentq; vnu vi-
disse virum, maximisq; erroribus animos homi-
nū liberauisse, & omnia tradidisse, quæ pertine-
rent ad bene, beateq; viuendū: sed plerosq; minus
eo delectari, quod ista Platonis, Aristotelis, Theo-
phrasti orationis ornamenta neglexerit. In Phisi-
cis totus fuit alienus. Dialecticam verò, quod in
ea plane inermis esset, & nudus contemnebat &
irridebat. Tollebat definitiones, nihil de diuiden-
do, ac partiendo docebat, nō quomodo efficiatur,
concludaturque ratio, tradebat: non qua via ca-
ptiosa soluantur, ambigua distinguantur, ostende-
bat. Si enim, inquit, alterutrum cōcessero, aut vi-
eturum cras Epicurum aut non, necessarium esse
necessere erit, cras Epicuru aut vivere, aut non vi-
vtere. Nulla autem est in natura rerum talis ne-
cessitas. In ea Philosophia parte, qua mores con-
formari putantur, cateris volvit riceri acutior.
Cuius sententiae, & precepta sunt huiusmodi.

Deos esse, quod necesse sit prstantem aliquam
esse naturā. 2. de Nat. Deor. quodq; in omnium a-
nimis eorum notionem impressisset ipsa natura.

Anticipationem quantam vocat deorum sine

doctrina, Nonnullis tamen visum est eum, ne in offensione Atheniesium caderet, verbis reliquise deos, re sustulisse. 1. & 3. de Natur. Deor.

Nihil curare deos, nec sui, nec alieni, sed monogrammos & nihil agentes, membris humanis praeditos, sed eorum nullum usum habere. In quo circuitione quadam deos videtur tollere ludens. 2. de Natur. Deor.

Deorum, quos perlucidos, & perflatiles induxit, sedem esse, tanquam inter duo: ludos, sic inter duos mundos propter metum ruinarum. 2. de Diuin.

In Deo opem nullam, neque gratiam. 1. de Natur. Deor. ubi refellitur.

Deum animantem esse, specie hominis, quia sit pulcherrima omnium, nec tamē eam esse corpus, sed quasi corpus, nec habere sanguinem, sed quasi sanguinem. Fugiebat enim individuorum corporum concretionem, ne interitus, & dissipatio consequeretur. 3. de Nat. Deor.

Deos beatos esse & eternis, 2. de Finib.

Deorum opera mundū non esse fabricatum, sed ex atomorum, id est individuorum, & solidorum corporum, quae suo deorsum pondere ad lineā ferrentur (qui est naturalis omnium corporū motus) complexionibus, & copulationibus, & adhesiōnibus inter se, mundum, omnesque partes mundi, quaeq; in eo essent, effici. 1. de Finib.

Solem quasi pedalem, aut bipedalem, posse etiam minorem esse quam videatur, aut maiorem, sed

non

*non multò, ut oculi aut nihil, aut nō multū men-
tiuntur. 2.. Acad. & 1.. de Finib.*

*Nunquā sensus mentiri, sed omnes veros esse, in
iisq; iudicia rerum posita. Quorum si unus semel
in vita mentitus sit, sublatum esse omne iudicium
veri, & falsi. 1.. de Finib.*

*Nullam in natura rerum necessitatem.
Opinionem à perspicuitate sciungendam, quæ
veri conturbat cognitionem. 2.. Acad.*

*Quicquid aut sit, aut fiat, naturalibus fieri, aut
factam esse ponderibus & motibus. 1.. de Finib.*

Pecudis, & hominis idem bonum. 1.. Acad.

*Ali voluntate & dolore, & quæ fugiamus, &
quæ sequamur, referri omnia. 1.. de Finib. & 2..
omnes animi & voluptates & dolores ad corpo-
ris voluptates, & dolores pertinere.*

*Vltimū bonorum in voluptate, idq; sensibus iu-
dicari, & commoueri, ut ne argumentandū qui-
dem de eo sit. 1.. 2.. & 3.. de Finib. Voluptatis autē
verbo significari saporem, & corporū complexū,
& ludos, atque cātus, & formas eas, quibus oculi
succundē moueantur. 2.. Tuscul.*

Summū malum dolorem. 1.. de Fin. & 2.. Tuscl.

Inter voluptatem & dolorem nihil medium.

*Nam omni dolore carere non modò voluptatē es-
se, verum etiam summā voluptatē, eam enim au-
geri, amplificariq; nō posse. 1.. de Fin. & 3.. Tuscl,*

*1.. Non minorē percipi voluptatem ex contemptissi-
mis escis & potionibus, quam rebus exquisissi-*

CC

mis ad epulandum. 3 de Finib.

Cupiditatum tria genera, vnum earum quae esse
sent & naturales, & necessarie, alterū quae na-
turales essent, nec tamen necessaria, terrium, qua
nec naturales, nec necessarie, quarum nec modus
vllus, nec finis inueniri potest. 1. de Finib repre-
hēditur, quod partē in genere numeret. Duo enim
genera esse, naturales, & inanes: naturaliū item
duo, necessarias, & non necessarias.

Non posse iucundē vivi nisi sapienter, honestē
iusteq; vivatur: nec sapienter, honestē, iuste, nisi
iucundē. 1. & 2. de Finib.

Rem definiri non placere. 2. de Finib.

Sapientem semper esse beatum, finitas habere
cupiditates, negligere mortem. 3. de Finib.

Honestum expeti propter voluptatem: qui ne-
gant, eos inani voce sonare, vel, vt est in Tusc. 3.
voces inanes fundere. Sic enim loquebatur.

Parere animum rationi posse, & quò illa du-
cat, sequi. 3. Tuscum.

*Lenationem agritudinis in duabus rebus posi-
tam esse, auocatione à cogitanda molestia, &
revoocatione ad voluptates contemplandas. 3. Tusc.*

Opinionem mali agritudinem esse natura, siue
illud antè prouisum, & expectatum sit, siue inue-
terauerit: neque enim vetustate minui mala, nec
fieri premeditata leniora. 3. Tuscum.

*Naturales diuitias parabiles esse, quòd paruo
esset natura contenta. 3. de Finib.*

Diurnitatem temporis ad beatè viuendum nihil afferre, nec minorem voluptatem percipi in breuitate temporis, quām si illa sit sempiterna.
2.de Finib.

Nullam in sapientem vim esse fortunæ 3.Tuscul. & 2.de Finib.

Magnum dolorem breuem, longinquum leuem,
2.de Finib. & 2.Tusc.

Nec gaudere quēquam nisi propter corpus, nec dolere. 2.de Finib.

A mortem nihil ad nos pertinere, quod sine sensu sit id, quod dissoluitur. 2.de Finib.

Si vratur sapiēs, si crucietur, in Phalaridis au-
ro si erit, dicturum, quām suave est hoc! quām
hoc non curo!

Z E N O:

Zeno Cittius ex Cipro insula Stoicorū prin-
ceps & pater fuit, homo acutus verecundia & libertatem loquendi amans. Is cùm Polemo-
num audisset, nuldeq; subtiliter differeret, & per-
acute moueretur, Peripateticorū fatis copiose &
eleganter constitutā disciplinam corrigere cona-
tus est. Partitionē philosophia in tres partes retin-
nuit. In ceteris sentiebat idē, aliter loquebatur, nō
hīlq; præter nouitatem verborum differebat. Chā-
tamē cur hoc faceret nullā causam fuisse ait Cic.
4.de Fin. ubi de eo multa dicuntur: Si enī ea qua-
dicit ita sentiret, inquit, vt verba significat, nihil
inter eū vel Pirrhonē, vel Aristonem præceptorē

CC ii

interessest: si autem eos non probabat, quid attiniebat
 cum iis, quibuscum re conveniebat, verbis discrepare
 potest? Breuibus & acutulis conclusionibus, quod vel-
 let, efficiebat, similitudinem sapientis, ut visum,
 assensum, comprehensionem & scientiam gestu &
 similitudine manuum distingueret. Nam cum ex-
 tensis digitis aduersam manum ostenderat, visus, in-
 gniebat, huiusmodi est: deinde cum palu digitos
 contraxerat, assensus huiusmodi: tunc cum plane co-
 presserat, pugnusque fecerat, comprehensionem illam esse
 dicebat. Quia ex similitudine etiam nomen ei rei,
 quod ante non fuerat natum, imposuit. Cum
 autem levam manum admouerat, ex illa pugnus ar-
 ete vehementerque coresserat, scientiam talem esse
 dicebat, cuius compotem, nisi sapientem esse neminem.
 Cum eo Academia noue magna rixa fuit. Ma-
 gnam preterea molestiam primus suscepit, & mini-
 me (ut ait Cicero.) necessariam commentiarum fa-
 bularum roddere rationem, vocabulorum cur quid-
 que ita appellaretur, causas explicare. Itaque cum
 Hesiodi Theogonia interpretatur, tollit omnino
 visitatas, preceptasque cognitiones deorum. Denique
 neque Iouem, neque Junonem, neque Vestam, neque quen-
 quam qui ita appelletur, deorum habendum numero,
 sed rebus inanimatis, atque mutis per quadam signi-
 ficationem hae tributa nomina. 2. de Nat. Deor.

Aetherum summum Deum, morte praeditum, qua
 omnia regantur in Luc. 1. de Nat. Deorum.

Quatuor solum initia rerum: quintam Aris

stot. naturam non adhibendam. 2. Academic.

4. de Fin.

Animum ignem. 1. Tusc.

Naturā esse ignē, qua quicqđ genauerit; & mente, atque sensus. Ignē autē artificiosum ad gignēdum progredientem via. 2. de Nat. Deor.

Deum esse mundum, eumqđ animantem, & ratione præditum: nihil enim posse effici ab eo, quod esset expers corporis. 1. Acad.

Sensus iunctos esse e quadam quasi impulsione oblata extrinsecus, quam fortassis nos visum appellemas licet. 1. Acad.

Quae visa sunt, & quasi accepta sensibus, affectionē adiungere animorum, quam esse vult in nobis positam & voluntariam. 1. Academic.

Visis non omnibus adiungendam fidem sed his solū, quæ propriam quandam haberent declarationem earum rerum quæ viderentur. Id autem visum, cùm ipsum cerneret cōprehensibile. Quod cùm acceptum iam, & approbatam esset, cōprehensionem appellari, similem hæc nebula, quæ manu prenderentur. 1. Acad.

Quod erat sensu cōprehensum, id ipsum sensum appellari, & si ita erat cōprehensum, ut cōnelly ratione non possit scientiam: sicut aliter, inscientiam, ex qua existeret opinio, quæ est imbecilla & cum falso incognitoq; communis. Sed inter scientiam, & inscientiam cōprehensionem collocari, eamq; neque in rectis, neque in prauis numerari, sed soli

CC iij

credendum esse. 1. Acad.

Sensibus fidem tribuēdam, quod comprehensio facta sensibus & vera esset, & fidelis. 1. Acad.

Naturā quasi normam scientiae, & principium sui dedisse, unde postea notiones rerum in animis imprimerentur, è quibus non principia solum, sed rationes quadam ad rationem inveniendam vita beperiuntur. 1. Acad.

Errorem & temeritatem, & ignorantiam, & opinionem & suspicionem à virtute sapientia. que remouendam. 1. Acad.

Naturalem legem diuinā esse, eamq; vim obtinere recta imperantem, prohibentemq; cōtraria. 2. de Finib.

Rationem quandam per omnia pertinentē naturam ut diuinam esse. Astris hoc idem tribuendum, tum annis, mentibus annorumq; mutationibus. 1. de Nat. Deor.

Mundum animantem, ratione regi, sapientem, alioqui ex se non posse animantem, cōpotemq; rationis procreare. 2. & 3. de Nat. Deor.

Ipsius mundi, qui omnia complexus suo coēret & continet, naturam non artificiosam solum, sed planè artificem, consutricem, & prouidam utilitatum, oportunitatumq; omnium. 2. de Natura Deorum.

Contra h̄ animum & quasi labi atque conciderē, & ipsam esse dormire. 2. de Diuin.

Omniem vim loquendi in duas diuisam partes

Rhetorica palma, Dialetticam pugno similem.
2.de Finib. & in Orat.

In una virtute, qua est ingenij præstatio, omnia
qua ad beatam vitam pertinent, posita in Luc. 5.
de Finib. 5.Tusc.

Catera autem et si nec bona, nec mala essent, tam
men alia secundum naturam, alia naturæ contraria
sunt ipsis, alia interiecta & media. Vide in Luc.
sub finem. & 4.de Finib.

Esse verum quoddam & simplex bonum, quod
non possit ab honestate sciungi. in Luc.

Sapientem etiam si mendicus sit, non beatum mo-
dum, sed diuitem, semperque beatissimum. 5.de Finib.

Nihil malum, nisi quod turpe & vitiosum sit.
2.Tusc.

Virtutem non posse constare, si in ceteris rebus
esset quicquam, quod aliud alio melius esset, aut
peius. 4.de Finib.

Dolorem asperum contra naturam, difficilem
per se, tristem durum. 2.Tusc.

Perturbationem sive turbam esse auersam à recta
ratione contra naturam animi commotionem, vel
appetitum vehementiorem, qui procul absit à na-
tura constantia. 4.Tusc.

PYTHAGORAS.

Pythagoras Pherecidis discipulus fuit, præstatio
sapietia & nobilitate, summa autoritate, si-
neulla hilaritate. Quicquid atque otium sequens
à regendis ciuitatibus totum se ad cognitionem re-

CC iiiij

rū transstulit. Cūm q; ubi quid esset, quod dici pos-
 set, eō iudicaret veniendum, vltimas terras pera-
 grauit, Aegyptum lustrauit; & Persarum Ma-
 gos adiit, difficiles Barbarorum regiones pedibus
 obiit, multa maria transmisit. Venit etiā Phlun-
 tem, & cum Leonte principe Phliasiorum docte
 & copiose quedam disseruit, nō sine admiratione
 eius ingenui & eloquentiae. Philosophi nomē pri-
 mus inuenit, cūm ante eum sapientes & haberentur,
 & nominarentur, qui in rerū contemplatione
 studia poneret. Inde Superbo regnare in Italiā,
 in qua fuit temporibus iisdem, quibus L. Brutus
 patriā liberauit: tenuitq; magnam Graciam cum
 honore, & dis. iplina, tum etiā autoritate: ac eam
 & priuatim & publicè exornauit præstissimis
 & institutis & artibus. Locus sedesq; ubi vitam
 edidit, in Metaponto est. Doctrina vero cūm lon-
 gè latēq; flueret, Romam permanasse dicitur, id-
 que cūm coniectura probabile esse, tum quibusdā
 etiam vestigiis indicari, ait Cicero. Quis enim
 est, qui putet, cū floreret in Italia, Gracia potētissimus
 & maximis virib⁹ ea quæ magna dicta est,
 in hisq; primū ipsi⁹ Pythagoræ, deinde postea Py-
 thagoreorū tātūm nomen esset, vt nulli alij docti
 videretur, Romanorū ad eorū doctissimas voces,
 aures clausas fuisse? Quin etiā arbitratur propter
 Pythagoreorū admirationē Numam quoque re-
 gem) et si annis permultis ante fuit, quā Pythago-
 rās) Pythagoreum à posterioribus existimat.

Nā cūm Pythagora disciplinā, & instituta cognoscerent, regisque eius equitatem, & sapientiam a maioribus suis accepissent, etates autē & temporā ignorarēt propter vetustatem, enī qui sapiētia excelleret, Pythagora auditorem fuisse crediderunt. Pythagoreos autēs (qui Philosophi Italicī nominātur) carminibus solitos esse dicūt, & precepta quēdam occultius tradere (solebant enim multa celare alienos) & mentes suas à cogitationum intentione, cantu, fidibūsque ad tranquillitatem traducere. Præterea si quid affirmarent in dī spūtādo, cūm ex iis quereretur, quare ita esset, respōdēre solitos, Ipse dixit. Ipse autē erat Pythagoras. Tātū opinio præjudicata poterat, ut etiā sine ratione valeret autoritas. Eius sunt hæ sentētiae.

- Ex numeris, & Mathematicorum initiis proficiisci omnia. 1. Acad.

- Aram deorum sanguine non aspergēdam. 1. de Natura Deorum. vide in Diogene Laer. μεταμόρφωσις.

Animum Deum per naturam rerum omnem intentum & commeantem, ex quo nostri animi carperentur. 1. de Natu. Deor. ubi refellitur. delibatos animos ex uniuersa mente diuina. de Sen.

Tum maximē pietatem, & religionem versari in animis, cūm rebus diuinis operam damus. 2. de legibus. 1. in Acad.

- In iussu Imperatoris Dei de præsidio & statione vita non decadendum. 2. de Leg.

Ad harmoniam canere mundum. 1. de Nato.
Deor. vide Som. Scip. & trist. 2. de Cœlo.

Qui ceteris omnibus pro nihilo habitis, eorum naturam studiose intuerentur, sapiëtia & studiosos, id est, Philosophos. 3. Tusc.

Summa sapientia rebus nominai imponere.
4. Tusc. Plato in Crat.

Ad dormiendum, quo in somniis rectiora videamus, preparato quadam cultu, atq; victu proficiisci oportere, fabaque abstinere quasi eo cibis mens, non venter infletur. 2. & 4. de Dñin.

S O C R A T E S.

IN Socrate virtus quedam Zopirus ex eius forma notauerat. *Quæ tamen ipse ratione ita decedit, ut sanctissimè vixerit, doctusq; plane ac omnibus etiā Appollinis oraculo sapietissimus iadicatus fuerit, omniūq; eruditoruū testimoniuū, ait Cicero, & totius iudicio Gracie, cum prudentia, & acumine, & venustate, & subtilitate, tū verò eloquētia, varietate, copia quam se cunq; in partem dedisset, facile princeps. Archelaum Anaxagorae discipulum audiuit. Diuitias ita cōtempſit, ut in paupera, cum magna vis auri, argentiq; ferretur, dixerit, quām multā nō desidero! Nudis pedibus, nīisque durissimis, ferè semper erat. *Quæ fidibus docuit senectute ferè confectū nobilissimus fidicen, qui Conus vocatus est. Dicendi exercitationem exagitauit, atq; contēpsit: cuius tamē sermones ab iis, qui illum audierūt, cum ipse nullam**

literā reliquisset, prescripti variè copioseq; Cicerō ita studiosē legit, vt cum eo vixisse sibi viderō dicat. Dixit pleraque mirabilia, Stoicorum, quæ paradoxa nominantur, primisq; à rebus oculis et ab ipsa natura involutis, (vt sunt numeri, motusque, et unde omnia oriātur, quōne recedēt, syderis magnitudines, interwalla, cursus & cuncta celestia) in quibus ante eum philosophi occupati fuerunt, auocauit Philosophiam, & ad vitam cōmunem adduxit, vt de virtutibus, et vitiis, omninoq; de bonis rebus, et malis quereret: cœlestia autē vel peul esse à nostra cognitione cœseret, vel maximē cognita essent, nihil tamen ad benē viuendū conserue, ob eāmq; causam eum aiunt Philosophiā de cœlo devocasse, & in domos introduxit. In oībus ferè sermonibus, qui à Platone, & Xenophonte, & Eschine prescripti sunt diligenter, ita disputat, vt nihil affirmet ipse, refellat alios, nihil se scire dicat, nisi id ipsum eōq; prastare ceteris quodd illi qua nesciant scire se putent: Ipse se nihil scire id vnum sciat, ob eāmque causam se arbitrari ab etpolline omnī sapientissimum esse dictum, quodd bac esset una sapientia, non arbitrari se scire quod nesciat. Quæc cū diceret constanter & in sensibilitate permaneret, omnis eius oratio tum in veritate laudanda, & in omnibus hominibus ad virtutis studium cohortandis consumebatur, perfec̄tum sibi opus esse ratus, si quis satis esset concitatus sua cohortatione ad studium cognoscenda,

percipiēde; virtutis. *Q*uibus enim id persuasum
esset, ut nihil mallēt se esse, quā bonos viros, iis re-
liquam facilem esse doctrinam. Sophistarum, quā
arrogantibus sane verbis docere se profitebātur,
quēadmodum causa inferior fieri superior posset,
opiniones percontando & interrogando (ut ex
Platone intelligi potest) elicere solebat, ut ad ea,
quae hī respondissent, si quid videretur, diceret, de
omnibus disputans. Hac enim ratione contra al-
terius opinionem differendi facillimē, quod veris
simum esset, jueniri posse iudicabat. Xatippe eiusa
vxor prædicare solita est eodē vultu semper se vi-
dissē excentem illum domo & reuertentem. Cūm
enim mentis, à qua is fingitur, nulla fieret muta-
tio, erat quoque semper idem vultus, eadēque
frous. Inductione, quae ex pluribus collationibus
peruenit quō vult, quaq; Græcē ωρεγγων̄ no-
minatur, plurimum est r̄sus in sermonibus, & so-
cietatibus: faceta etiā et elegāti ironia dissimulā-
tiāque longē omnib⁹ preslitit. Homo enim minū
mē ineptus, & idem etiā facetus, cūm de sapientia
disputaretur, hāc sibi ipse detrahebat, eis tribuere
illudēs, qui eā sibi arrogarēt, ut apud Platōnē in
cœlū fert laudib⁹ Prothagorā, Hippiam, Prodīn
eum, Gorgiā, & ceteros: se autē omniū rerū insciā
fingit & rudem. Dicūtur ab eo dissociati disertā
doctis, & deinceps à Socratis onerib⁹ Philosophi
eloquentiam despexisse, oratores sapientiā: hincq;
dissidium illud extitisse quasi lingue arg; cordis;

ut alij nos sapere, alij dicere docerent. Scelere tamen et enuitate iudicatum in carcerem collectus est, in qua nec patronum quasuit ad iudicium capit, nec iudicibus supplex fuit (quorum magister et dominus videbatur esse potius quam supplex aut reus) adhibuitque liberam contumaciā, à magnitudine animi ductam, non à superbia, et superemo vita die de immortalitate animorum multa differuit, et paucis ante diebus, cum facile posset educi è custodia noluit, cumq; penè tam manus mortiferum illud teneret poculum, locutus ita est,

ut non ad mortem trudi, verum in cælum videatur ascēdere. Critoni vero suo familiari dixit sibi post tertium diem esse moriendum: vidisse enim in somnis pulchritudine eximia fæminam, que se nomine appellans diceret Homericum quendam eiusmodi versum.

Tertia te Phœbe tempestas lata locabit.

Quod ut est dictum, sic scribit Plato cotigisse. Vide de Sepul. et Lysia oratione in Apoph. Huius fere decreta sunt hæc apud Cic.

Animos hominum esse diuinos, eorumq; duplex cursus è corpore excedentium. Impius quoddam iter esse seclusam à cœilio deorum: bonis vero et castis ad deos, à quibus essent profetti, facilem redditum patere. I. Tusc. et de Amic.

Bonos beatos, improbos miseros. 5. Tusc. Vide Apoph.

Bonorum viam beatam. 5. Tusc.

Inter Alcibiadē summō loco natum, & quem
uis bāulum, nisi virtutē haberet, nihil interesse.

3.Tuscul.

Vtilitatem à natura non esse sciungendam.
2.de Leg. & 3.Offic.

Voluptatem nullo loco numerandam. Cibi com-
dimentum esse famem, potionis sitim... de Finib.,
& 5.Tusc.in Apophth.

Omnis in eo, quod scirent, satis esse eloquentes.
1.de Orat.

P L A T O.

Platon Iſocratis fuit equalis. Homo varius &
multiplex ex copiosus, doctius & plane sa-
piens ac diuinus, magna verecūdia, singulari elo-
quētia, & suauitate orationis, qua promissa est fis-
tura, cū illi in eunis parvulo dormiēti apes in la-
bellis cōsedissent. Vnde ex Iouē aiunt Philofophi,
si Græcē loquatur, sic loqui, & eum non dicēdi so-
lū, sed etiā intelligendi grauissimum autorē &
magistrum multis locis Cicero vocat. Quē tanti
fecit, ut Deum & principem Philosophorū credi-
derit, & cūm eo errare maluerit, quam cum aliis
benē sentire, eius ipsa solū autoritate fretus. Ab
eo etiam qui disfidēt, plebeios & minutos esse Phi-
losophos putat. Ob eāmq; causam à Platone tan-
quam sancto augustoq; fonte multa de benē, bear-
tēque viuēdo praecepta cōmodè mutuatus, Latine
explicauit. Se i musicis, geometria, numeris, astris
fere cōtrivit, in quibus enim fuit prestatissimus.

Aegyptum peragranuit, ut à Sacerdotibus barba-
 ris numeros, & caelestia acciperet, post Tarentum
 ad Architā, Italiā ad eateros Pythagoreos, Ete-
 roatem, Timaum, Acrionem, Locros, ut cùm So-
 cratem expressisset adiungeret Pythagoreorū di-
 sciplinam, eāq; quæ Socrates repudiabat, addisce-
 ret. Dionem Syracusium & Demosthenē doctri-
 na expoliuit. Remp. non attigit, quia cùm offen-
 disset populum Atheniensem propè iā despiciēto-
 senecitate, cùm q; eū nec persuadendo, nec cogendo-
 regi posse vidisset, cù persuaderi posse diffidet,
 cogi fas esse nō arbitrabatur. Nouā quandā fin-
 xit in libris ciuitatem: vñq; eò illa qua dicenda de-
 institutia putabat, à vita consuetudine, & à ciuita-
 tum morib; abhorrebant. In ceteris, qui dialogi
 dicūtur (in quib; locutio & si absit à versu tamen
 quod incitatus feratur, & clarissimis verborū lu-
 minibus vtatur, potius poëma putāda, q; comicorū
 poëtarū) nihil affirmatur, & in vtranq; partem
 multa differuntur, de omnibus queritur, nihil certi-
 dicitur, omnib; ferè Socrates exprimitur. Iniqui-
 tate Dionysij Sicilia & Tyrāni, cui se cōmiserat, in
 maximis periculis, insidiisq; versatus est. Tādem
 verò vno & octogesimo anno scribēs mortuus.
 Ab eo vna & consentiens duobus vocabulis Philoso-
 phiae forma instituta est. De qua diximus in Aca-
 demicis, & Peripateticis. Huius ferè decreta sunt
 hac à Cicer. notata. ἀσώματοι, id est, sine cor-
 pore vlo. 1. de Nat. Deor.

Opificem, adificatoremque mundi de Vni.

Patrem huius mundi, quicquid sit, omnino inquirendum non esse. 1. de Nat. Deor.

Deum.

Donis ab impiis non esse placandum, cum vir nemo probus ab improbo se donari velit, 2. de Leg.

Casta dona Deo cōsecranda. Vide 2. de Leg.

Ex materia in se omnia recipiente mundū esse factum à Deo sempiternum. In Luc.

Mentem, ideam solam cui crederetur, quia sola cerneret id, quod semper esset simplex, & unius modi, & tale quale esset. 1. Acad.

Duos esse motus, unum suū, alterum externum, quæ sua sp̄ote moueātur, diuiniora esse. Animus seipsum mouere, nec vñquam desinere moueri, sed esse ceteris quæ mouētur, sōtem & principium mouendi, & proinde immortalem, & eternum. Som. Scip. & 1. Tusc. 1. de Nat. Deor. de Senect.

Animi duas esse partes: alteram rationis participem, alteram expertem. In parte rationis ponit, Pythagoram secutus, tranquillitatē id est placidam, quietāmque cōstantiam. In illa altera motus turbidos, tum ire, tum cupiditatis contrarios, iūnicōsque rationi, qui Græcis zōdī dicuntur, nostris perturbationes. 4. Tusc.

Animam triplicem esse: cuius principatus, id est ratio in capite sicut in arce, ira in pectore, cupiditas subter præcordia. 1. Tusc.

Philosophandi rationem triplicē, vnam de vita & mo

Et moribus: alteram de natura, et rebus occultis, tertiam de differendo. 1. Acad.

In idem, quas recte species, aut formas possumus dicere, quiddam esse diuinum. 1. Acad. eas non gigni, sed semper esse, et ratione, et intelligentia contineri. 1. de Orat. cetera, quod orientur et intereant, non esse. 1. Tusc.

Mundum sempiternum, animantem, beatum et rotundum, quod ea forma nulla sit pulchrior: Deum item, et caelum, et astra, et terram, et aerem. 1. de Nat. Deor.

Omnem doctrinam ingenuarum, et humana- rum artium uno quodam societatis vinculo conti- neri. 3. de Orat.

Memoriam recordationem esse superioris vite, et discere nihil aliud quam recordari. 1. Tusc. Et de Senect.

Titanum est gerere eos, qui ut illi caelestibus, sic hi aduersantur magistratibus. 3. de Legib.

Quaecunque mutatio morum in principibus ex- titerit, eandem in populo fecuturam. 3. de Legib. Et 1. Epist. Famil.

Eis qui Reip. præfuturus sit, duo tenenda, unum, quicquid agitur, ad utilitatem ciuium referendum: Alterum totum corpus Reip. curandum. 1. Offic.

Naturales quasdam esse conversiones Rerump. 2. de Diuin.

Philosophos in veri inuestigatione versari, et os- que iustos. 5. Tusc.

Nihil prater virtutem bonum. 5.Tusc.
Oculorum sensum acerrimum. 2.de Finib.
*Poëtas ex ciuitate eiiciédos, quod neruos omnes
 virtutis elidant.* 2.Tusc.

Bonos beatos, improbos miseros. 5.Tuscul.
*Sapientem effici neminem, si bis in die saturus
 fiat, nec vñquam pernoctet solus.* 5.Tusc.

*Nihil tam effluere in animos teneros atq; mol-
 les, quam varios canendi modos.* 2.de Leg.

*Musiconū cantibus mutatis, mutari ciuitatum
 status.* 3.de Leg.

*Zusta funerum ad interpretes religionum perti-
 nere, sepulchrorum nullam partem ex agro culto,
 eoue, qui colis possit, sumendam.* 2.de Legib.

*Sic ad somnum proficiscendum corporibus affe-
 citis, ut nihil sit, quod errorem animis, perturba-
 tionemque afferat.* 1.de Diuin.

Voluptatem malorum escam. de Senect.

Vim neque parenti, neque patrie afferendam.
 1.Epiſt.Famil. Vide reliqua in Apophth.

A R I S T O T E L E S.

ARISTOTELES Stagirites longè omnibus (Pla-
 tone excepto) et ingenio, diligentia præstans,
 in rebus vel iuueniendis, vel iudicandis acerrimus,
 admirabili quadā scientia & copia, ceterorū stu-
 dia restinxit. Platonis alumnus fuit. A quo tamen
 uno (ut quidam aiunt) dissentiens in tertio Phi-
 losophiae libro multa turbauit: modo enī menti tri-
 buere omnem diuinitatem, modo alium præfecisse

mundo, ei q; eas partes tribuisse afferunt, ut replicatione mundi quadā motum regat, at q; tueatur: tum cœli ardorem Deum esse dixisse, cūm non intelligeret cœlū mundi esse partem, quem alio loco designarit Deū, et primum eas species, quas mirificè magister Plato erat amplexat⁹, labefactasse. Veteres Philosophos accusans qui existimassent Philosophiam suis ingenii esse perfectā, dicebas eos aut stultissimos, aut gloriosissimos fuisse, sed se videre, quod paucis annis magna accessio facta esset, brcwsi tempore Philosophiā planè absolutam fore. Itaque vita degendæ ratio maxime quidem illi placuit quieta, in contemplatione, & cognitio ne posita rerum: que quia deorū erat simillima, sapiente visa est dignissima, atque ius de rebus et splendida est eius & illustris oratio. Duo genera eius librorum sunt, unum populariter scriptum, quod ἐξωτερικὸν appellatur, alterū limatus, quod in commentariis relictum est. Persecutus est omnium animatum ortus, vietus, figuratum omnium fere ciuitatum non Gracia solū, sed etiam Barbaria mores, instituta, disciplinas: qualem in Repub. principem esse conueniat, qui esset optimus Reip. status docuit, omnēmq; hinc ciuilem locum post Platонem principem illustrauit. Grauiter & verè eos reprehēdebat, q; has effusiones pecuniarū nō admirarentur, quae sumit ad multitudinem deli niendā. Tādem verò cū florere Isocratē (cui paulò infensus adversatus fuisse videtur) nobilitate

DD ij

discipulū rū videret, quòd ipse suas disputationes à causis forensibus & ciuilib⁹ ad maiorem sermonis eloquuntur transulisset, mutauit repente totā formam propè disciplinæ suæ, versumq; quenquā de Philotecte paulò secus dixit. Ille enim turpeſi-
bi ait esse tacere cū Barbaris, hic autē cū Isocra-
tem pateretur dicere. Itaq; ornauit, & illustrauit
doctrinam illā omnem, quam pomeridianis horis
docebat, rerū m̄q; cognitionem cum orationis exer-
citatioſe cōiunxit. De Rhetorica scripsit accura-
tē, eiusq; originem sic docuit. Cūm sublati in Si-
cilia Tyrānis res priuata longo intervallo iudiciorū
repeterentur, tū primū (quod effet acuta illa ḡs,
& cōtrouersa natura) artem et præcepta Syculos
Coracem, & Tysiam cōscripsisse. Nam antea fo-
litū neminem via nec arte, sed accuratē tamen ea
de scripto plerōsq; dicere scriptasq; fuisse & para-
tas à Protagora rerū illustriū disputationes, qua-
nunc cōmunes dicūtur loci. A principe igitur illo,
atque inuentore Tysia veteres artis scriptores re-
petitos vñū in locū cōduxit, & nominatim cu-
iisque præcepta magna cōquisita cura cōscripsit,
atq; enodata diligenter exposuit: ac tātū ipsiſis in-
uentoribus suauitate, & breuitate dicendi preſtit-
tit, vt nemo illorū præcepta ex ipsorum libris co-
gnoscat, sed omnes, qui quòd illi percipiānt, ve-
lunt intelligere, ad hunc quasi ad quendam mul-
tō commodiorem explicatorem reuertantur.
Huius mos in docendo fuit, vt adolescentes non

ad Philosophorum morem tenuiter differende, sed ad copiam R̄hetorum in vtrāq; partem, vt ornatius & vberius dici posset, exerceri. Idémq; vt in omni causa duas cōtrarias rationes explicaret: locos (sic enim appellat) quasi argumentorū notas, tradidit, vnde omnis argumētatio, & ad Philosophorum disputationem, & ad hanc, qua in causis vtimur, inueniretur. Quo factum est, vt Philip-pus R̄ex sapientissimus hunc filio suo Alexandro doctorē acceperit, à quo eodē ille et agēdi accipe-ret praecepta, & eloquendi. Cū vero argumētādī genus, quod per ratiocinationē expolitur, summē ab eo esset frequentatum poste à Stoici, qui Diale-tici dicūtur, spinosiora multa pepererūt. Cicero-nis temporib⁹ ab ipsis philosophis præter admodū paucos ignorabatur. Quos in Topicis reprehēdit Cicero, quòd non modò rebus his, quæ ab illo di-cte, & inuentæ sunt, allici debuerunt, sed dicendi quoque quadam cùm copia, tum etiam suauitate. Huius sunt decreta hæc notata à Cicerone.

Deos esse huius mundi moderatores. 2. de Na-tura Deorum.

Mundum non esse ortum, quod nulla fuerit no-suo consilio inita tam præclari operis incæptio. In Luc. 4. & 1. Tusc.

Quintum esse genus vacans nomine, è quo sint astra, mentesq; singulares, quatuor elementorum dissimile. 1. Acad. 1. Tusc.

Animum ἵττλεχιαν novo nomine, id est,

DD ij

quandam continuatam & perennem motionem.
1. Tusc. Vide 1. de Diuin. de Animo in Eudemō
Somnio.

*Quae mouentur aut natura moueri omnia, aut
vi, aut voluntate. 2. de Nat. Deor.*

*Ortum quorundā animalium in igne vel athe-
re, quod sit ad gignenda animalia aptissimus.
2. de Nat. Deor.*

*Somnia fieri ex reliquis inherentib⁹ earū rerū,
quas vigilans gesseris, aut cogitaris. 2. de Diuin.*

*Omnes ingeniosos, melancholicos, habere etiam
aliquid in animis praesagiens ac diuinum. 1. Tusc.*

*Apud Hypanem fluvium, qui ab Europa par-
te in pontum influit, bestias quasdam nasci, quo
rum diem vivant. 1. Tusc.*

*Cruces cum loca calidiora petentes maria trāf-
mittunt, trianguli formā efficere: eius enim sum-
mo angulo aërem ab aduerso pelli: deinde sensim
ab retroque latere tanquam remis, ita pennis cur-
sus animi lenari. 2. de Nat. Deor.*

*Omnia quae secundū naturā sint bona: quae au-
tem contrā mala. Divitias, bonum. 4. de Finib.*

*Honestatem non solum experendam, sed omni
potere grauiorem esse habendam, quam reliqua
omnia. 3. Offic.*

*Virtutem ad supplicium cum beata vita in tali
rum descendere. 3. Tusc.*

*Rhetoricam quasi ex altera parte responderē
dialectica. in Orat.*

*Tribus in generibus rerum versari rhetoris
efficium, demonstratio, deliberatio, iudiciale,
i. de Inventione.*

In deliberatione finem esse utilitatem. 2. de Inven.

*In oratione numerum, non versum esse debere.
in Orat.*

Qui pedes seruandi sint, vide ibidem.

*Eam figurā, quam Rhetores Hypallagen ap-
pellant, metonymiā grāmatici, ut cūm pro Afris
immutamus Africam, translationi subiungi, &
abusionem, quam catacrīsim vocauit, ut cūm mi-
nutum dicimus animum pro parvo. in Orat.*

S P E V S I P P V S.

*S*pusippus à Platone Avunculo relictus est.
*Quasi philosophie hæres, cūm Xenocrate in
Academia. Censuit vim quandā esse, qua omnia
regantur, eāmq; animalem, voleus euellere ex a-
nimis cognitionem deorum. 1. de Nat. Deor.*

X E N O C R A T E S.

*Xenocrates Aristotelis discipulus de Natu-
ra Deorum libros scripsit, in quibus nul-
la species diuina describitur. Tantopere virtutem
exaggerauit, & extenuauit cetera, & abiecit,
ut inde philosophorum grauiſſimus sit habitus,
cūm tamen esset hebes & tardus ingenio. Hinc
ciues eum testimonium dicentem iurare prohibue-
runt. Vide eius Apotheg. Huius verò hæc sunt
præcepta.*

Nullam esse animi figuram & quasi corpus,

DD iiiij

verum numerum, cuius vis natura maxima esset.

I.Tuscul.

In virtute non beatam modò vitam, sed etiam beatissimam. 5.Tuscul.

Deos esse octo : quinque eos, qui in stellis vagis nominatur: unum qui ex omnibus syderibus, quae infixae cœlo sunt, ex dispersis quasi membris simplex sit putadus Deus: septimum solem: octauum Lunam. 2.de Nat. Deor.

P O L E M O.

Polemo Atheniensis cum in adolescentia voluptuarius esset & impudicus, Xenocratis oratione de temperantia seipsum collegit, & cum postea est insequutus. Disputauit cum Zenone summumque bonum esse dixit secundum natum vivere, finiri tamen adiuncto aliquo. Vide 4.de Finib.

C R A N T O R.

Crantor Solensis, Xenocratis auditor, Pameleonisq; socius iudicando fuit, in vetero Academia vel imprimis nobilis. Scripsit de luctu aureolum, & ut Tuberoni Panatius præcepit, ad verbum ediscendum libellum, ubi illud erat Terineum quendam Elysium, cum grauiter filij mortem mœreret, venisse ad Psycomanlium querentem quæ fuisset tanta calamitatis causa, huic tabulis tres huiusmodi versiculos datos.

Ignaris homines in vita mentibus errant:

Euthynous potitur fatorum munere lato.

Sic fiet vtilius finiri ipsi; tibiq;.

Nullam posse esse indolentiam tenuit. Nam istud nihil dolere: immanitatis in animo, stuporis in corpore. 2. Tuscul.

CHRYSIPPVS.

Chrysippus Solensis Cleathis discipulus, homo fuit acerrimo ingenio, qui fulcire porticus Stoicorum dictus est, in quibus ab eo nihil praetermissum putabatur. Notus enim ille versiculus.

Ei μὴ γένεται πάθος, καὶ οὐκ ἔσοδος.

Contra Academicos & Aristonem de summo bono diligentissime disputauit. De quo putabat tres solas esse sententias, qua defendi possint: aut enim honestatem esse finem honorum, aut voluptatem, aut utrumque. Nam qui dicant summum bonum id esse si pacem omni molestia, eos inuidiosum nomine voluptatis fugere, sed in vicinitate versari. Quod facere eos etiam, qui illud idem, cum honestate coniungerent: nec multò secus eos, qui ad honestatem primā naturā commoda adiungeret. De voluptate autem cum honestate nō magnam cum ceteris habuit cōtentionem. Multum operæ, consumebat dum morbis corporum compararetur morborum animi similitudo. Cū m̄q; de perurbationibus animi disputaret, magnam partē in iis partiendis, & definiēdis erat occupatus. Illa sicut ceterorum Stoicorum per exigua oratio erat, qua mederetur animis nec eos turbulentos esse patetur. Studiosè omnia cōquisiuit contra sensus, &

perspicuitatē, conerāq; omnem consuetudinē, contraq; rationē. In quo quāri solabant Stoici ipsum sibi respondentē inferiorem fuisse, & inde armatum Carneadē. Totam de diuinatione duobus libris explicauit sententiā, vno preterea de somniis, vno de oraculis, quae innumerabilia collegit, nec ullū (ut erat in omni historia curiosus) sine locuplete autore, atq; teste. Stoicorū etiam somniorum vaferimus interpres fuit, & de Natura Deorum libros scripsit: quorū argumenta sunt. 1. & 2. de Diuin. Præterea de legibus. Ex quib⁹ tota de lege Ciceronis disputatio sumpta est, tametsi Platoni exemplo de legibus differetur. Deniq; de Rhetorica, sed sic (ait Cicero) ut si quis obmutescere cōcupierit, nihil aliud legere debeat. De dialecli- eis ab eo maximē est elaboratum. In quib⁹ quādā proponebat, que ne ipse quidē potuit dissoluere: Quale illud est. Si dicas te mentiri, verūmq; dicas: mentiris: dicas autē te mentiri, verūmq; dicas: men- tiris igitur. Ad dissoluendas captiones Soritarum volebat aliquātō prius, quā ad multa perueniat, quiescere, nec ultra progredi, quod στοιχεῖα dicitur. In hac Stoicorū arte, quae Ciceronis etate flor- rebat, parum inter hunc & Diodorum conuenie- bat, vt Cicero scribit in epistola quādā ad Var- ronem. Diodarus enim id solum fieri posse dicebat quod aut esset verum, aut futurum esse verum, vt quicquid futurum esset, id fieri necesse esset, quic- quid futurū nō esset, id fieri nō posset. Chrysippus

autem quæ nō sunt futura, posse fieri, ut frāgi hæc
gemma, etiam si id nunquā futurum sit, neq; ne-
cessē fuisse Cypsellum regnare Corinthi, quanquā
id millesimo antē anno Apollinis oraculo editum
esset. Contagionem etiam probabat, rerum conue-
nientiam ex coniunctione naturæ, & quodā tan-
quam contactu, cūm ipsa rerum natura cōtinua-
ta sit & cohærens, οὐ πολλαὶ Græci vocant. Ita.
que fati assertor, volūtatis libertatem retinebat.
Fatū enim non ex necessariis causis & princi-
palibus nec̄ti, sed ex iis qua præcurſionem affe-
runt, & antecessionem, sine quibus res effici non
possit. De quo sic Cicero de Fato. Cū, inquit, duæ
sententia fuissent veterum philosophorum, qui cē-
serent omnia ita fato fieri, ut id fatū vim neces-
sitatis afferat, in qua sententia Democritus, He-
raclitus, Empedocles, Aristoteles: altera eorum
quibus viderentur sine ullo fato esse animorū mo-
sus voluntarij. Chrysippus tanquā arbiter hono-
rarius, medium se ferre voluit, sed applicat se ad
eos potius, qui necessitate motus animos liberatos
volunt. Dum autem verbis rūtitur suis, delabitur
in eas difficultates ut necessitatem fati confirmet
inuitus. Itaque astuans laboransque orationis ge-
nus insolens, & ignotū Medicis, Geometris, & re-
liquis sequebatur, negationes infinitarum coniun-
ctionem potius, quā infinita connexa ponens, hoc
modo. Nō & natus est quis oriente Canicula, &
is in mari morietur. In Ceramico statua eis erat

sed etis porrecta manus. Quae manus significabat illum in hac esse rogatiuncula delectatū. Nū quid nam manus tua sic affecta, quemadmodum nunc est, desiderat? nihil sane. At si voluptas esset bonum, desideraret. Ita credo. Non est igitur voluptas bonum. Praecepta ab eo sunt eiusmodi.

Deū homine meliorē, quod res cœlestes, omnesq; quarū est ordo sempiterinus, cōsacerit, que ab homine confici non possunt. 2. & 3. de Nat. Deor.

Mundo vndique perfectio inesse mentem & rationem, & propriam virtutem, & proinde sapientem, & deum. 2. de Nat. Deor.

Vim diuinam in ratione esse positam, & universæ naturæ animo, atque mente, ipsumq; mundum deum esse, & eius animi fusionem vniuersam, tum eius ipsius principatum, qui in mente & ratione versetur, communemque rerum naturam vniuersam, atque omnia continentem, fatalē umbrā ob necessitatem rerum futuram: ignem præterea, & eum, quem antè dixi & athera: tum ea qua natura fluenter, atque manarent ut aquam, & terram, & aera, Solem, Lunam, sydera, vniuersitatēq; rerum, qua omnia contineantur, atque homines: etiam eos, qui immorta. &c. vide 2. de Diuin.

Diuinationem esse vim cognoscēt̄, & vident̄, & explicant̄ signa, que à Dīs hominibus portendantur. officium autē eius esse, prænosce-re. Dī erga homines mēte qua sint, quidq; signi-

ficient, quemadmodumque ea procureretur, atque expiarentur. 2.de Diuin.

Somniorum coniectionem esse vim cernentem, & explanantem quae à diis hominibus significentur in somnis. 2.de Diuin.

Ad hostium diligendam ducem esse vim quādam sentientem, atque diuinam, quae tota mundo confusa sit. 2.de Diuin.

Animantium alias corpore excellere, alias autem animo, nonnullas valere utraque re. Cum autem homo in eo genere sit, ut ei tribuatur animi excellētia, summum bonum esse non excellere animo, sed uti nihil esse prater animum. 4.de Finib.

Catera nata esse hominum causa, & deorum: eos autem communitatis, & societatis sue, ut bestiis homines uti ad utilitatem suam possint sine iniuria. Qui id conseruaret, eum iustum, qui migraret iniustum fore. 2.de Finib. & 3.de Nat. Deorum.

Fruges atque fructus, quos terra gignit, animalium causa, animantes item hominū: Hominem autem ortum ad mundum contemplandum, & imitandum, nullo modo perfectum, sed quandam particulam perfecti, id est mundi. 2.de Natura Deorum.

Sui animali ne putreficeret, animam ipsam pro sale datam esse. 2.de Nat. Deor.

Aegritudinem λύπην, quasi λύσιν, solutionem totius hominis appellari. 3.Tusc.

Ad recentes quasi timores animi remedium nō adhibendum. 4.Tuscul.

Fortitudinē esse scientiā perferēdarum rerum, vel affectionē animi in patientio, vel perferendo, summae legi parentem sine timore. 2.Tusc.

Quod prouisum ante nō sit, id fieri reprehēcius. 3.Tuscul.

Detracta utilitate, ne digitum quidē bona famae vel gloria causa porrigendum esse. 2.de Fin.

Omnia vera in pr̄teritus necessaria. de Fato.

Non valere in omnibus. Si quod primum in cōnexo est, necessarium est, fieri etiā quod consequatur, necessarium. de Finib.

Fato omnia fieri. vide ibidem quibus rationibus utatur.

Omnem enunciationem, aut veram, aut falsam esse. de Fato.

In rebus quedam simplicia, quedam copulata. Simplex esse, morietur eo die Socrates, copulatum & cōfatale, nasctetur Oedipus Laios, quia ita fatum sit & concubitum cum uxore Laios, & ex ea Oedipum procreaturum. de Fato.

Causarum alias perfectas & principales, alias adiuvantes & proximas. de Fato.

THEOPHRASTVS.

Theophrastus à diuinitate loquendi nomen inuenit, multa enim diserte copioseq; dixit vir & oratione suavis, & ita moderatus, vt p̄ se probitatem quandam & ingenuitatem ferret,

Institutus ab Aristotele locum ciuilem quem
 πολιτικὸν dicimus, illustrauit, & de magistratis
 multa quæsiuit subtilius. Achenis vixit, unde
 cùm percontaretur ex anicula quadā quanti ali-
 quid renderet, & respōdisset illa atque dixisset,
 hospes non posse minoris, tulit molestè se nō effu-
 gere hospitus speciem, cùm Athenis etatē ageret,
 optimeq; loqueretur. De libris eius sic accepimus.
 Primum tractauit locos ab Aristotele antè tra-
 tatos. Stirpiū naturas omniumq; ferè rerum, quæ
 è terra gignerentur, causas atque rationes perse-
 cutus est, qua ex cognitione facilior facta est in-
 vestigatio rerū occultissimarum. De beata vita li-
 brū scripsit, & de diuinitate, in quo multa præclare,
 illud absurdè. Est enim multis in laudanda ma-
 gnificentia & apparatione popularium munera,
 taliumque sumptuum facultatem fructum diuini-
 tarum putat: rectè laudata est hospitalitas. ca-
 terum taxatus est & libris & scholis omnium
 philosophorum, quòd in Callistene laudarit il-
 lam sententiam. Vitam regit fortuna non sapien-
 tia. Callistenes autem illi sodalis erat. Cuius in-
 teritum deplorans, rebus Alexandri prosperis
 angebatur. Itaque dicebat Callistenenem incidisse
 in hominem summa potentia, summique for-
 tuna, sed ignarum quemadmodum rebus secundis
 rati conueniret. In eo etiam inconstantia nota-
 tur, quod modò menti tribueret diuinum p̄cipia-
 tum, modo cælo: tū signis, sideribusq; colestibus.

Et cùm statuisset verbera, tormenta, cruciatus, patria eversiones, exilia, orbitates, magnā vim habere ad male misereq; vivendū, nō est ausus elatè, & amplè loqui, cùm humiliter, demissèq; sentiret. Quam benè nō queritur, constanter quidē certè, ait Cicero. Tauriscum quedā dixit actorem aduersum solitum esse dicere, qui in agendo contuens aliquid pronunciaret. Tandem moriens accusasse naturam dicitur, quod cervis, & cornicibus vitā diuturnā, quorum id nihil interesset, hominibus, quorum maximè interfuisset, tam exiguae vitā dedisset. Quorum si etas potuisset esse longinquier, futurū fuisse, ut omnibus perfectus artibus, omni doctrina hominū vita erudiretur. Que rebatur enim tum, cùm quedam videre cœpisset, extingui. Huius sunt hæ sententiae.

Esse quedam & corporis, & fortunæ mala, in quibus omnibus quis sit, beatum fore, si sapiens sit.
2. Acad.

Cum fortuna, dolore, cruciatu corporis, beatam vitam nullo modo coniungi posse. 5. de Finib.

In sola virtute non esse positum beatè vivere. 1. Acad. & 5. de Finib.

Orationem, qua quidem sic polita atque facta quodammodo, non astricte, sed remissius numerosam esse oportere. 3. de Orat. item ornatum illud suave, & affluens. Orat.

In verbis verecundā translationem. 16. Epist.
Famil.

ARCE-

ARCESILAS.

Cum iam Philosophorum disciplina grauis-
simè constitissent, tum exortus est, ut in op-
ptima Rep. T. Gracchus qui otium, sic Arcesilas
qui constitutam philosophiam eueteret, & in
eorum autoritate delitesceret, qui negassent quic-
quam sciri, aut percipi posse. Cum enim Polemo-
nem audisset, copiaque rerū & dicendi vi, ac in-
genij acumine plurimum valeret, multa aperte,
perspicueq; & peruersa, & falsa persuasit, ac ex
variis Platonis libris, sermonib; sive Socratis,
hoc maximè arripuit, nihil esse certa, q; aut sensi-
bus aut animo percipi possit. Hinc recentior A-
cademia emanauit, cuius ratio primò non admo-
dum probata est. Sic igitur instituit omne animi,
sensusq; iudicium aspernatus (vnde illa necessariò
nata est εποχὴ, id est, assentionis retenatio) nō quid
ipse sentire ostendere; sed cōtra id, quod quisque
se sentire dixisset disputare. Itaque Zenoni, qui tñ
florebat, se vehementer opposuit, eiusq; definitiones
tabefactare conatus est, & es obrectari, nihil no-
ni reperienti, sed emendare superiores immutacio-
nes verborū. Quod fecisse dicitur nō pertinacia,
aut studio vincendi, sed earum rerum obscuritate,
qua ad confessionem ignorationis adduxerunt So-
cratem, & veluti amantes Socratem, Democritum,
Anaxagoram, Empedoclem, qui nihil cognoscit,
nihil percipit, nihil sciri posse dixerūt angustos sem-
sus, imbecillos animos, brevia curricula vita, op-

EE

nionibus ex institutis omnia teneri, nihil veritatis
 relinqui, deinceps omnia tenebris circumfusa esse
 dixerunt. Hoc sic intelligi dicit Cicero in Lucullo.
 Nemo vñquā superiorum non modō expresserat,
 sed ne dixerat quidem posse hominem nihil opī-
 nari: nec solum posse, sed ita necesse esse sapienti.
 Vīsa est Arcesilae tum vera sententia, tum hone-
 sta, ex digna sapiente. Quāsiuit de Zenone for-
 tasse, quid futurum esset, si nec percipere quicquā
 posset sapiens, nec opinari sapientis esset. Ille, credo,
 nihil opinatur: quoniam esset quod percipi posset.
Quid ergo, id est, visum credo. Quale igitur vi-
 sum? Tum illū ita definiuisse ex eo quod esset, sicut
 esset impressum, & signatum, & effectum. Post re-
 quisitū etiā, ne si eiusmodi esset visum verū, qua-
 le falsum. Hic Zenonem vidisse acutē, nullum est
 se visum, quodd percipi posset: si id tale esset, ab eo
 quod est, ut eiusmodi ab eo, quod non est posset
 esse. Recte consensit Arcesilas ad definitionem
 additum, neque enim falsum percipi posse, neque
 verum, si esset tale, quale vel falsum. Incubuit au-
 tem in eas disputationes, ut doceret nullum tale
 esse visum à vero, ut non eiusdem modi etiam à
 falso possit esse. Is cùm arderet podagre dolorib⁹,
 visitasset q̄; hominē Carneades Epicuri perfami-
 liaris, & tristis exiret, mane quaso, inquit. Car-
 neade nōster nihil illinc hac peruenit: ostendit pe-
 das & peflus, attamen hic malebat non dolore.
 Huius hęc sunt decreta.

omnia falsa esse, qua sensibus videantur. 1. de Natur. Deor.

Sapientem non opinari, & proinde nulli rei as- sentiri. 2. Acad.

Sapientis vim esse maximam, cauere ne capia- tur, ne fallatur, videre. 2. Acad.

C A R N E A D E S.

Carneades Cyreneus in nomine Academicis quartus ab Arcesila ab numeratur. Audierat enim Egesinum, qui Euandrum audierat; Lacides discipulum, cum Arcesila & Lacides fuisset diuina celeritate ingenij, dicendique copia vir fuit, nullius philosophiae partis ignarus, & memoria diuina: dicebat enim se tanquam literis in cera, sic imaginibus in locis quos haberet, que memi- nisse vellet, prescribere. Multos auditores Athe- nū habuit ut Q. Metellum clarissimū virum, & Romæ Scenolam, qui admodum floruerunt. Itaq; cū multa differeret nouam Athenis Academiā obtinens cum Clitomacho & Aeschine, excitauit homines non sōcordes ad veri inuestigandi cupiditatem. Ab Atheniēsibus legatum missum esse ad senatum cum Diogene dicit Cicero. 8. Tusculan. Epicureus Zeno quanquam ab eo plurimū dis- sentiebat, vnum tamē preter ceteros mirabatur, incredibili quadam fuisse facultate. Hinc Cicero 3. de Oratore ait, Si eximiā dicendi speciem ada- met Orator, Carneadeam, aut Aristoteleam vim esse comprehendendā. Et de yniuer. Fuit, inquit,

EE 4

vir ille cùm ceteris artibus, quæ quidem dignæ li-
bero essent, ornatus omnibus, tum acer inuestiga-
tor & diligēs earū rerum, quæ à natura inuoluta
videntur. Deniq; sic iudicio post illos nobiles Py-
thagoreos, quorum disciplina extincta est quodā-
modo, cùm aliquot secula in Italia Siciliāque vi-
guissent, hunc extitisse, qui illam reuocaret. In di-
sputationibus nullam vnguā rem defendit, quam
non probarit, nullam oppugnauit, quam non euer-
terit. Erat enim in dialecticu summus, & egre-
giè exercitatus. Cuius ignaros si ludebat, si rectè
conclusit, taceo: sin vitiosè minam Diogenes red-
dat. Ab eo enim Stoico dialectica disciebatur, hac
autem merces erat dialecticorū. De Epicureis sic
statuit eos potuisse suā causam sine cōmētitia ato
morū declinatiōe defendere. Nā cùm diceret esse
posse quendā animi motum voluntariū à se ortū,
cuius antegressa, & externe cause nulla essent, id
fuit defendi melius, q̄ introducere declinationem;
cuius præsertim causam reperire nō possunt Quo
defenso, facile possent Chrysippo resistere. Contra
Stoicorum verò, quos studioſissimè semper refille-
bat, disciplinam, ingenium eius exarserat, & in
omni hac questione, quæ de bonis, & malis appel-
latur, pugnare non destitit, non esse rerum Stoicis
cum Peripateticis cōtrouersiā, sed nominum. Nā
cùm alii externa ne bona quidem diceret, omnia
in animo reponerent, eorum cōtrouersiam solebat
tanquam honorarius arbiter iudicare. Cùm enim

quecumque bona Peripateticis, eadem Stoicis cōmoda viderentur, neque tamen Peripatetici plus tribuerent diuitiis, bona valetudini, caterisq; generis eiusdem q̄ Stoici: cūm ea re, non verbis ponderarentur, causam esse differendi negabat. Mo^s eius erat disputādi sicut caterorum Academicorū, cōtra omne quod esset propositū, & nō obolum pugilis, & retentionem aurigae similiens faciebat. Tandem verò nonaginta annos natus abiit.

Decreta.

Mortale omne animal, & dissolubile, & diuinum necessariō, quod habeat patibilem naturā.
3. de Nat. Deor.

Nullum corpus sempiternum. 3. de Nat. Deor.

Non fato fieri quacunque fiunt, esse enim multa in nostra potestate. de Fato.

Divinationem non esse, et si immutabilitas in futurorum veritate sit, nisi in iis qua naturalibus & necessariis causis cōtinerentur. An enim Iuppiter Cornicem à laua, Coruum à dextra canere iussit? de Fato.

Ne Apollinem quidem futura posse dicere, nisi ea quorum causas natura ita cōtinerit, ut ea fieri necesse esset. Quid enim spectans Deus ipse dicaret? de Fato.

Duo esse visorum genera. In uno hanc divisionem: alia visa esse, que percipi possint, alia que non possint: in altero autem, alia visa esse probabilia, alia nō probabilia. Itaque quae cōtra sensus

EE ij

contrâque perspicuitatem dicantur, ea pertinere ad superiorem diuisionem: contra posteriorē nihil dici oportere. Quare ita placere, tale visum nullum esse, ut perceptio consequeretur: ut autē probatio multa. Item contra naturā esset, si probabili nihil esset. In Luc.

Virtutem satishabere ad beatam vitam presidū. 5. Tusc.

Sapientem interdum opinari. in Luc.

Nihil improbè faciendum, etiam si impunè fieri posset. 2. de Finib.

Eos qui Rhetores nominaretur, & qui dicendis praecepta traderet nihil planè scire, neq; posse quē quam facultatem assequi dicendi, nisi qui Philosophorum inuenta didicisset. 1. de Orat.

PHILO.

PHILo Antiochi magister, vir magnus fuit, & Academia nouæ patrocinij suscepit. Cumq; ille, cum Atheniēsum optimatibus Mithridatico bello domo profugisset Romāisque venisset, Ciceronem habuit auditorem. Negabat duas Academias esse, erroremq; eorum, q; ita putabant, vehementissimè coarguebat. Alio tempore Rhetorū praecepta tradere, alio Philosophorū instituit: atq; harū causarum, que universa sunt, vel temporibus, locis, ac rei definite, cognitionem, exercitatio- nēq; celebravit. Epicureos verò ferre nō poterat aspernari molles, & delicatas voluptates. Sūma enim memoria pronunciabat plurimas Epicurei

Sententias iis ipsis verbis, quibus erant scripta.
 Porro o Catullo reprehensus est. Dum enim (ait
 Cicero i. Academicorum.) noua quadam cōmouet,
 quod ea sustinere vix poterat, que cōtra Acade-
 micorum pertinaciā dicebantur, & aperte men-
 titur, & ut docuit Antioch⁹, in id ipsum se induit,
 quod timebat: Cūm enim ita negaret quicquā es-
 se, quod cōprehendi posset (id enim volumus esse,
 ex aet~) si illud esset, sicut Zeno definiret,
 tale visum (iam enim hoc pro partaci. verbum
 satis hodie sermone tribuimus) visum igitur
 impressum, effectumq; ex eo unde esset, quale esse
 non posset, ut ex eo unde nō esset, id nos à Zenone
 definitum recte, certissimè ducimus, &c.

ANTIOCHVS.

Antiochus Philonis, ut dixi, auditor, cūm in-
 genio, scientiāque excellere putaretur, cum
 Lucullo questore fuit, & post aliquot annos im-
 peratore, ut est in Lucullo Ciceronis ubi de Antio-
 cho multa, que hic breuitatis causa omisimus, va-
 riè dicuntur, & aliquot locis reprehenduntur, q; cūm
 academicū se veterem profiteretur, tamen à disci-
 plina veteris Academia desciceret, que censebat
 sapientem interdū opinari, & inconstātie nota-
 tur, q; cūm Academiā nouā diu laudasset, postea
 vituperauerit. Quia in re videbatur nominis Aca-
 demie veteris dignitatem, cūm à re desciceret re-
 tinere voluisse, quod erant qui illum gloria causa
 faceret sperare, etiam fore, ut iis qui se sequereb-

EE iii

tur, Antiochij vocarentur. In Bruto sic scribitar. Sex menses cum Antiocho veteris Academiae nobilissimo, & prudentissimo philosopho sui, studiumq; philosophia & nauquam intermissum, à primaq; ipsis adolescentia cultū, & semper auctū, hoc rursus summo autore, & doctore renouari. Postquam vero ipse cœpit, qui se audirent habere, à Philone præceptore non discessit modò, sed contra eum scripsit, & maximè perturbatū dixit. Ceterum Stoicorum fuit astipulator, quanquam ab id quibusdam in rebus dissentiens, librum i; scripsit in quo Stoicos eum Peripateticū re concenire dicebat, verbis discrepare. De quo sic Balbus ad quent missus fuerat, ait lib. 1. de Nat. Deor. Miror Antiochum hominem in primis acutum non vidisse plurimum inter Stoicos, qui honesta à commodis non nomine, sed genere toto distinguerent, & Peripateticos, qui honesta cōi scerent cum cōmodis ut ea int̄ se magnitudine, & quasi gradibus, nō genere different. Hac enim est non verborū parna, sed rerum permagna dissensio.

Decreta præcipue sunt hæc.

In una virtute positam beatam vitam, sed non beatissimam. 5. Tusc. in Luc.

Omnia peccata non esse paria. in Luc.

* Prater honestatem multa bona, prater turpidinem multa mala, que & venientia metuas sapiens necesse est, & venisse doleat. in Luc. cetera ibidem quare.

CLANTHES.

Cleanthes, de quo in libris de Nat. Deorum multa dicuntur, cum primum pugil fuisse Athenas venit, Zenonemq; audiuit unde cū AriStone, & quasi maiorum fuit gentiū Stoicus, inge- nio obtuso atq; bebe. i. sed laborū patiens, vnde ex- φράγτλης Cracē dictus est, q; noctu exhauriens putem vñā sibi quareret. Librorum, quos scripsit contra voluptatē Cicero mentionē fecit, in quibus fingebat formā quandā, & speciem deorum, tum diuinitatē omnem tribuebat astris. Verbis etiā pingere sibulā solebat, iubebat eos, qui audierāt, secū ipsos cogitare in tabula voluptatē, pulcher- rimo vestitu, & ornatu regali, in solio sedentem præsto esse virtutes, ut ancillulas, que nihil aliud agerent, nullum suum officiū ducerent, nisi vt voluptati ministrarent, & eā tantū ad aurem ad- monerent (si modò id pictura intelligi posset) vt caueret, ne quid perficeret imprudens, quod offend- eret animos hominum, aut quicquā, ē quo orire- tur aliquis dolor. Nos quidem ad virtutes sic natū- sumus, vt tibi seruiremus, aliud nihil negocij ha- bemus. Ceterū hæc eum præcipisse ait Cicero.

Mundum Deum esse, tum totius natura mentī, atque animo hoc nomen tribuendum, tum ylti- num, & altissimum, atque undique circunfusum & extremum, omnia cingentem atque cōplexum ardorem qui aether nominetur, Denim certissimū. i. de Nat. Deor.

Sydera ignea, idq; duorum sensuum testimonio confirmari, tactus & oculorum. 2. de Nat. Deor.

Ali Solem, Lunam, reliquaque astra aquis, alia dulcibus, alia marinis. Causam vero esse, cur se sobreferat, nec longius progrediatur solstitiali orbe, itemque brumali, ne longius discedat a cibo. 3. de Nat. Deorum.

Solem dominari, & rerum potiri. in Luc.

Magnam caloris vim inesse in omni corpore, q nullus sit tam grauis cibus, quin is die, & nocte concoquatur, cuius etiam in reliquis inest calor, quas natura respuerit. 2. de Nat. Deor.

Quatuor de causis in animis hominii informatas deorum notiones. Una est, qua est orta ex praesensione rerum futurarum. Altera ex perturbationibus tempestatum, & reliqui motibus. Tertia ex commoditate rerum, quas percipimus & copia. Quartae ex astrorum ordine & constantia. 3. de Natura Deor. Vide hac latius explicata. 2.

Nihil ratione diuinius. 1. de Nat. Deor.

Nihil esse malum, quod turpe non sit. 3. Tusc.

Consolantis officium, malum illud omnino non esse, suadere. 3. Tusc.

DIOGENES.

Diogenes Babilonius magnus & grauius Stoicus cum Carneade ad Senatum ab Atheniensibus missus est legatus, q in eo principes temporibus illis singularis fuisse studia doctrina rideret. Is fuit, qui diceret artem se tradere bene differendi,

E vera & falsa diiudicandi, id est dialecticam. Quā qui audire vellent, minā ut darent, fecerat. Chrisippea quēdā retinuit, ut cūm in eo libro quā de Minerua inscribitur, partum Iouis, ortūmque virginis ad Physiologię traducens disiungit à fabula: decretas verò reliquit huīusmodi.

Aliquid pradici posse, duntaxat quali quisque natura, & ad quā quis, si maximè rem aptus futus sit, cetera nullo modo posse sciri. 2. de Diuin.

Divitias non rā modō vim habere, ut quasi duces sint ad voluptatem, & ad valeudinem bonā, sed etiam ut ea contineant: nō idem facere eas in virtute, neque in ceteris artibus, ad quas esse dux pecunia potest, cōtinere autē non p. test. 3. de Fin.

Bonum esse id, quod esset natura absolum. 3. de Finibus.

E V D O X V S.

Evdoxus Aeschini filius, Cnidius, Platonis auditor, geometra, medicus, legumlator, & in Astrologia, iudicio doctissimorum hominum, facile princeps, in scriptis reliquit Chaldaicis (id est Mathematicis, qui ex natali sydere futura presagiunt, quod illa natio syderum obseruandorum peritisima fuerit) in prædictione, & in notatione cuiusque vite ex natali die minimè esse credendum. 2. de Diuin.

H E C A T O .

Hecatonis Rhodij, qui Panatiū audiuit, & eum sequutus de officiis libros scripsit, pre-

cepta sunt hęc. 3. Offic. utilitate officium diri gō
magis, q̄ humanitate, & alio loco eiusdem libri.

Sapientis esse nihil cōtra mores, leges, instituta
facientem, habere rationem rei familiaris,

A L C M A E O.

Alcmae Crotoniates & Pythagoræ auditor
primus authore Phævorino de natura ra-
tione scripsisse videtur, pracepit verò.

Soli, Lune, reliquisq; syderibus, animoq; pra-
terea diuinitatem inesse. 1. de Nat. Deor.

P A N A G T I V S.

Platonius Rhodius, Posidoniū doctor, discipu-
lus Antipatris, Stoicorum princeps fuisse dici-
tur. Quorū tamen decreta non oīa rata habebat.
Nā & vim esse diuinādi dubitauit, & an mund⁹
ad extreum ignesceret humore cōsumpto nō est
ausus affirmare. Præterea Stoicorum tristitiam
atq; asperitatē fugiens, nec asperitatē sentētiarū,
nec differendi spinas pbauit, fuitq; in altero gene-
re mitior, in altero illustrior. Eū de Officiis Cicer-
eo correctione quadā adhibita potissimum secut⁹
est. De Officiis enim sine controuersia disputaue-
rat accuratisimè, ut est lib. 3. Officiorum. Quos
libros posteaquam edidit, triginta vixit annos.
Scripsit etiā ad Q. Tuberonē, de dolore patiendo,
quid esset, & quale quantumq; in eo esset alieni,
deinde quæ ratio esset perferēti. Platonem oībus
locis diuinum, sapientissimum, sanctissimum, Ho-
merum denique Philosophum appellare solebat,

*à quo tamen de immortalitate animorum dissen-
tiebat. Hac præcepit.*

*Quicquid natum sit interire, nasci autem ani-
mos, quod declarat eorum similitudo, qui procrea-
tur: quæ etiā in ingenis, non solum in corporibus
appareat. Præterea nihil esse, quod doleat, quin
id ægrum esse quoq; possit, quod autem in morbiū
cadit, id etiā interitum: dolere autem animos.
Ergo etiam interire. 1. Tusc.*

Animum ex igne constare. 1. Tusc.

*Dubium, esse an ad extrellum omnis mundus
ignesceret. 2. de Nat. Deor. Vide Stoic.*

*Dubium an esset assentiendum & credendum
auguriis, quæ ceteri Stoici putabāt verissima. In
Luc. & 1. de Diuin.*

*Predicta Astrologorum reiicienda. Archelaum
enim, & Cassiadrū summos Astrologos illius eti-
atis, cùm in ceteris astrologie partibus excellerent,
hoc predictionis genere non vfas. 2. de Diuin.*

*Tria genera exquirendi officij esse, vnam cùm
deliberamus honestū, an turpe fit: aliter vtile,
an inutile: tertium cùm hac inter se pugnare vi-
deatur, quomodo iudicādum fit. qualis causa Reguli,
cedere honestum, manere vtile. de duobus
primis tribus libris præclare differuit: de tertio
pollicetur se deinceps scripturā, sed nihil scripsit.
*Quem locum cum Posidonius in commentariis breuiter
tractauit. Vide 1.2. Offic. 16. Epist. at Att. & 3.
Offic. vbi hic locus copiosè explicatur.**

*solum bonum, quod honestum sit: que autem
hunc repugnant specie quadam utilitatis, eorum
neque accessione meliorem vitam fieri, neque di-
scensione.* 3. Offic.

*Ea que videntur utilia cum honestis pugnare
ali quando posse. Nihil vero utile, quod non idem
honestum, nec honestum, quod non idem utile sit.*
3. Offic.

XENOPHON.

Xenophon Grylli filius, Atheniensis, Archi-
eus, philosophus fuit Socratus, cuius voce
Musas quasi locutas ferunt. Aiunt cum (autore
Laertio) cum Socrate in angiportu quodam ha-
buisse obuiū, porrecto baculo trāsire prohibitu,
percontanti vero, ubinā venirent, qua humanis
vībis sunt necessaria, cum ille respōdisset: rursus
ubinā bonis ac probi homines fierent, hārente illa
dixisse Socrate sequere igitur, & disce: ex eo tem-
pore Socratis auditor factus. Cuius sermones dili-
gentissime scripsit. In quibus (uit Cic. 1. de Nat.
Deor.) facit Socratem disputantem formam Dei
quāri non oportere, eundemq; & Sole & animū
Deum dicere, & modo mū, tu autē plures Deos:
quaे sunt iisdem in erratis ferè, quibus ea, qua de
Blatone diximus. Et 2. & 3. de Natur. Deorum.
Querit apud Xenophontem Socrates, unde ani-
mam arripuerimus. si nulla fuerit in mundo. Cy-
rum scripsit, non ad historię fidē, sed ad effigiem
nostri imperij (ut est in 1. Epist, ad Q. Fratr.)

Caius summa gratuitas ab illo philosopho cū singulari comitate coniungitur. Quodē libros non sine causa Aphricanus de manib[us] ponere non solebat. Nullum est enim pratermissum in iis officium diligentis, & moderatis imperatoris. Personarum in iis virtus exponitur: quos negat ad panem adhibere quicquam preter nasturciū. Sōnia scribuntur, quorum exitus mirabiles extiterunt. Cyrum vero antiquissimo sepulturae genere usitavit: redditur enim terra corpus, & ita locatū, ac situm, quasi operimento matris obducitur. Ceterum de eo sermone, quē Cyrus moriens habuit, de Oeconomico libro, de Agricultura landibus, lege Ciceronem de Senectute. Quali autem sermone r̄sus sit, idem explicat in Oratore hu[m]eris, Nat. Etus sum qui Xenophontis similem esse cuperet. Cuius sermo est ille quidē melle dulcior, sed à fortensi strepitu remotissimus. & 2. de Orat. Aphro sophia profectus princeps Xenophō Socratus ille, post ab Aristotele Calisthenes comes Alexāndri, scripsit historiam: & hic quidem Rhetorico penē more, ille autem superior lenore quodā sono est r̄sus, & qui illum imperium Oratoris non habeat, vehemens fortasse minus, sed aliquanto tamen est, ut mihi quidem videtur dulcior. Idē Cicero eius has sententias Latine expressit.

Esse aliquā mentē ex ipsa hominū solertia, & tā quidē acriorē, & diuinā. unde enim hāc homo arripuit si nulla fuerit in mundo? 2. de Nat. Deov.

*Animum immortalem, & Deum non apparere,
sed ex iis rebus quas gerit, intelligi: qui cum omni
admixtione corporis liberatus, purus & integer
esse cœperit, tum sapiens erit. De Senectute.*

*Deos hanc mundi pulchritudinem tueri & re-
gere. Ibidem. Eosdem labores non esse aequè graues
imperatori, & militi, qd ipse honos laborem lenio-
rem ficeret imperatorum. 2. Tuscul.*

DEMOCRITVS.

Democritus Milesius Xerxe rege Magos
quosdā, & Chaldeos audiuit, similisq; phi-
losophus quinque certaminū victori habitus est.
Erat enim vere nūr; aq;λο., id est, quinq; certami-
num, cūm in Physicis, philosophia morali, mathe-
matica, liberaliū disciplinā rationibus, artiūq;
omniū cognitione excelleret. Itaque ferè ab oībus
praterq; ab Epicuro, cuius tamen fontibus hortu-
los suos irrigauerat, laudatus est. de quo sic Cic.
in Luculla. Quid loquar de Democrito? quē cum
eo conferre possumus, nō modò ingenij magnitudo-
ne, sed etiam anima, qui ita sit ausus ordiri? Hac
loquor de vniuersis. Nihil excipit, de quo nō profi-
ceatur. Quid enī potest eīse extra vniuersa? Quis
hunc philosophiū nō anteponit Cleanthi, Chrysip-
po, reliquisq; inferioris et atisi? Qui mihi cūm illo
collocati quinta classis videntur. Pauca de virtu-
te dicit, nec ea ipsa enucleat. In omnibus verò li-
bris, quos multos emisit, sermone rufus est elegāti,
& ornato. Atomorum autor fuit, siue etiā Leo-
sippus.

sippus, ut est apud Laertium, & I. de Nat. Deor.
Quas sic est amplexatus, ut accipere maluerit ne-
cessitate omnia fieri, q̄ ab iis naturales motus euel-
tere. Posuitq; vim quandam motus impulsionis,
quam plagā ille appellat, Græcè Plutarchus γέ-
νος της κυνιστος τοῦ πλάκυν. Gloriabatur à glo-
ria se absuisse. *Veni* (inquit) *Athenas*, neque me
quisquam ibi agnouit. Denique cùm putaret im-
pediri animi aciem aspectu ocolorum, dicitur ocul-
lis se priuasse, ut quam minime animus à cogi-
tationibus abduceretur. Patrimonium neglexit,
agros deseruit in cultos, nihil aliud querens, nisi
beatam vitam. Itaque cùm alij sapè, quod esset
ante pedes, non viderent, ille infinitatem, quam
è negligi vocant omnem peregrinabatur, ut nul-
la in extremitate consisteret. Sententia illius, &
præcepta sunt eiusmodi.

Naturam in profundo veritatē penitus abstrac-
sisse. in Luc. Animum, cœlum, terras, omnia de-
nique atomis, id est, levibus & rotundis corpusculis,
individuis propter soliditatem, nulla cogente
natura, sed concursu quadam fortuito effici. Cor-
puscula autem illa, quædā levia, alia aspera, ro-
tūda alia, partim autem angulata, curvata que-
dam, & quasi adunca. I. de Nat. Deor. I. Tusc. &
r. de Finib. Nulla censem esse Cicero.

Innumerabiles esse mundos, & quidē sic quo-
dam inter se non solum similes, sed vndiq; perfe-
ctè, & absolutè ita pares, ut inter eos nihil pro-

FF

sus intersit: omnes verò oriri, & interire quotidie. in Luc. & 1.de Finib.

Simulachra, & imagines diuinitate praeditas inesse vniuersitati rerū, tum principia, mentesq;, que sunt in eodem vniuerso, Deos esse tū animantes imagines, que vel prodeesse nobis solent, vel nocere: tum ingentes quasdā imagines, tantasq;, ut vniuersum mūdū cōpletātur extrinsecus. Quid videtur Deos esse quodā pacto negare. 1. & 2.de Nat. Deor. & alio loco, Imagines, earumq; circuitus in Deorum numero refert: tum illā natūram, qua imagines fundat, ac mittat, tū scientiā, intelligentiamq; nostram: imagines denique illas, à corporibus solidis, & à certis figuris fluere.

Nihil esse sempiternum, quia nihil semper suo statu maneat. 3.de Nat. Deor.

Animos in somniando externa, & aduenientia vi pulsari. 2.de Nat. Deor.

Omnia ita fato fieri, ut id fatum vim necessitatis afferat. de Fato.

Habitu & colore exterorum declarari pabuli genus, & earum rerum, quas terra procreet, vel libertatem, vel tenuitatem, salubritatem etiam, aut pestilentiam. 1. & 2.de Diuin.

Sine inflāmatione animorum, & sine quodam afflatus quasi furoris poētā magnū esse non posse. 1.de Diuin. & de Orat.

Ante lucem Gallos cantare, hac de causa, quid depulso de pectore, & in omne corpus diuiso, &

modificato cibo, cantus quiete satiatis edunt, quib
quidē silentio noctis, ut ait Ennius, facient ruscis:
cantu, plausuq; premunt alas. 2.de Diuin.

Atomos in infinito inani, in quo nec summum,
nei infimum, nec medium, nec ultimum, nec ex-
tremum sit, ita ferri, ut concursum inter se
cohærescant, ex quo efficiatur ea, quae sint, quæq;
errantur omnia: eum j; motum atomorum nullo
à principio, sed ex aeterno tempore intelligi con-
venire. 1.de Finib.

Concursionē autē illam fortuitā concalēfactam,
et spirabilem, id est, animantem esse. 1.Tuscul.

Beatam vitam in rerum cognitione ponendā:
quam ex investigatione natura cōsequimur, ut si-
mus bono animo. Id enim illud summum bonum
et pūlchrum, et sapè araxias appellabat, id est, se-
cūritatem, quae est animi tantum tranquillitas,
et animus' terrore liber. 1. et 5.de Finib.

CYRANARIVEL CYRE-

naici, et Annicerij.

Cyrenorū, qui minimē contemp̄i Philo-
sophi fuerunt. Philosophia ab Aristippo Cy-
renae manauit. Cum finem bonorum esse dicerent
developatē corporis, id est, incundum quendā et
leuem motum ad intimos sensus permanātem, et
quasi in medullis corporis pruidentem, iudiciū ve-
ritatis in intimis sensibus posuerunt. Negarunt
enim esse, quicq; quod percipi possit extrinsec⁹: ea
se sola percipere, quae tactu intimo sentiat, ut do-

FF ij

lorem & voluptatem: neque se, quo quid colore,
aut quo sono sit, scire, sed tantum sentire affici se
quodammodo. In Luc. 2. de Finib. sic ait 3. Offic.
Ab Aristippo Cyrenaici, & Annicerij Philosophi
nominati, omne bonū in voluptate posuerunt
virtutemq; censuerunt ob eam rem esse laudan-
dā, quod efficiens esset voluptatis: quibus obsole-
tis floret. Epicurus eiusdem ferè adiutor auctorj;
sententia, neq; tamen cum Cyrenaicis de ipsa vo-
luptate consentiens. 2. Acad. Item.

Non omni malo aegritudinem effici, sed inspe-
rato, nec opinato malo. 3. Tusc.

In tactu doloris aut voluptatis, & eo quidē in-
teriori peri esse indicium, quia sentiatur. in Luc.

A N A C H A R S I S.

ANACHARSIS Scythes Gnorī filius, Cadaida
Scytharum regis frater, Soloni amicus, di-
xit vitem suas tres ferre, primam voluptatis, se-
cundam ebrietatis, tertiam mœroris, & tantum
abesse à morte qui nauigant, quāta est nauis cras-
situdo, pro nihilo pecuniam duxit. Cuius epistola
hec apud Ciceronem est. 5. Tusc.

Anacharsis Hannoni salutē. Mihi amictus est
Scythicum tegmen, calceamentum solotum, cal-
lus, cubile terra, pulmentum fames: latte, caseo,
carne vescor. Quare ut ad quietum me licet, ve-
nias. Munera autē ista, quibus es delectatus, vel
cuiibus tuis, vel diis immortalibus dona.

A N A X A G O R A S.

Anaxagoras Aegeibuli filius, Clazomenius ab Anaximene accepit disciplinam. Maxima fuit & gravitatis & ingenij gloria, quem ferunt nunciata morte filij dixisse, sciebam me genuisse mortalem. **Q**ua vox declarat iis esse hæc acerba, à quibus non fuerunt cogitata. Et cùm Lampsaci moreretur, querētibus amicis, vellētne Clazomenas in patriam, si quid accidisset, afferri. **N**ihil necesse est, inquit. **V**ndique enim ad inferos tantundem via est. Commentus est ὁ μοιομέγιαν, id est, similitudinem partium, veluti sylvā, & materiā, Gracè rerum ὑλὴ omnium gignendarum. Censuit enim in singulis rebus particulæ inesse similes infinitas, ex quibus composite sunt, resque omnes gigni & interire cōgregatione, & sejunctione particularum similiūm. **V**nde sui operis principio de mente diuina ita scripsit. Omnia sunt erant: deinde mentis infinitè vi ac ratione omnium rerum descriptio, & modus designatus est, & confessus: contra quod disputat Aristot. quarto primæ Philosophiae, & Cicero I. de Natura Deorum.

- Huius igitur decreta sunt hec.

Materiam infinitam, sed ex ea particulæ inter se, minutæ: eas primum confusas, postea in ordinem adductas mente diuina. In Luc. & I. de Nat. Deorum.

Ninem esse nigrum, quod perspicuum sit, aquā nigrum esse, unde illa concreta sit, & quod oculi

F.F. iij

continenter in ea defixi mutentur, & se colorens
nigrum cernere credant. In Lyc.

A N A X A R C H Y S.

ANaxarchus Abderites Democritius fuit.
Qui cum in manus Neocreontis tyrannicidisset, cui in coniuio coram Alexandro iniuria fecerat, nullum genus supplicij deprecatus est, neque recusauit. Cum enim mortuo Alexandro cum in Olympo iniecisset Neocreon, iussisseque ferreis malleis cedi, ingeminavit: Tunde, tunde Anaxarchi vasculum, nam Anaxarchum nihil teris, iubente vero illo ipsius precidi linguam, aiunt praeclaram dentibus in eum faciem conspuisse, tandem excarnificatum esse. Cicero 2. Tusc. & 3. de Nat. Deorum. Laertius de vita Philosoph.

A N A X I M A N D E R.

ANaximander Milesius summus fuit in Physicis. Is primus gnomonem inuenit, & gnomon fabricatus est, ac primus terra marisque circuitus descripsit, & sphaeram construxit. Cicero ait primo de Divinatione ab eo monitas fuisse Lacedemonios, ut urbem, ac tecta linquerent, armatiq; in agro excubarent, quod terremotus instaret, tum, cum & urbs tota corruit, & ex mole Taygeto, extrema montis quasi puppis euulsa est. Huius est hec opinio.

Naturos esse Deos, longis interwallis orientesque, occidentesque, eosque innumerabiles esse mundos. 1. de Nat. Deorum.

Infinitatem naturæ esse, è qua omnia gignuntur. In Lyc.

ANAXIMENES.

Aanaximenes Euristrati filius, Milesius, Anaximadri auditur, censuit aëra Deū, eumq; gigni, esse q; immensum, & infinitum, & semper in motu. 1. de Nat. Deor. sed ea quæ ex eo oriuntur, definita. gigni antem terram, aquam, ignem, tum ex iis omnia, In Lyc.

ANTIPATER.

Antipater Tyrius Stoicus fuit, summus in Dialecticis, sed opiniosissimus. Reprehensus est, q; multus fuisset in disputādo cū Academicis, prasertim cū id minus subtiliter ficeret, & nulla ratio esset cū iis, qui nihil probarent, disputandi. Duos libros scripsit de Divinatione, in qua pbanda quaratione usus sit, vide primum de Divinatione. Athenis tandem mortuus est. Censuit verò duo precepta à Panetio pratermissa, valedicinis curationem, & pecunia. 2. Offic.

ANTISTHENES.

Antisthenes Antisthenis filius, Atheniensis fuit, homo acutus magis, q; eruditus: ab eo, qui patientiam & duritiem in Socratis sermone adamarat, Cynicorū primum, deinde Stoicorum penè Cynicorum secta profecta est. Quorū ratio tota est eiicēda: est enim inimica verecūdī, sine qua nihil rectum esse potest, nihil honestū: reprehendunt enim & irrident, quod ea, quæ turpiare-

FF iiiij

non sint, verbis flagitiosa dicantur: illa autem, quae turpis sunt, nominibus appellantur suis, ut est primo Officiorum. Inter cetera in eo libro, qui Physicus inscribitur, censuit.

*Populares deos multos, naturalem unum esse.
1. de Nat. Deorum.*

ARCHITAS TARENTINVS.

Architas Tarentinus magnus imprimis, & preclarus vir fuit. Eum quarta Tusculana Cicero ait, cum yillico factus esset iratior, dixisse. *Quo te modo accepisse, nisi iratus essem? & de Amicitia, Verum illud est, quod à Tarentino Archita positum, nostros senes commemorare audiui, ab aliis senibus auditum: si quis cœlum ascendisset, naturamq; mundi, & pulchritudinem syderum perspexisset, insuauem illam admirationem ei fore, que iucundissima fuisset, si aliquem, cui narraret, habuisset. Nearchus Tarentinus se à maioribus natu accepisse dicebat, illum oratione, quæ est in libro de Senectute, persuadere voluisse, nullam capitaliore pester, quam corporis voluptatem hominibus à natura datam. Cui fermoni interfuit Plato Atheniensis, quem Tarentum venisse L. Aemilio Appio Claudio consulibus, eodem loco ait Cicero.*

ARCHYMEDES.

Archymedes ex Syracusana urbe summo ingenio fuit, ac disciplina, in quo tatus studij ardor fuit, ut dum in puluere quadam describeret

attentius, ne patriam quidem à Marco Marcello captā esse senserit, cuius interitum princeps tulit molestē. Eum arbitrantur, ait Cicero secundo de Natura Deorū, plus valuisse in imitandis spherae cōversionibus, quām naturam in efficiendis, p̄fertim cū multis partib⁹ sunt illa perfecta, quām hec simulata solerti⁹: & prima Tusculana, cūm Archimedes lunæ, solis, quinque errantium motus in spherae alligauit, effecit idem, quod ille qui in Timao mundum adificauit Platonis deus, ut tarditate & celeritate dissimillimos motus una regeret conuersio. Quod si in hoc mundo fieri sine deo potest, ne in sphera quidem eosdem motus Archymedes sine diuino ingenio potuisset imitari. Idem dicit quinto Tuscul. se, cūm quaestor esset, ignoratum à Syracusanis, cūm esse omnino negarent, septum vndique, ac vestitum reprobis & dumetis indagasse sepulchrum. Tenebam enim, inquit, quos dā senariolos, quos in eius monumento esse inscriptos acceperam: qui declarabant in summo sepulchro spherae positam esse cum cylindro. Censuit.

Multis partibus solem, qui Deus est, maiorem esse quām terram. In Luc.

A R I S T O X E N V S.

A R istoxenus Philosophus atatem ferè cōsumpsit in musicis. Putauit animū esse Harmoniam: intensionem enim ipsius corporis, quādam velut in cantu & fidibus, sic ex corporis te-

tius natura, & figura varios modos cieri, tanquam
in canto sonos. 1. Tusc. ubi refellitur.

ARISTIPPVS.

Aristippus Cyrenaicus cum Socratis famam
comuni omnium sermone in dies percrebre-
scere videret, Athenas ad eum audiendum pro-
fectus est. Qui cum se totum voluptati dedidisset,
quasi animu n nullum haberet, voluptatem sum-
mum bonum posuit. Ob eamque causam Xeno-
phon in eum scripsit contra voluptatem, eamque
Socrati disputationem tribuit. Plato quoque in
libro de animo illū cōvitū agit. Non erubuit, cum
asset obiectum habere eum Laida: Habeo, inquit
Laida, non habeor à Laide: Cicero in Epistolis,
& 2. de Finib. Omnes simplices sententias eo-
rum, in quibus nulla est virtutis adiunctio, omni-
nō à Philosophia semouendas puto. Primum Ari-
stippi, Cyrenaeorumque omnium, qui ab eo sunt
profecti, quos nō puduit in ea voluptate, quæ ma-
xima dulcedine sensum moueres, summum bonum
ponere, contemnentes istam vacuitatem doloris.
Hi non viderunt, vt ad cursum equum, ad aran-
dum bouem, ad indagandum canem, sic hominem
ad duas res, vt ait Aristoteles intelligendum &
agendum esse natum, quasi mortalem Deum: con-
traq; vt tardam aliquam, vt lāguidam pecudem
ad pastum, & procreandi voluptatem hoc diuinū
animal ortum esse voluerūt: quo nihil mihi vide-
tur esse absurdius. Atque hac contra Aristip-

pius, qui eam voluptatem nō modō summam, sed folam etiam dicit, quā omnes unam appellamus voluptatē: idq; ex eo intelligi volebat quod omne animal, simul acq; natum est, voluptatem aesciscat ut summum bonum, & reprobet dolorem ut summum malum. Indolentiā autem & doloris vacuitatem (quam tuetur Epicurus.) nō putabat voluptatem, ut dixi neque priuationem voluptatis dolorē, quia voluptas & dolor versantur in aliquo motu iucundo aut aspero. Sapientem verò esse beatum esse, nō qui sit in perpetuis voluptatibus, sed qui maiore ex parte iis fruatur. In Lys. 1. & 2. de Finib. 2. Tusc. 3. Offic. & 3. de Orat.

ARISTONI.

TRes potissimum sectae à scholis explosae, & electae fuerunt, Herilliorum, Megaricorum, siue Eretriacorum, & Aristoneorum, siue Pyrroneorū, Aristonei ab Aristotle Chio profecti sunt: ita cum Zenonis fuisse auditor reprobauit illa, q; ille verbis, nihil esse bonum, nisi virtutem, neque malum, nisi quod virtuti esset contrariū. Rerum delectum ullum ponebat: exequabat omnia. De quo sic est apud Ciceronē quarto de Finibus. Ex his angustiis ista euaserunt deteriora, quam Aristonis, illa tamen simplicia, vestra versuta. Roges enim Aristonem, bonāne ei videantur hac vacuitas doloris, diuitiae, valetudo? nihil magis. Zenonē roges: respondeat totidem verbis. Admirantes queramus ab utroque, quónam modo risauit

agere possumus, si nihil interesse nostra putemus,
valeamus, & grine simus, vacemus, an cruciemur
dolore, frigus tamen propulsare possumus, nécne
possumus. Vives, inquit, Aristo, magnificè, atque
præclarè: quod erit cumq; visum ages, nunquam
angere, nunquam cupies, nunquā timebis. Quid
Zeno? portenta hæc esse dicit. Item 2. de Finib.
Aristoni & Pyrrhoni visum est, ut inter optimè
valere, & grauissimè agrotare nihil prorsus in-
teresset. Contra quos rectè iampridem desitum
est disputari. Dum enim in ipsa virtute sic om-
nia esse voluerunt, ut eam rerum selectione expo-
liarent, nec ei quicquā, aut unde oriretur, darent,
aut ubi niteretur: virtutem ipsam, quam ample-
xabantur, sustulerunt. Hoc tenuit.

Formam dei intelligi non posse, neque in Diis
sensum esse: dubium etiam omnino deus animans.
nécne sit. 1. de Nat. Deor.

Summum bonum in rebus neutram in partem
moueri, quæ adiaphoria ab ipso dicitur. In Luc.
Quo verbo significatur indifferentia, ut si quis
indifferenter vixerit & promiscue inter virtutē
& vitium nulla habita ratione huius vel illius.
vide 2. 3. 4 & 5. de Finib. & 1. Offic.

In mediis ea momenta, quæ Zeno voluit, nulla
esse. in Luc.

Esse quedam, quibus cōmotus sapiens appete-
ret aliquid, quod cuique in mentem incidet, &
quodcumq; tandem occurreret. 4. de Finib.

Nihil differre aliud ab alio, nec esse res illas.
preter virtutes & vicia, inter quas quicquā om-
nino interesset. 4.de Finib.

Prater vicia, atque virtutes nullam esse rem
aut fugiendam, aut appetendam. 5.de Finib.

Nocere audientibus philosophos iis qui bene di-
cta male interpretantur: posse enim asotos ex-
Aristippi, acerbos è Zenonis schola exire. 3.de
Natura Deorum.

B I A S.

Bras vnu è septem sapientibus habita est.
Cuius illa est sententia, nullam vocem ini-
miciorū amicitie potuisse reperiri, quā eius quā
dixisset, ita amare oportere, ut aliquando esset os-
rus. de Amic. vide Apoph.

C A L I P H O.

Caliphonem reprehendit Cicero. 3. Officio-
rum, quā diremptum sectarum contro-
uersiam putauerat, si cum honestate voluptatem,
tanquam cum homine pecudem, copulauisset: qua-
quam honestatem sic est amplexus, ut omnia, que
sine ea sint, longè ac retro posuerit. Hoc igitur
vnum eius perpetuum decretum fuit, Ad honesta-
tem adiungi voluptatem oportere. 2. & 5.de Fin-
ib. & 5.Tuscul. ubi omnium ferè sententias de
summo bono numerat, Quaramus, inquit, vna-
quaque reliquorum sententiam, si fieri potest, ut
hoc praeclarum quasi decretum beata vita possit
omnium sententiis, & disciplinis conuenire. Sun-

autem hæ de Finibus, ut opinor, retentæ defensæ sunt sententiae. Primum simplices quatuor nihil bonum, nisi honestum, ut Stoici: nihil bonum nisi voluptatem, ut Epicurus: nihil bonum, nisi vacuitatē doloris, ut Hieronymus: nihil bonum, nisi natura prius bonis aut omnibus, aut maximis frui, ut Carneades cōtra Stoicos differebat. Hac igitur simplicitate illa mixta tria genera bonorum, maxima ambi-
tus, secunda corporis, extrema tertia, ut Peripateti-
ci, nec multò veteres Academicī secus. Voluptatē cum honestate Clitostachus, & Callipho copula-
vit. Indolentiam autem honestati Peripateticus
Diodorus adiunxit. Haec sunt sententiae, quæ stabilitatis aliquid habent. Nam Aristonis, Pyrrho-
ni, Herilli nonnullorumq; aliorum evanuerunt.

CLITOSTACHUS.

Clitostachus Pœnus, valde studiosus ac dili-
gens, usq; ad senectutem rūm Carneade prie-
cepore fuit: cui tandem succedit in Academia, &
eius dicta maxime illustravit. Scripsit librum ad
C. Lucilium poētā, cūm scripsisset iisdem de rebus
ad L. Censorium, eum qui cum M. Manilio Con-
sul fuit, in quo haec sunt, auctore Cicer. In Luc.
Academicis placere rerū eiusmodi similitudines,
ut alia probabiles videantur, alia cōtra. Id autem
non esse satis, cur alia percipi posse dicas, alia non
posse: propterea q; multa falsa probabilia sint, ni-
hil autem falsi perceptū & cognitum possit esse.
Itaque aut vehementer errare eos, qui dicant ab

Academicis sensus eripi, à quib⁹ nunquā dictum sit, aut colorem, saporem, aut sonum ullum esse. Illud sit disputatum, nō inesse in his propriam, quæ nunquā alibi esset, veri & certi notam. Que cùm exposuisset, adiungit dupliciter dici assensus sustinere sapientē. uno modo, cū hoc intelligatur, omnino eum nulli rei assentiri: altero, cū se à respōdendo, ut aut probet quid, aut improbet, sustineat ut neque neget aliquid neq; aiat. Id cùm ita sit: alterum placere, ut nunquā assentiatur: alterū tenere, ut sequēs probabilitatem, ubi cunq; hęc aut occurrat, aut deficiat, aut etiā, aut non respōdere possit: nec ut placeat eum qui de omnibus rebus cōtineat se ab assentiendo, moueri tamen, & agere aliquid, reliquit eiusmodi visa, quib⁹ ad actionem excitemur. Item ea quæ interrogati in vtrāque partem respondere possumus, sequentes tantummodo quod ita visum sit, dum sine assensu: neque tamē omnia eiusmodi visa approbari, sed ea, quæ nulla re impediretur: de Carneade scripsit ita, Herculis quendā labore exantlatum à Carneade, quod ut feram & immanem belluam, sic ex animis nostris assentionem, id est opinionem & temeritatē extraxisset. Item Carnadē dicere solitum, nusquam se fortunatorem, quām praeveste vidisse fortunam. Misit etiam enversa Chartagine librum cōsolandi causa ad captiuos ciues suos. In eo est disputatio scripta Carneadis, quā ait in cōmentarium retulisse, cūm ita positum esset, viderē

fore in agitidine sapientem patria capta: quo
contradixerit Carneades scripta sunt: tenuit Aca-
demiam cum Carneade & Achino, & volupta-
tem cum honestate copulauit.

CRATIPPVS.

Cratippus Ciceronis familiaris, eiusq; filij
praeceptor, quē summis Peripateticis parent
iudicabat, summa autoritate & eruditione vir
fuit. Athenisq; docuit illius etatis philosophorum
princeps. De quo scriptū ita est. 16. Epist. Famil.
Cratippo mescito nō ut discipulū, sed ut filiū esse
coniunctissimum, nā cūm & audio eum libenter,
tum etiam eius propriā suavitatem vehementer
amplector. Ex ipsis exemplis verarum vaticina-
tionum, & somniorum solebat rationē cōcludere
hoc modo: si sine oculis nō potest extare officiū, &
munus oculorū, possunt autem aliquādo oculi non
fungi suo munere: qui vel semel ita est usus oculis,
ut vera cerneret, nō habet sensū oculorū vera cer-
nentium. Item igitur, si sine diuinatione non po-
test & munus diuinationis extare, potest autem
quis, cūm diuinationem habeat, errare aliquādo,
neo vera cernere satis est ad confirmandum diu-
nationem, semel aliquid ita esse diuinatum, nihil
ut fortuitō cecidisse videatur. Sunt autem eius ge-
neris innumerabilia: esse igitur diuinationē. Cen-
suit etiam animos hominum quadam ex parte
extrinsecus esse tractos, & haustos, vide 1. & 2. de
Diuin. 1. 2. & 3. Offic. Brat.

CRAT.

Critolaus, qui simul cū Diogene fuit, Aristotelem imitari voluit, & quidem est grauitate proximus, & redudat oratio: tamē in patriis institutis manet, vt ait Cicer. 2. de Orat. & 5. de Finib. Is cūm ad alteram lanceam libra anima bona imponeret, in alteram corporis, & externas tantum pro pōdere illam boni lanceam putabat, vt terram & maria deprimeret. 5. Tusc.

D I A G O R A S.

Dagoras omnino deos esse negabat: hinc atheos dictus est, posteāq; Theodorus. 1 & 3. de Nat. Deor.

D I C E A R C H V S.

Dicearchus Peripateticus magnus fuit, & copiosus. Aristoxeni aequalis & cōdiscipulus. Et magna cōtroversia fuit cum Theophrasto, quod ille id vita genus, quae in actione posita est, lōgē om̄ib⁹ anteponeret, hic autē quae in contemplatione. Multa scripsit, imprimis tres libros, qui Lesbiaci vocātur, quod Mytilenis sermo habetur. Primo libro multos loquētes facit: duob⁹ Phereratrem quendā Pythiotā senē, quem ait à Deucalione ortum, differentē inducit, nihil esse omnino animū, & hoc esse nomen totū inane, frustāq; animalia, & animātes appellari neque in homine inesse animū, vel animā, nec in bestia: vimq; omnem eā, qua vel agamus quid, vel sentiamus, omnibus corporib⁹ viuis & equaliter esse fusam, nec

CC

separabile à corpore esse, quippe qua nulla sit, nec sit quicquam corpus unū, & simplex ita figuratum, ut tēperatione naturae videat, & sentiat, ade quod credendum inductus est, quia difficilis erat animi quid & qualis sit intelligentia. Scripsit etiam & de interitu hominis, ut est. 1. Officio. & duo genera diuinandi probauit. vide 1. Tusc. 1. de Nat. Deor. & 2. Epist. ad Attic.

DINOMACHVS.

Dinomachus voluptatem adiunxit ad honestatem. s. de Finib.

DIODORVS.

Diодорus fuit valens, ut ait Cicero, dialecticus. Is enim fuit, quem Laertius cognomen Chronum appellatum fuisse dicit, philosophus ex Megarica schola eorū, q̄ iōsikoi & dialektikoi dicebantur. Cuius dialectica imbutus Arcefilas fuerat. Is cū cæcus esset, in philosophia multò etiam magis assidue, quam antea, versabatur, & cū fidibus Pythagoreorum more utebat, cūmq; ei libri noctes, & dies legeretur quibus in studiis oculis nō egebatur, tamē quod sine oculis fieri posse vix videtur, Geometria munus tuebatur, verbis præcipiens discentibus, unde, quō, quanq; lineam scriberent. Huius sententia aduersus Stoicos utebatur Academici nō duraerū, ut vera ex aeternitate futura essent. si e naturalium causarū antecessione: ac proinde Carneades diuinationē esse negabat. Censebat enim Diодорus, quod futurum

*dicunt, esse necessarium, à Chrysippo dissentiens,
qui voluit fieri posse ut non eueniat. Vide Cicero-
rem de Fato & Chrysippum.*

DIOG. APOLLONIATES.

Diogenes Apolloniates, quod Anaxagoratē-
poribus vixit, summus fuit in Physicis, A-
naximenis auditor. Aere utitur Deo. 1. de Naturā
Deorum.

DIOGENES CYNICVS.

Diogenes Cynicus improborū prosperitates,
secundāsq; res redarguere vim omnem deo-
rum ac potestatem dixit. 1. & 3. de Nat. Deor.

DYONIS. HERACLEOTES.

Heracleotes Dyonisius, cum à Zenone fortis
esse didicisset, à dolore deuictus est. Nā cum
ex renibus, vel (ut est. 5. de Finib.) oculis labora-
ret, ipse in eiulatu clamitabat, falsa esse illa, que
antea de dolore ipse sensisset. Quem cū Cleanthes
condiscipulus rogaret, quānam ratio eum de sen-
tentia deduxisset, respondit, quia cū tantum ope-
ra Philosophiae dedissem, dolorem tamen ferre nō
possem, satis esse argumenti, malum esse dolorem.
Plurimos annos in Philosophia cōsumpsi nec fer-
re possum: malum est igitur dolor. 2. Tuscul.

EMPEROCLES.

Empedocles Agrigentinus Parmenidis amu-
lius, vel, ut Hermippus placet, Xenophanis
earminibus Grecis vaticinatus est, & Physica
docuit. Qualia sunt.

Quae in rerum natura, totq; mundo constant,
quæq; mouentur, ea cōtrahere amicitiā, dissipare
concordiam. de Amic.

Quartuor naturas, ex quibus omnia cōstarent,
divinas esse. 1. Tusc.

Animum, cordi suffusum sanguinem. 1. Tuscul.
Abstrusa esse omnia, nihil nos sentire, nihil cer-
nere, nihil omnino, quale sit, posse reperiire. In Lu.

EPICHARMVS.

EPICHARMI SICULI ha sunt sententiae, Nervos
Latq; artus sapientiæ, non temerè credere: de
Petitione consulatus unde illud. 1. Epist. ad Atti-
cum, γίγε, χρή μέμνασθο ἀποτελεῖν, ἀφεγγε ταῦτα τὸν
Φενῶν. Item illud, εμοὶ nolo, sed me esse mor-
tuum nihil existimo. 1. Tusc.

HERACLIDES.

HERACLIDES Ponticus Platonis, Speusippi, A-
ristotelis, Pythagoreorū mq; auditor fuit &
discipulus. In libris scripsit modò mundum, tum
mentem diuinam esse: errantibus etiam Stellis di-
uinitatem tribuit, sensuq; Deum priuat, & eius
formam mutabilem esse vult: ibidēmq; rursus ter-
ram & cœlum refert in deos. 1. de Nat. Deor.

HERACLITVS.

HERACLITUS cognomento σκότινο, de natura
cōsultò dixit obscure, ne quid diceret, intel-
ligere quisquā posset. Dixit uniuersos Ephesios
esse morte mulctādos, q; cùm principē suum Her-
modorū ciuitate expelleret, ita lecuti sunt. Nemo

de nobis unus excellat, sed si quis extiterit, alio in loco & apud alios sit. 5. *Tusc.* Censuit ignem esse principium in *Luc.* & animum ignem.

HERILLVS.

Herillus Zenonis auditor scientiā summum bonum esse tenuit, nec ullam rem aliam per se expetendam. In *Luc.* 2. 4. & 5. *de Finib.*

HIERONYMVS.

Hieronymus Rhodius cùm à Peripateticis, quos sequi videri volebat, in iis rebus, quae secundum naturā essent, posuissent nō dolere, hoc summum esse dixit. 2. & 5. *de Finib.*

METRODORVS.

Metrodorus Chius penè alter Epicurie fuit, sapientis nomen haud professus, sed cùm ita appellaretur ab Epicuro, tantum beneficium repudiare nolsuit. Beatum esse describit iis ferè verbis: cùm corpus benè constitutum sit, & sit exploratum ita futurum. 2. *de Finib.*, in *Luc.* 3. *Offic.* 2. & 5. *Tusc.*

PARMENIDES.

Parmenides Xenophanis discipulus duas in in Physicis causas statuit, ignem & terram, & illum quidem opificie, hunc verò materię rationem habere censuit. In *Luc.* & 1. *de Nat. Deo.*

Cōmentitiū quiddā corona similitudine efficit: Stephanē appellat, cōtinente ardore lucis orbem, & cingit cœlū, quē appellat Deū, in quo neq; figurā dñinā, neq; sensu quisquā suspicari potest, mul-

GG ij

tāq; eiusdē mōstra quippe q bellum, qui discordiā,
qui cupiditatē, ceterāq; generis eiusdem ad Deum
renovat, que vel morbo, vel somno, vel obliuione,
vel vetustate deletur, eadēmq; de syderibus.

P E R S E V S.

PErseus Zenonis auditor, eos dicit habitos esse
deos, à quibus magna vtilitas ad vitę cultū
inuēta ipsasq; res vtiles, et salutares deorū esse vo-
cabulis nūcupatas, vt ne hoc quidē diceret, illa in-
uenta esse deorū, sed ipsa diuina. 1. de Nat. Deor.

P H E R E C Y D E S.

PHeracydes Syrus Pythagore magister, pri-
mū quod literis extet, dixit animos hominū
esse sempiternos. Is cùm vidisset aquam ē puteo
haustum, terra motum dixit futurum. 1. Tusc. &
3. & 2. de Divin.

P I T T A C V S.

Piteacus qui in septem sapientibus est numer-
atus, omnino accedere quenquā retabat in
funus aliorum. 1. de Legib.

P I S I S T R A T V S.

Pisistratus primus Homeri libros cōfusos an-
tea, sic disposuisse dicitur, vt nunc habemus.
3. de Orat.

P O S S I D O N I V S.

Possidonium ferè semper, cùm de eo loquitur,
familiarē suum appellat Cicero. De Natura
Deorum libros scripsit, in quorū quinto differuit,
nullos esse Deos Epicuro videri. Praterea quinq;

de Divinatione, & sphera effecit: cuius singula
t̄bueriones idem efficiebant in Sole & Luna, &
& in quinque stellis erratibus, quod efficitur in caelo
singulis diebus & noctibus. Censuit vero,

- In natura signa quadam esse rerum futurarū,
1. Offic.

Omnē vim diuinādi, rationēq; primū repetendā
à deo, deinde à fato, deinde à natura. 1. de Diuin.

Tribus modis deorum appulsi homines somnia-
re: uno, q; praeideat ipse per se, quippe qui deorū
cognitione teneatur: altero, q; plenus aëris sit im-
mortalium animorum, in quibus tanquā insigni-
ta nota veritatis appareat: tertio quod ipsi dū cō
dormientibus colloquantur: idque facilius evenerit
appropinquante morte, ut animi futura angure-
tur. 1. de Diuin.

2. Nihil esse bonum, nisi quod honestum. 2. Tusc.
dolorē non esse malum, ibidem.

PRODICVS.

1. Prodicus Chi⁹ Physicus ea, quæ p̄d̄s̄t̄ homi-
ni vita, deorū in numero habita esse dixit. 1.
de Nat. Deor. PROTAGORAS.

1. A bderites Protagoras Sophistes temporibus
illis vel maximus, cūm in principio libris sic
posuisset de diis, neque ut sint, neq; ut nō sint, ni-
hil habeo dicere. Atheniensium iussu urbe atque
agro est exterminatus, libriq; eius in concione cō-
busti. Tenuit id cuique esse, quod cuique videa-
tur in Lnc. & 1. de Nat. Deor.

PYRRO.

Pyrro Eliensis, à quo Pyrronij nominati sunt,
oia exequauit, nihilq; virtute cōstituta, quod
appetendum sit reliquit: & introduxit àuctoritas, id
est vacuitatē affectum, ut sapiens omni perturba-
tiōe liberatus, nihil appetat, nihil fugiat, nechoc
potius quam illud sequatur, sed omnibus in rebus
indifferenter, & sine ullo affectu se habeat. In Luc.
C. 3. & 4. de Finib.

SIMONIDES.

De Simonide poeta, non solū suavi, verū etiā
docto sapienteq; cūm quæsiuisset Tyrānus,
quid, aut qualis esset Deus; deliberādi causa sibi
mū diē postulauit. Cūm idē ex eo postridie itidem
quereret, biduū petiuit. Cūm sapio duplicaret nu-
merū dierum, admirās q; Hyero quereret, cur ita
faceret. Q uia quāto, inquit, diutius cōsidero, tāta
mīhi res videtur obsevior. Cūm enim multa veni-
rēt in mentē acuta atq; subtilia, dubitās quid eo-
rū esset verissimum, desperauit omnē veritatem.
Primus memoriae arte protulit, de quo vide 2. de
Orat. & 1. de Dīuin.

SOLON.

Solo Atheniensis unus ē septē sapientibus fuit,
et ex iis solus legum scriptor. Viguit Servio
Tullo regnante: qui quo & tutior vita esset, &
plus aliquādo R. eip. prodeßet, furere se simulanit.
Atropagitas præterea primus cōstituit. Negabas
velle suā mortem dolore amicorum, lamentuq; va-
care. Dicebat tum denique iudicari, beatūs ne quis

fuerit, cum extremum vita diem morte cōficerit,
 & capite sanxit, si qui in feditione nō alterutrius
 partis fuisset. 10. Epist. ad Atticū. 15. ad Brutum.
 & de Senect. 1. Offic. de Diuin. & 3. de Finib.

STILPHO.

STilpho, vel rectius Stilpo à Cicerone in Academicus dicitur, qui nō solum Megarensis fuit verum etiam secta Megaricus. Nā Megarici quidā Philosophi ab Euclide sunt appellati, qui postea ēpiscopi & dialectici vocati sunt. Hunc scribūt ipsius familiares & ebriosum & mulierosum fuisse: neque hoc scribunt vituperantes, sed potius ad laudem rusticam enim naturam ab eo sic edomitā & compressam esse doctrinā, ut nemo vñquā revolentum illum, neque in eo vestigium libidinis viderit. de Fato.

STRATO.

Lampsacemus Strato Theophrasti auditor Physicū se voluit: in quo et si magnus est, tamē noua pleraq; & perpaucā de moribus. Huius Lysias & oratione locuples, rebus ipsis ieiunior. Cōcūmus deinde, & elegās huius Aristō. Sed ea, quae desideratur à magno philosopho, grauitas in eo nō fuit. Scripsit sane & multa & polita: sed ne scio quomodo autoritatem oratio nō habet. Dixit vacationem deo's habere, & vīo diuinā in natura censuit esse sitā, que causas gignēdi, augendi, mōvēdīre habeat, sed careat omni sensu & figura. In Lyc. iudicari. & de Finib. & de Diuin.

THales Milesius unus est septem sapientibus, cui sex reliquos consensisse ferunt; primus de natura rerum disputasse quibusdam videtur. Is vero obiurgatores suos concenseret ostenderetque etiam philosophum, si ei cōmodum esset, pecuniā etiam facere posse, omnem oleum, antequam florere cōpisset, ē agro Milesio coēmisse dicitur. Unimaduerterat fortasse quadam scientia olearum ubertatē fore, & quidem primū defelctionē Solis, qua Asia regnante facta est, predixisse fertur. Aquādixit esse initium rerum, deū autē eā mentē, qui ex aqua cōcta fengeret. In Lu. i. de Nat. Deo. & i. & 2. de Di. & 3. de Ora.

XENOPHANES.

Xenophanes Colophonius unus, qui deos esse diceret, divinationem sustulit funditus. Putauit habitari in Luna, eamque esse terram multarum urbium & montium. In Luc.

ZENO EPICURVS.

Zeno Epicureus, quem Philo Corypheū appellare Epicurearū solebat, Athenis docuit. Is nō eos solum qui tum erāt, Apollodorū, Syllam, ceterosque figebat maledictis, sed Socratē ipsum parētem philosophia latine, verbo utens, scurrilam Atticū fuisse dicebat. Contendere & magna voce dicere solebat eum esse beatū, qui presentibus voluptatibus frueretur, consideretque se fruiturum aut in omni, aut in magna parte vite, dolore non interueniente. 3. Tusc. & 1. de Nat. Deo. . .

TABVLA OPINIONVM DE SVM-
MO BONO EX 5. TVSC.

2. de Finibus.

Sentētiae de bono- rum & malorum finibus, qua sta- bilitatis aliquid habent, sunt se- ptem.	Qua- tuor sim- pli- ces.	Nihil bonum, nisi ho- nestum.	Stoici à Ze- nestum. Eti. pagina 391.403.	none profe- cti. Epicurei ab Epicuro.
		Nihil bonum, nisi vo- luptatem.		
Tres mi- ste.	Voluptatem cum ho- nestate copulari.	Nihil bonum, nisi frui primis bonis à natu- ra datis, aut omnib. aut maximis.	Carneades. pag.435. Hierony- mus. pag.	469. Academici & Peripa- tetici vete- res. pag.386
		Tria bono- rum genera.		
In indolentia hone- statis adiuncta.	In indolentia hone- statis adiuncta.	Animi corporis externa	388.	Clitoma- chus, Calli- pho. pagin. 462.
		Diodorus peripatetici cus. pagin. 466.		

	Aristippi vel Epis- curi.	Voluptas.
Tres honestatū species.	Hierony- mi. Carnea- dis.	Doloris na- citas. Frui princi- piis natura- libus.
Exsecū do de fi- nibus se- ptem quoque.	Tres in quibus virtus & hone- stas cum aliqua accessione po- nuntur.	Polemonis. Calliphonis. Dinomachi. Diodori peripatetici.
	Vna simplex posita in de- coretota & honesto.	Zenonis Stoicorum patris.

ARISTONIS, Pyrrhonis, Herilli, nonnullorumque aliorum evanuerunt sententia, inquit Cicero, qui tamen haberent ius suum disputandi de officio, si rerū aliquem delectum reliquissent, ut ad officij inventionem aditus esset. Aristoteles Ethicorum libro primo sententias de summo bono aliter distinxit, & generatim sextantum

celebratas & defensas posuit : tres vulgares &
 improbatas sanitatem, facultatem, scientiam: tres
 alias , que retenta sunt & defensa à voluptua-
 riis, magistratibus Platonicis, voluptatem, hono-
 rem & ideam. Ex quo intelligitur qualis
 veterum illorum Philosophorum Philo-
 sophia fuerit, quæ in eo à quo orta
 est, & quod unum spectar
 re & sequi debet,
 tam varie
 feratur.

F I N I S.





SENENTIÆ

COLLECTANEAE, ET SIMILIA EX DEMOSTENIS

Orationibus & Epistolis in
certa virtutum ac vitio-
rum capita col-
lecta..

De Deo.



Mnis serū dicti & facti principiss à diis immortalibus maximè du-

cendum esse censeo. Ex Epist. I.

*Tanto plures occasiones ad Deo-
rum benevolentiam conciliādam
habemus, quantum magis pia instiorāque facere
pergimus. Ex Orat. ad Philip. Episto.*

*Omnibus vno consensu author est, ut iij acerbè
puniantur, qui hostibus aliquid indulserunt, impu-
piter, Dione & reliqui dij. Ex Orat. defalsa
Leg.*

*Eos, qui petulāter & flagitiosè leges istitutaq;
vixtra despiciunt, quiq; impudenter impij erga Deos
fuerunt, duas ob causas graui supplicio afficiendi
sunt, vt & hi scelerum suorum pœnas lhant, &*

aliij current, caueantque ne quicquam in Deos &
Remp peccent. *Contra Nearam.*

Bona quidem expectare, & à diis vt dent pre-
cibus exposcere oportet, sed omnia humana existi-
mare. *Ex Orat. ad Leptinem.*

Omnium rerum exitus, vt Deus voluerit, conse-
quuntur: consilium autem ipsum consultoris mētēm
declarat. *Pro corona.*

E quidem arbitror eum oportere qui sit templis
ingressurus, & vasa sacra & canistra tractatur-
rus, & rerum ad eos spectantium curationis pra-
futurus, non certorum dierum spacio, purè viuere
modò sed per totam vitam. *Cōtra Androctionem,*
& contra Timocratem.

Propterea quòd res quidem Crecas fideliter,
Deorum verò religionem & sacra piè tractabāt;
queq; ad se pertinebant, ex equo administrabāt,
magnam merito adepti sunt fœlicitatem olin. 3.

Oportet eum qui maximis laudibus dignus sit,
non diis charissimū videri, sed hominibus, partim
quidem proptere, partim verò propter fortunam
admirationi esse. *Ex Orat. Amatoria.*

Philosophia aut doctrina.

Quis natura præclarior & illustrior fit, si
ratio quadā conformatiōque doctrina ac-
cesserit: longè verò maximè iis quibus cunque ini-
tio meliorem paulo quam aliis sortiri contigit: il-
lis enim sese tantum vincere, his verò aliis etiam
præstare accidit. *Ex Orat. amator.*

*Humanā quidem mentē rerum omnium ducens,
hanc autem Philosophiam solum recte instituēdī
viam doceri posse inuenimus. Ex Orat.amatoria.*

De prudentia.

Omnis virtutis principium quidem est prudētia, finis vero fortitudo: & ut illa quid agendum sit indicat, ita haec seruat & tuetur. Ex Oratione funebri.

Principium quidem est recte iudicādi omnia, ut nihil ante nos nosse existimetis, quam intellexeritis, cum aliquis sciatis sepsiam multos de sententia deceperisse. Ex 6. proemio,

Pulchritū quidem est ob unum aliquid praclarū facinus clarum & illustrem esse, sed longe pulchrius est omnia amplecti ob quae vir prudēs gloria studeat. Ex orat.amatoria.

*Et si mos est ferē communis plurimorum, ut eos q
laudat & blandiuntur ament, eos vero qui incre
pant & probē cōsulunt, odio habeant: verū tamē
prudentis officium est, enī ut cupiditatem ratio
ni semper habeat obtemperātem. Ex 57. proem.*

Principio aliquid non dare, prudentum hominum est officium, habentibus autem eripere, inuidentium. Ex Orat.ad Leptinem.

Debetur hominibus modestus ac prudentibus vereq; rem examinare volētibus, multo maior honor quam area statua. Ex Orat.contra Arist.

*Quae quis proferre veretur, ea quoque scribere
caueat. Ex 4. Epist.*

Quād

*Q*um *v*nus qui iniuria affectus est non sum pserit paenas, tum *v*nus quenque expectare oportet se primum postea fore cui facienda sit iniuria, nec huiusmodi contemnere decet, neq; permanere dum ad id perueniat, sed ex longinquuo praecanere. *Ex Orat. contra Midiam.*

Norunt Cecropida ducē suum partim Draconē partim hominem dici, non aliunde profectō, nisi quod prudentia sua homini, viribus autem Draconi similius esse diceretur. *Ex Orat. funebri.*

Omnia que preclara sunt quaq; augusta & per quae ciuitas decoratur ac cōseruatur, liberorū erga parentes obsernatia, iuuenum erga natu maiores reverentia. *Ex Orat. 1. contra Aristog.*

Illud existimo prudentium hominum munus es se, ut parem curam & prouidentiam rerum vestiarum priuatarum, quam alienarum habeatis, ue humani solum, sed etiam prudētes videamini. *Ex 17. procēm.*

De stultitia.

*M*ultarum & grauium calamitatum multis hominibus stultitia causa est. *Ex Orat. de Rhodiorum libertate.*

Turpe est sibi fucum facere, & omnibus que molestias sunt procrastinans omnium rerum occasionem amittere. *Ex Orat. 4. in Philip.*

Facillimum est omnium se se decipere olynt. 3.

Stultum est ipsos res vestras negligentes dicere alienarum rerā curam nos habere, & præsentia

HH

contemnentes defuturis alios terrere. Ex Orat.3
in Philip.

Priusquam principium recte subieceretis, ridiculum
de fine qualia cunque verba facere. Olynt.3.

Epilepsia laborantes predicat se sanaturum,
cum ipse omni improbitate & malitia laboret.
Ex Orat.1.contra Aristogit.

Illud quidem turpe est postea aliquando dicere,
si quid acciderit, quis enim putasset hæc futura es-
se? haud dubiè oportebat vnum facere & alterum
non facere. Ex Orat.3.in Philip.

Neque quicquam prospicitis, priusquam aut fa-
ctum quid, aut quid fiat audieritis. Ex Orat.1.in
Philip.

Occasio.

Præter occasiones magnarum rerū causæ exi-
stunt. Ex Orat.ad Leptinem.

Occasio parva & prima quæq; offensio celeriter
omnia distulit atque euertit. Ex Orat.de Cher-
roneiscis.

Oportet eum qui vobis R̄ep. administrare vult,
non subito affectibus ad iracundiam impellantibus
obtemperare, sed rationi, & rebus ipsis & tempo-
ris opportunitati seruire, illa enim celeriter conci-
dere solent, hæc vero permanere & in lōgum tē-
pus existere. Ex Orat.2.contra Aristogit.

Vos, si iam resistatis, prudenter salturos dicam:
si vero reieceritis, ne hoc quidem cum volueritis,
facere poteritis. Ex Orat.3.in Philip.

*An existimatis ipsam rei bene gerēdæ occasio-
nem aliquādo valere etiā absque iure id quod cō-
ducit efficere: iam verò cū in id ius simul & occa-
sio & utile cōsentiant, aliud quoddā tempus ex-
pectabitis vestræ simul & aliorum Cræcorum li-
bertatis recuperandæ? Ex Orat. de fædere Alex.*

*Qui recte occasione vñsi non sunt, q̄ ne si boni
quidem aliquid à diis acceperint, eius recordan-
tur. Olynth. I.*

De legibus & earum laudibus.

VNIVERSA hominum vita, Athenienses, siue magnam urbem incolant, siue paruam, natura & legibus gubernatur: horum porro natura quidem incerta & versatilis est, & sua cuiusque hominis: leges autem cōmunes & ordinatæ sunt, idēmque præscribunt omnibus: itaque si natura praua est, s̄p̄ mala capit consilia, atque inde tales in delicia ruere facile inuenire licet, leges verò iustum, honestum & utile imperant, & id ipsum queritant: quad cum fuerit inuentum commune istud fit editum ac proponitur omnibus par & equale, idq; lex est, cui parere decet, cūm propter multa, tum maximè: quia omnis lex inuentum sa- nè & donum est Deorum, decretum verò hominū prudentium, recta porro vel sp̄otaneorum, vel culpa admissorum delictorum correctio, ciuitatis præterea communis conventio, iuxta quam omnes vi uere oportet qui in ciuitate sunt. Ex Orat. I. cōtra Aristogit.

HH q̄

*Legibus & earum obseruantia exortantur em-
nia. Ex Orat. i. contra Aristogit.*

*Nihil omnino neque pulchrum, neque decorum
reperiri potest, quod non cum lege aliqua commu-
nicet. Ex Orat. 2. contra Aristogit.*

*Si leges abrogentur & cuius licentia faciendis
quicquid voluerit data sit, non solum R. esp. pessum
abit, sed nec qui cquam intererit inter nostram &
ferarum vitam. Ex Orat. i. contra Aristogit.*

*Postquam omnibus in confessio est, leges secun-
dum Deos civitatem tuersi, oportet vos omnes per-
inde ac si sederetis ad tributum exigendum, obtinem-
perantem quidem istis laudare tanquam integrum
salutis tributum penitentem patriæ, minus obe-
dientem vero punire. Orat. i. contra Aristogit.*

*Par & aquam legibus acceptum ferre debetis, &
qua bona vobis sunt omnia legum benignitate ha-
betis. Ex Orat. contra Midiam.*

*Legum vis & autoritas quæ est? utrum si quis
vestru iniuriis affectus exclamauerit ut ipse ac-
currat, & presentia sua opem ferat? minimè gen-
tium: literæ enim depictæ sunt, neq; istud præstare
possunt, quænam igitur earum vis est? si vos eas
confirmetis & semper ratas firmasq; exhibeatis
earum opem implorati. Ex Orat. contra Midiam.*

*Omnia qua præclara sunt quæque augusta, &
per quæ ciuitas decoratur ac cōseruatur, liberoru
erga parentes obseruatiæ, iuuenum erga natu
iores reyeretia & moderatio, legum additamento*

E ope, turpitudinem, immodestam audaciā, impudentiam fugiant. Ex Orat.1.contra Arist.

*Q*ue sane corporibus eveniunt agrotationes mediorum industriae *E* ope curātur, minorum vero ferocitatem propulsant ac eiiciunt legumlatorum sententia. Ex Orat.2.contra Aristogit.

*E*nitendum est profecto ut omnes leges quam rectissime se habeant: in primis autem haec per quas parua aut magnam licet esse ciuitatem: haec vero sunt qua boni aliquid facientibus pramia decernunt, quaeque contra facientibus supplicia constituant. Ex Orat.ad Lept.

*D*uas ob causas omnes feruntur leges, tum ut nemini quicquam iniusti liceat agere, tum ut siis, quae isthac transgressi sunt, suppicio affelus, cetera meliores efficiantur. Ex Orat.1.contra Arist.

*C*um leges feruntur, videndum est quales et quae nam sint: ubi vero late sunt, eas conseruare, siisque uti decet: nam et iuramenti sanctitas et alioqui iustitia flagitat. Ex Orat.contra Midiam.

*D*ecet vos qui iudiciis exercendis semper preferetis, leges conseruare et eas validas et fortes reddere: harum enim beneficio probi improbus meliores evadunt. Ex Orat.1.contra Aristogit.

*I*lli Locrenses sic putant oportere veteribus latissimis legibus, et instituta moresque patrios tueri, nec ad cuiusque voluntatem et iniuriariam impunitatem leges ferendas esse: ut si quis velit legem nouam ferre, in laqueum collum inserens legem ferat: at si

HH ij

*honestas & utilis videatur esse lex, viuit qui cum
tulit & abit, sin minus constricto laqueo perit.
Ex Orat. contra Timocrat.*

*Solō existimat argentum quidem numisma esse
priuaturum commutatio nō causa inter priuatos
repertum, leges autem putat ciuitatis numisma es-
se, itaq; iudices oportet multo magis si quis istud,
quod ciuitatis sit numisma, corrumpat & adul-
terinum inducat, odisse & punire, quam si quis
illud quod priuatum sit. Ex Oratione contra Ti-
mocrat.*

*Primum lex est populo lata, ne liceret Athenie-
sem creare quēquā, nisi qui propter virile quod-
dam facinus erga populum Atheniensem, dignus
sit fieri ciuis. Contra Neāram.*

*Nōnne ridicula existimabitur esse ciuitas, si le-
gem tulisse videtur que sacrilegos tueatur & cō-
seruet? Contra Timocratem.*

*Si quis iniuriis quēpiā affecerit, siue puerum,
siue mulierem, seu ex liberis aut seruis virum, aut
quicquam legibus prohibitū, in istorum aliquem
fecerit, Atheniēsum ex his quibus licet, quicun-
que volet eum apud thesmothetas deferat. Contra
Midiam.*

*Sileges & Rempu. prodideritis non inuenietis
qui vestri misereantur. De falsa legat.*

*Longè profectō grauius est scelus, scribere con-
tra leges, quam tributum non solvere. Ex Orat.
contra Androt.*

Sic porrò exactissimè cognoscetis quanta proficiuntur utilitas ex bonarum receptarumque legum obseruatione , quantumque damnum & ex earum contemptu , si legum commoda seorsum & quæ ex earum violatione eueniant damna, ob ocus posita perspiciatis . Ex Oratione 2. contra Aristogit.

Nullus est r̄sus ciuitatis quæ neruos ac vires aduersus sceleratos & iniurios nō habet, neq; R̄ip. in qua venia & amicorum preces plus valēt, quæ leges. Ex Orat.de falsa legat.

Illud est Democracia summum presidium, hostes vel consulendo , vel pugnando superare , legibus autem siue volentes siue repugnantes minores se gerere. Ex Orat.2.contra Arist.

Neminem quoſo censeatis tantæ apud vos autoritatis esse, ut qui leges trāſgressus fuerit, inultus maneat. Olynt.3.

Oportet legum violationes omnibus communes existimare in quocunque tādem deprehendātur, neque ullum tantum beneficium in R̄emp. neque homo quisquam , neque dolus aliquis , aut aliud quicquā excogitari debet , cuius gratia qui leges violauerit, non luat pœnas. Contra Midiam.

Illud ab omni ratione alienum censeo , cū is qui cōtra leges aliquid loquuntus fuerit, si eoncincitur tertia parte corporis sui mulctetur ifamia, eos qui nō di Elis, sed factis leges trāſgressi sunt, nullas dare pœnas. Ex Orat.de Corona praefl.naualis.

HH iij

De iustitia.

Restè iudicare par est, & Eunomiam illam
aquitatis amantissimā plurimi facere, que
omnes & vrbes & regiones conseruat, simul in-
exorabilem venerandāmque iustitiam colere de-
ceret, quā Orpheus is qui sacratissimas ceremonias
nobis tradidit, juxta Iouis solium aſſidere, & om-
nium hominum facta cernere dixit. Ex Orat. I.
contra Aristogit.

*Ius adeò valet in omnib⁹, vt si quis fortuitē ca-
dū alterum conuicerit, & plane purum non esse
ostenderit, post hac verò iniuria remissa eum dimi-
serit, non amplius eum eſcere licet. Ex Orat. con-
tra Nausimachum.*

*Arbitror nihil perinde decere eos, qui in demo-
cratia viuunt, vt & qui & iuris studiū. Ex Ora. de
fædere Alexand.*

*Decet nos cū propter nos ipſos, tum propter re-
liqua noſtræ ciuitatis præclaras facinora, operam
dare vt ostendamus omnibus hominibus nos &
antea & nunc & semper fuisse, & esse iuris &
equi studiosos. Ex Proemio. 53.*

*Et iustitia & equitas & verecundia omni-
bus hominibus sunt aſe, aliae quidem pulcherrī-
me & sanctissime in animo & natura cuiusque:
aliae verò communes omnibus ad colendum poſi-
te, sed non impudentia, non calumnia, non per-
iury, non ingratitudinis. Ex Orat. I. contra Ar-
istogit.*

De immodica plus habendi acquirendi-
que cupiditate seu iniustitia.

Ex malevolentia aliquem dedita opera omni-
bus in rebus insectari, suamq; potestatem &
vires tanquam legibus ipsis superiores iactitare,
indignum hercle ac non justum est. *Ex orat. con-
tra Midiam.*

Ob priuatam utilitatem unumque reperie-
tis ad multa perpetranda impulsum, quorum ni-
hil volebat facere. *Ex orat. de pace.*

*I*is qui de industria cōtumeliosi sunt, leges acer-
bas esse cernere licet. *Ex oratione cōtra Midiam.*

*I*njurīā infert aliquis sua voluntate? Ira & sup-
plicium cōtra ipsum peccavit quispiā, inconsulto?
venia pro pœna huic datur. *Ex orat. de coro.*

*Q*uacunque quis vi adhibita facit cōmunes esse
iniurias, etiā iis ad quos negotium nihil attineret,
existimauit legislator. *Ex orat. contra Midiam.*

Leges sunt de cedibus late, qua eos qui cōsultō
itersecissent, morte, perpetuo exilio, omnīā deniq;
bonorum publicatione multat: eos autem qui in-
consultō, venia & magna humanitate dignos iu-
dicant. *contra Midiam.*

*N*ullus eorum qui beatis sunt & fœlices, termi-
num aut finem habet cupiditatis habendi. *Ex
orat. contra Arist.*

*N*on est apud istos quorum studia, cogitationes,
deniq; omnes ad immodicam habēdi cupiditatem
referantur, quicquam vel firmi vel sancti. *Ex*

Orat. contra Aristocrat.

*Nihil est profecto molestius quam vicinum a-
marum, atque iniustum habere. Ex Orat. contra
Callic. de fundo.*

*Quum ex immodica habendi cupiditate & im-
probitate quis potens evaserit, prima queq; occa-
sio leuissimaq; offensio omnia dissipavit atq; dis-
soluit. Olinth. 2.*

*Fieri nequit iniurias, periuriis & mendaciis ut
firmum imperium coparetur: sed talia semel bre-
uiq; tempore durat, & vehementer quidem spesi
vsi venit nituntur, temporis autem progressu de-
prehenditur & in ipsis concidit. Olynth. 2.*

*Qui propter imodicas cupiditates habedi acqui-
rediq; aggrediuntur ea quae minime decet, iij nōqua
difficilia sunt cogitare solent, sed rerum secundarii
felicem successum. Ex Orat. contra Arist.*

*Si quis priuati villa in re aliquę offenderit, illud
recordari & memoria tenere neq; quietem agere
iniustum est atq; perfidiosum. Ex Orat. de coro.*

*Si quis vos interroget, quodnam genus omnium
hominū qui in ciuitate sunt, improbissimū sit, neq;
sunt agricole, neq; mercatores, neq; argētarū, neq;
eiusmodi quicquam, sed qui quaestus gratia dicunt
rogationemq; proferre consueuerunt. Ex Orat.
contra Aristocrat.*

*Non cùm rerū vestrarum quicquā interire per-
misisti, tū grauiter ferre oportet, sed dū res quidē
vestra in tuto sunt, eos autem qui presunt propter*

*guaritiam non eam suscipere curā perspicitis quā
decebat. Ex Orat. de corona praefecturæ.*

De homine iusto ac bono.

Boni ciuis esse iudico rerum salutem eloquen-
tia venustati & gratia anteferre. Olynt. 3.
No discedere ab iis que ciuitati cōducere cōstat,
siue obstrep̄ seu quiduis aliud pati per nos ei cōti-
gat, boni & iusti ciuis id esse iudico. Ex 4. Proœ.

Duo Athenienses hac, natura modestum ciuem
habere oportet (sic enim mihi de me ipso dicentis
absq; inuidia verba facere licebit) in magistratus
quidem ut generosi & principis viri voluntatem
& animū erga ciuitatem conseruet, in omni verò
tempore & actione benevolentiam: huius enim
natura domina est, potentia autem & virium al-
tera. Ex Oratio. de Corona.

Certamina nulla re alia tātoperè video idigere,
ut bonis & fortibus viris. Ex Orat. de Clasibus.

Pr̄stata simplicem videri quān improbum esse.
Ex Orat. ad Leptinem.

Ob pecuniam ista facere videri, non est honorū
virorum, nam neque elationi magnitudinique
animi vestre, neq; reliquo instituto vestro consen-
taneum esse videtur. Ex Epist. 3.

Corona, immunitates, alimenta, & huiusmodi,
præmia sunt. quæ vir bonus si quis sit, assequatur.

Ex Orat ad Leptinem.

Neque verè mihi videtur istud esse boni ciuis,
eam reipub. gerenda rationem instituere, qua ego

statim futurus sim primus vestrum, vos autem aliorum postremi: sed oportet clementiam una crescere cum bonorum cuium rationibus, & quod maximè in rem sit semper, non facile omnes dicere. huc enim natura ipsa sponte feretur, illuc oratione oportet progredi optimum ciuem populum docentem. Ex Orat. de rebus Cherronesicis.

Oportet ciues iuste inter se reip. communione vti, locupletes quidem ad vitam suam opes tutò & sine metu possidere se existimantes, ac de iis non timentes, in periculis autem, pro salute patriæ facultates publicas & communes facientes, ceterū reliquos, communia quidem quae sunt, communia existimantes, eorumq; partem accipiētes, quae autem cuiusque, priuata possidētis: sic & parua ciuitas magna sit, magnaq; seruatur. Ex Orat. 4. in Philip.

De improbitate.

Improbitas, res est temeraria, audax & alieni cupida. Ex Oratio. I. contra Aristogit.

Par est eos qui bona & iusta re non rectè & decenter vni sunt rituperare. Ex appellatione contra Eubulid.

Omnis improbus per se parum potest. Ex Orat. I. contra Aristogit.

Si quis alios homines nouit optimos ac modestissimos, sua natura que oportet omnia ultra faciunt, alios verò istis deteriores, quos tamen pudet palere improbos vocari, metu vestri & turpitudinis & dictorum & infamie dolore peccare caudent, de-

terrimos verò & quos cōsceleratos appellant, sōlis supplicis ad modestiam redigi posse ferunt. Ex Orat. I. contra Aristogit.

De inuidia.

INUIDIA PROFSUS IUDICIUM EST MALITIA & VITIUM NATURÆ, nec excusationem habet, propter quam consequatur veniam hoc malo affectus. Ex Orat. ad Leptinem.

Quando equitas & publica utilitas superantur inuidia: tum oīa sursum ac deorsum versa esse existimandum est. Ex Orat. I. contra Aristogit.

Aduersus inuidiam nihil prodest vera dicere. Ex 2. Epistol.

Viri est optimi propter ea qua ipse gessit in rēp. potius postulare se honorari, quam rebus propter quas alii qui fecerunt, ornati sunt, inuidere. Ex Orat. ad Leptinem.

Omnibus hominibꝫ natura insitum est, ut maledicta & crimina perlibenter audiāt: laudatibus autem ipsi graviter succēsāt. Ex Orat pro coro.

Omnino cōmune est opprobrium Athenenses & vniuersae ciuitatis calamitas, inuidiam viderō plus valere apud vos, quam beneficiorū gratias, cūm pr̄sertim illa sit morbus, hæ vero in deorum numerum relate sint. Ex 3. Epist.

Et si iis, qui adhuc sunt in vita, obstat inuidia, quominus iustos & debitos honores obtineant, suis tamen liberis licebit merita premia à vobis reportare. Ex 3. Epistol.

De calumniatore & calumnia.

Mala res Atheniensis, mala res est perpetuò calumniator, & vndique res inuidiosa & contentiosa. Ex Orat. de coro.

Ea est calumniatoris natura, in crimen vocare omnia, probare verò nihil. Ex appellatio. contra Eubulidem.

Periurum aliquem & perfidum appellare, neq; rem ita se habere ostendere, inane conuitum esse quis iure dicerit. Olynth. 2.

Neminem unquam vestrum fortasse ripera mordit, neq; phalagium, & absit ut mordeat unquam, sed tamen omnia eiusmodi animalia ubi conspexeritis, mox interficitis: itidem & cum delatorem & crudelem & hominem videritis viperinam habere naturam, ne expectate donec aliquem vestrum mordeat, sed cum primum occurrerit, puniatur. Ex Orat. i. contra Aristog.

Nullus eorum profectò qui in belli periculis fugiunt seipsum accusat, sed vel ducem, vel propinquos, vel omnes potius q̄ sese: victi sunt tamen, culpa nimirum eorum omnium qui fugerunt: manere enim decebat eum, qui alios accusat, quod si istud fecissent singuli, vicissent. Olynth. 3.

De iure iurando.

Iurandum maximum & potentissimum apud omnes homines esse censetur. Ex Orat. in Bœotum de dote.

Iustum sanctumq̄ iuramentum omnibus ma-

axim faciendum est. contra Aristog.

Si qui pecunias habent, eas perdere minimè volunt, quo pacto vos honestè iusurandum contemnitis? Ex Orat. contra Midiam.

De republica.

Tum aiunt rem pub. optimè se habuisse, quio modesti & prudentes viri ipsam administrabant. *Ex Orat. contra Theocrinem.*

Ciuitatis ego diuitias arbitror, socios, fidem, benevolentiam. Ex oratione 4. in Philip. & de rebus Cherrones.

Decet vos in armis & bello formidabiles, in iudiciis autem humanos esse. Ex Oratio. de ordinatione. Reipub.

Nihil ingenuè simpliciterq; facere, non solum urbis est indignum & parum generosum sed etiā maxima habet pericula. Ex 1. Epist.

Non rumore solūm vos vestras res cognoscere, verum etiā praesentes spectare oportet. Ex Orat. 1. in Philip.

Res ciuitatis non ita tractabat, ut opes immensas pararent, sed Rem pub. sibi amplificandam esse singuli putabant. Olynth. 3.

Oportet Athenienses, eum qui boni aliquid facere nostræ ciuitati cupit primùm vestras aures sanare: corruptæ enim sunt, adeò falsa & multa & quævis potius quam optima audire consueuerint. Ex Orat. de Ordinatione ciuitatis.

De iudicibus & iudiciorum
laudibus.

IN iudiciis vobis est salus, vosq; decet iudicium
exercendis Rempub. conseruare. Ex Orat.
de ordinatione ciuitatis.

Bonorum & incorruptorum iudicium est, eos ci-
ues qui cum diuinitus circumservunt utro citroq; pecu-
nias in publicum erogant, & qui in trecentorum
classe sunt, si istius indiguerint refocillare, q; verò
se id perdere existimant quod in Reip. cōmodum
conferunt, eorum numero qui primi tributū per-
soluant, sunt inscribendi, neque est sinendum ut
effugiant. Ex Orat. contra Phanippum.

Si spectare & querere velitis qua tandem re qui
ex vobis ius dicunt semper Potētes sint, & omniū
cuiū domini, siue ducēti, siue mille sint, siue quot-
quot ciuitas constituerit, reperiētis id non eō fieri,
quod soli ex ceteris ciuib⁹ armis insignes aut cor-
porib⁹ optimis & fortissimis prædicti sint indices,
aut atate florentissimi, aut re villa simili, sed quod
legibus valent. Ex Oratio. contra Midiam.

Oportet vos ipsā veritate ex accusatione &
defensione vere cognita, ita tum sententiam ferre
& pro diis, legibus, iustitia & vobis ipsis. Ex
Oratione contra Nearam.

Si occulta est sententia, non idcirco deos late-
bit. Ex Orat. contra Midiam.

Humana cogitatione id perspicerit alius, quod
omniū perniciōsissimum & formidolosissimum est
est si

est, si is quod civitati praefectus est ius permittatur familiaris esse, qui non eadem cum populo sentiunt. Ex Oratio. de falsa legat.

Semper profecto Athenienses, conuenit odio habere punireque; proditores & corruptos: potissimum vero nunc oportune etiam communis omnium hominum utilitate id fieri potest. Ex Oratione de falsa legat.

Qui in Repub. administranda muneribus corrupti sunt punire auctoritate oportere & odisse semper & ubique, ut probiciues & qui se prestat castos ac integros, videantur & aliis & sibi optimè consiluisse. Ex Oratio. de rebus Cherrhon.

Aequum esset Athenienses vos part & eodem odio esse in eos qui vos decipere conati sunt, quo iis qui potuerunt: quod enim in istis fuit, fecerunt vosque; eò induxerunt: quod autem eorum conatus exitum & finem destinatum non habuerunt, fortuna in causa est. Ex 61. Proclm.

Quem Athenienses munera accipientem videbitis, hunc & proditorē esse existimate: qd si aliis tempora, alius negotia, alius milites prodiderit, quarum rerum quisque vestrum opinor potestatem habuerit, eas perdit, eiusmodi tamen omnes & quae odio habere par est. Ex Orat. de falsa legat.

Soloni supplicia priuatis hominibus tardiora constituebat magistratibus vero & Repub. administratoribus velocia, existimans posse quocunq; tempore de illis poenas sumere, hos autem vindictas

*sumenda spatum non admittere. Ex Oratio.2,
contra Aristogit.*

*Par est homines cum simus, talia & dicere &
legibus statuere, quae nemo reprehenderit. Ex
Orat.ad Leptinem.*

*Lege spectandæ sunt, iudices : nam iuxta eas
vos causas iudicaturos esse iuratis, & videte
quanto maiori supplicio dignos eos esse vulgo cœ-
sent, qui sua voluntate & per contumeliam pia-
culum admittunt, quam alios qui casu & impru-
dentes peccant. Ex Orat.contra Midiam.*

*Quæ iusta cognouisti, hæc custodite & memore-
tote, quo adusque decreueritis ut iustum & reli-
giosam sententiam aduersus prava suadentes fe-
ratis. Ex Orat.ad Leptinem.*

*Illos iuuare oportet iudices, qui legum vocē re-
ram esse censet, & vestram hanc quæ in foro iu-
diciali editur, miseria & calamitate affectis, non
sceleratis ac iniuriis opem naturam esse putant.
Ex Orat.contra Phanip.*

*Qualescumq; videbimini amare & defendere,
iis similes iudicabimini. Ex Orat.contra Androt.*

*Qui cunque neque inimiciua, neq; benevolen-
tia, neque illa alia iniqua causa ductus nullam
aduersus ea, quæ nouit fert sententiā, piè sancte-
que facit. Ex Orat.contra Aristocrat.*

*Quanto magis declaratam à nobis improbita-
tem nihil curauerit, tanto maior in vobis infamia
, inerit. Ex Orat.1.contra Aristogit.*

Quo exactius que gesta sunt intellecteritis, eo iustiorem & sanctiorem de eis feretis sententiam,
Ex Orat. contra Aphobum falsi testimonij.

Censeo neque legum, neq; stipulationis & cautionis ullius utilitatē esse ullam, nisi qui pecunias accipit vir sit admodū iustus, hocq; pacllo duorum alterum sit, aut vos timeat, aut eum quo cū pacto est, vereatur. Ex Orat. contra Dionysodorum.

Magna est iniuriis & sceleratis omnibus pars & ad nequitiam ansa, morum vestrorum lenitas & mansuetudo. Ex Orat. contra Midiam.

Haud equum est ut qui pro legi conseruatione adsunt, logius narrationibus & criminationibus animum attendant, sed iis quæ omnes facile assquamini. Ex delatione contra Thocrinem.

Eum qui leges & R. eip. administrationem sibi curæ esse prædicat, velut nūc iste, & si nihil aliud hoc certè habere oportet, iisdem dolere, ac iisdem de rebus latari quibus populus, & non sub proposito administranda R. eip. aduersariorum parteflare. Ex Orat. de Coron.

Qui pro ciuitate nō nihil facere conatur, vosq; mansuetos ac climentes experiri studet, eum huius ciuitatis mores tenere par est. q; verò qui nam sunt? imbecillum misereri, validorum & potentum petulantiam reprimere, ac uō multitudinem crudeliter træclare: adulari autem semper potentiem ac diuitem. Ex Orat. contra Timocrat. & ex Orat. contra Androt.

Taliā nō semper laudibus afficere, neque admis-
rari vos oportet, neque publicā ex eis magnificē-
tiam & liberalitatē metiri, si quis adificet splen-
didē, aut ancillas habeat multas, aut amplā su-
pellectilem: at is honorādus est, qui talibus in re-
bus largus est & magnificus, quarum cōmoditas
ad vos omnes reddit. Ex Orat. contra Midiam.

Ut is omnibus gratus sit qui suadet aliquid, &
Rēpub. gerit, fieri non potest. Ex 3. Epistol.

Oportet quidem cogitare semper & agere qua
iusta sunt, vñā porrò obseruare, ut hæc quoq; pro-
futura sint. Ex Orat. de Rhodiorum libertate.

Omnes appetunt societatem cum ius inire & cō-
sentire, quos viderunt esse paratos, & velle ea fa-
cere quæ oportet. Ex Oratio. 1. in Philip.

Absurdum est eum ius & æquum vos docere,
qui quæ iusta sunt non facit. Ex Orat. de Rhod.
liberta.

Scimus hoc vniuersi, quod omnes etiā si quæ
iusta sunt nolunt, tamen hæc tenus certè, nō agere
erubescunt, & omnibus iniuriam facientibus pa-
lam aduersantur, præsertim si qui ləduntur, &
istud esse quod corrumpit & labefactat omnia,
reperiemus, hocq; omnium malorum esse princi-
pium, n. lle videlicet quæ iusta sunt simpliciter a-
gere. Ex Orat. Pro Megalopolit.

Non licet maledicere magistribus, & si fla-
gitiosissimi sint, aut traducere ut sibi sint quam
simillimi. Ex Orat. contra Androt.

Nemo talia ignorat, priuatorum hominum vētam tutam ac facilem & periculorum esse experiem, Rēpub. verò administrantium contentiosam & periculosam & quotidie laborum malorumque plenam. Ex Orat. 4. Philip.

Varia sunt profectō excogitata ad vrbiū custodiā salutemq; propugnacula, vt aggeres, muri, fossa, & quacūq; alia eiusmodi. hęc quę omnia certe sunt manibus cōfecta, sumptuq; magno egent, natura verò vnum cōmune sapientū in se habet munimentum, quod quidē omnibus bonum est & salutare, potissimū autem plebeculae aduersus tyra nos quōdnā illud est: diffidentia: hanc si seruaueritis, nihil mali accipietis. Ex Orat. 2. in Philip.

Si omnes vere suppliciorū legibus cōstitutorum metu à quoq; fcelere recedāt, omnesq; beneficiorū emulazione, quę oportet facere instituāt, quid vetat maximā esse ciuitatem & omnes bonos, neminem autē improbum? Ex Orat. ad Leptinem.

A vobis omnibus ea postulo, quę etiam nō pertentibus impartiri aquum est, vt nullam gratiā, nullumue hominem pluris faciatis, q; aequitatem & iusfirandum. Ex Orat. de falsa legat.

Non est, non est Athenienses omnium rerum quicquam intolerabilius cōtumelia, neq; propter quam potius irascī consentaneum sit. Ex Orat. contra Midiam.

Trierarchus qui pro Rēpub. dimicat, sperare non debet se diuitem factumiri de publico, sed de

*suis facultatibus Reip. opem laturum, Ex Orat.
de Corona præfectura naualis.*

De deliberatione.

DEliberandum est quidē lentē, quod autem decretum fuerit mature ac celeriter faciendum. *Ex 10. proœmio.*

*Non qui celeriter & extemplo cōsiliū dant,
qui in rem sunt maximē consulunt. Ex Orat. I.
in Philip.*

Ego censeo eū oportere qui de rebus ad ciuitatē pertinētibus dare cōsiliū instituit, potius ut cōsideret quæ decreta fuerūt vtilia fore, & ut ex tēporales orationes gratiam habeant. Ex 10. proœm.

*Oportet eos qui magnis de rebus consultant,
nullā illa de causa cogitationem pretermittere.
Ex Orat. de Ordinatione ciuitat.*

Cūm res malē se habent de quibus oportet deliberare, difficiles esse necesse est, de eis etiā consultationes. Ex 47. proœm.

Non arbitror eius qui vobis consilium det esse munus ullū, preterquā dicere quæ maximē sunt ex v̄su. Ex Orat. de rebus Cherroneficiis.

Facere ipso dicere & decernere posteri⁹ ordine cū sit, potestate prius & præstati⁹ est. Olynth. 3.

Neq; coquo cultri ullus est v̄sus profecto qui nō secat, neq; volēti per eum negotia & mala omnibus suboriri, venditurus hæc caluniator, nulla in recommodus est. Ex Orat. I. contra Aristogit.

Rectè deliberandi principium hoc est, vt ne de

liberetur, priusquam ea de quibus decernere oportet, audita fuerint, nam neq; tempus, neque ratio eadem confirmandi ea que videntur, & quid ante omnia conducere videatur. Ex 19. Proœm.

Qui pro ciuitate aliquid facit, illū oportet ciuitatis mores imitari. Ex Orat. contra Androt.

Par est eos aquis animis audire velle, qui consilium dare volunt. Olynth. 1.

Optima suadere, quā difficile est. Ex 9, Proœ.

Precari facile est omnia que quis vult in unum & eundem locum breui tempore collecta, eligere autem quum de rebus quid consultandum propositum fuerit non per aquæ facile, sed oportet optima pro iucundis si utraq; non liceat, accipere. Olynth. 3.

Democratice cum multa alia habent & honesta & iusta, que hominē prudentē sibi vendicare deset, tum loquendi libertatem veritate fultam, que retineri non potest, quia vera crimina obiectet. Ex Orat. Fun: bri.

Oportet Athenienses, eum qui boni aliquid facere nostra ciuitati cupit, primum vestras aures sanare: corruptæ enim sunt, adeò falsa & multa & quævis potius quam optima audire consuestis. Ex Orat. de Ordin. ciuit.

Tumultuando sanè, celeriterque stomachando, multis vitilibus consiliis priuari potestis, sed si modestè taciteq; audire volueritis, vt omnia præclarè se habeant, efficietis, & si quis delirarit, contempetis. Ex 5. Proœm.

Cū deliberare natura ipsa difficile sit ac grane,
vos ipsum adhuc multo grauius reddidistis Athene-
nenses: nā reliqui omnes homines ante rē rerūq;
euētum deliberatione vti cōsueuerunt, at vos post
restum deum deliberatis. Ex Orat.de Pace.

Non minus impiè fecerunt qui cōsilium dede-
runt, quām qui manibus suis facinus admiserūt.
Ex Orat.de fal.legat.

Qui semen prabuit, is est natorum malorū au-
tor. Ex Orat.de Cor.

Rectē deliberata, & summo studio labore que
probata se pē, quia p̄fecti aliter vtātur, corrū-
puntur. Ex 1. Epistol.

Eū qui alios accusaturus est omnesq; iudicatur
omni vitio carere oportet. Ex Orat.1.cōtra Arist.

Non decet acerbē inquirere, quid alij gesserint,
nisi ipsi antē officiū nostrum fecerimus. Olynt.2.

Cauere conabor, ne in ea ipse incidam in quibus
alios reprehendo. Ex 12. Procēm.

Non est aquū neq; conueniens, vt eius qui offen-
sus est, met' illi qui omnes suæ cōtumelia habenas
laxauit, particulā ad salutē pr̄beat, sed eum per
quē nō steterit quo minus crudelissima queq; per-
petrarentur, punire decet. Ex Orat.cōtra Midia.

Eum probum & incorruptum sē p̄f̄stare debe-
re iudicabāt, qui ad R̄emp. accederet: imò vero illi
largitatem usque adeò inimicam & inutilem esse
ciuitati existimabāt vt in nulla actione, neq; ho-
mines fieri timebant. Ex Orat.de falsa legat.

Si dederitis vos in hanc consuetudinem ut oratoribus, & autoritatē habentibus potius credatis, quàm impotenteribus, ea consuetudo in vosipso redundabit. Ex Orat. contra Callip.

Si nostis Athenienses, quid optimum sit factus de rebus præsentibus, peccatum est, eas ad deliberandum proponere: quæ enim ipsi, antequā sententias audiueritis utilia esse iudicatis, quid opus est istis audiendis frustra cruciari? Ex 11. Procem.

Accusare profectò ad eos qui res gestas arguunt & damnant, pertinet, sed consilij dandi ratio de rebus præsentibus & futuris propositum est. Ex 12. Procem.

Oportet cū summa utilitatis, tum gloria vestre causa, dare operam, ut simul & quæ utilia, quæq; iusta sunt, deliberare videamini. Ex 50. Procem.

De Oratore.

E Quidem video oratorum facultatē, & rīmo maxima ex parte in auditorū esse potestate. Ex Orat. de Corona.

Oratoris oratio non est magni precij, neq; vox intensio, sed in idē cū populo consentire, & eosdē odisse ac amare quos patria. Ex Orat. de Coro.

Aliæ facultates abundè satis per se sufficiunt, sed vis illa dicendi si à vobis auditoribus reclametur, mutila est & mansa. Ex Orat. de falsa Legat.

Vt vos approbaueritis, ac erga rnumquæq; benevolo animo fueritis, ita orator sapere videbitur, Ex Orat. de Corona.

*Non unus, neque duo ista norunt, neq; sub alia
(ut aiunt) provocatio facta est sed in medio foro
multis praesentibus. Ex Orat. contra Aphobum
falsi testimonij.*

*Ingressi negotia quæ declarare verbis pro di-
gnitate nemo possit, ipsi quidem eloquentia lau-
dem reportant, sed efficiunt, ut de illorum virtute
concepta apud auditores opinio minus appareat.
Ex 80. Proœm.*

*Nunquam oratores vos neque improbos neque
probos efficiet, sed vos istos quales volueritis. Ex
Orat. de ordinat. ciuit.*

*Nihil est grauius Athenienses, q; quod iis de mo-
ribus quos culpat autores virtutur. Ex 37. Proœm.*

*E quidem aqua bibens, non abs re difficultis et
morosus homo sum. Ex Orat. 2., contra Philip.*

*Quodnam maius crimen dicere quis possit in
verum oratorem, quam si non eadē sentit ac lo-
quitur? Ex Orat. de Corona.*

*Non est quicquam indignius ac molestius, quā
cū vir autoritatem habens, & facultate dicendi
preditus, testimib; q; abudās audet metiri: tū enim
necessē est, reum nō iam de re tantū dicere, verū
etiam de ipso dicente, quod ei propter autoritatē
credere non par sit. Ex Orat. contra Calippum.*

*Videte Athenienses ne diuersum distinctumq;
sit, orationē habere cōmodā, & suscipere negotia
utilia, illudq; oratoris munus sit hoc hominis mēte
praditi, vos itaq; plebi & potissimum natu maxia-*

mi, dicēdi facultate summis oratoribus pares esse non debetis (istud enim eorū qui sunt exercitati, negocium est) sed prudētia iūs vel similes esse, vel potius vincere: experientia enim multarum rerū & usus eam ingenerant. Ex 27. Proœm.

Quum admodū superbè surrexisset Philocrates, nihil est, inquit, mirum Athenienses, non eadē mihi & Demostheni videri: hic enim aquam, ego verò vinum bibo. Ex Orat. de falsa legat.

Illa die profectò de adulteriis & proteruitate orationes aduerso (quod aiunt) flumine fluxerunt. Ex Orat. de falsa legat.

Qui infelicium miserorūq; casus & mala norunt, videntes (quod proverbio fertur) nō vident, & audientes non audiunt: illi porrò sic se gerūt in iūs que faciunt, vt cōstet eos sua tegere incōmoda, & infamia metuere. Ex Orat. 1. cōtra Aristog.

Minimè hercle censeo oportere, vt superbi homines & eloquētia opinione elati res alienas appetant, aut dicēdi prōptitudine freti, eripiāt: hæc enim improbi sunt Sophistæ & flagris digni. Ex Orat. contra Aphobum de falso testimonio.

Cūm sanè riederitis eloquentiā, aut vocis claritatē, aut aliquam aliā eiusmodi virtutē in viro bono & munifico vigere, cōgratulari & una excolere vos omnes oportet: cōmune enim vobis omnibus aliis id bonū est, sed cū in sordido & improbo quoniq; questu vitio, eū eiscere acerbēq; & hostiliter audire oportet. Ex Orat. de falsa legat.

*Quo promptius ipsa oratione uti videmur, eō
magis illi diffidunt omnes.* Olynth. 3.

*Ipsa orationū elegantia, & lepos auditorū be-
nevolentia indiget, qua cùm si etiā mediocriter di-
xerit gloriā reportabit, necnō gratiā sibi cōcilia-
bit: citra hanc etiā si benedicendo excellat, ab au-
ditoribus tamen negligetur.* Ex Orat. Funebris.

*Omnis oratio si res ac facta absint, vana quid-
piam & inane videtur.* Olynth. 3.

*Omnis oratio vana est & infrugifera qua a-
ctionū expers fuerit.* Ex Orat. ad Epist. Philip.

*Nonnullos animaduerti reorum, qui cùm rebus
ipsis dñarentur, nec possent probare se culpa va-
care, alijs ad anteacte vita moderationem & tem-
perantiam cōfugiebant, alijs ad maiorum suorum
præclaræ facinora & liturgias, alijs ad cetera en-
iusmodi, per qua indices ad misericordiam & hu-
manitatem flectebant.* Ex Oratione I. contra
Aristogit.

*Si ad gratiam concionari oportet, quacunq; ora-
tione pretermiscriit aliquis, vt ne molestus sit,
eadem de rebus ipsis prætermittentur: si vero ora-
tionis venustas & gratia rebus cōsentanea non
fuerit, dannum affert.* Ex Orat. I. contra Philip.

*Id vnum reliquum est iis, qui causam tutari nō
possunt, vt effugia & pretextus quosdam inue-
niunt, qui ablata præsentis causa memoria in iis
vos retineant, que ad hoc ipsum crimen nihil spe
Etant.* Ex Orat. contra Theocr.

De Imperatoribus.

Quotidianis rebus praefesse, & ex tempore subitis casibus recte uti, & quanque occasionem nosse ac iudicare, quas res ex familiari colloquio conciliare possibile sit, quas porro vi extorquere licet, imperatorum rebus praefectorum est officium. Ex 1. Epist.

Si quis re vera pace ipsa gaudet, ipsis ducibus quos omnes accusant gratiam habeat. Ex Orat. de falsa legat.

Amicos & familiares & militum duces innuetis gloria valere ob res fortiter gestas, anxieta men & meticulosè magis q̄ qui obscuri & inglorijs sunt vitam degere his enim militibus, ab hostibus suis solum imminet periculum, illi vero duces suos adulatores & fraudatores magis q̄ pralia formidant. Ex Orat. ad epistolam Philip.

De Tyranno & Tyrannide.

Rex & Tyrannus omnis inimicus est libertati, & legibus contrarius. Ex 2. Orat. in Philip.

Non sunt tutæ ciuitatibus ista tyrannorum nimiae familiaritates. Ex 2. Orat. in Philip.

Prorsus res est infida & formidabilis ciuitatibus tyrannus, præsertim si finitima loca possideat. Olynth. 2.

Populus.

Populus sanè turba est, & res omniū instabilissima ac imprudentissima, ut in mari fluctus

flexibilis & inquietus, qui ut contingit agitatur: alius venit, alius recessit, ac nemo Reip. curā gerit, imò ne meminit quidē. Ex Orat. de falsa legat.

Ne ostendite utilius esse externas amicitias sibi conciliare, quam populi fidei seipsum committere. Ex 2. Epistola.

Pecunia comparanda nunq̄ populus studiose operam dedit, sed ita gloria ut nihil aliud magis expeteret. Ex Orat. contra Androt.

Nō est quod prae ceteris magis cauere oporteat, quam ne aliquis permittatur, ut in populo maior potentiorq; fiat. Ex Orat. de falsa legat.

De Parria.

Arbitratur ingenuorum quisq; non patri & matri solum se esse natū, verū etiam patriæ, quid verò interest? quod qui parentibus se solū esse natū existimat, satale, naturalēq; morte expectat: qui verò etiam patriæ ne hanc seruientē videat, morte oppetere non dubitat, magisq; metuenda esse reputabit ignominia & infamia, quas in seruiente ciuitate ferre necesse est. Ex Orat. de Cor.

Non solū ad patrem & maiores suos viritim genus ortūm q; suum referre unicuiq; licet, sed ad totam communiter patriā, cuius omnium consensu indigena sunt. Ex Orat. Funebri.

Quis adeò est infelix qui seipsum, parentes, se pulchra, patriam, parui questus gratia prodere velit? Ex Orat. de classib⁹.

Cui vtilia sunt eadē tempora, qua & ciuitatis

hostibus, is amator patriæ nullo modo esse potest.
Ex Orat.de Corona.

Fieri non potest ut leges & iusurandū iis curae sint, qui in pernicie eorū quæ patriæ prosunt, seipso vendiderunt, sed ipsis nominibus solis contenti seducunt eos, qui velut perfundorū & frigidè ibi, ac non sedulò & accuratè cōcionibus intersunt, neque existimant hoc præsens ocium aliquid futurum causam magni & horrendi tumultus. Ex Orat.de sœdere Alex.

Eos qui patriæ consulunt Athenienses, querere oportet, nō enī cuius desperationis sunt socii sed eum potius cuius & mentis prudentiā, & diligētiā scilicet. Ex Orat.2.contra Aristogit.

De fortitudine.

Non est difficile neque cum deliberare opus fuerit, fortitudinis opinione consequi, neque cum aliquod institerit periculum, vehementem in dicendo videri, sed illud & difficile est & conueniens in periculis fortitudinem ostendere. Ex Orat.de ordinat.ciuit.

Nunq̄ fieri potest, opinor, ut qui paucis & rūlibus rebus occupantur, magnos & audaces animos capiant, quēadmodū neque qui circa res præclaras & splendidas versantur parva & tenuia cogitent. Ex Orat.de ordinat.ciuit.

Nunquam, opinor, fieri potest, ut magnum ac generosum sensum induat, qui circa parva & abjecta versatur. Olyntb.3.

Quali acunque hominū studia fuerint, tales eos etiam habere animos necesse est. Ex Orat. de ordinatione ciuitatis. & Olynth. 2.

De diligentia.

Praeclarum quidem est etiā per fortunā inter illustrissimos admirationis esse: sed multo praestantius est industria sua quicquid gloriosum ac illustre sit, adeptum esse. illa enim sceleratis etiam interdum sese obiicit, huius autem societas & cōmunicatio nemini adest, nisi qui generoso animo atque forti excellat. Ex Orat. amatoria.

Par est quibus in rebus quisque se exercet, ac in qua incubit, in iis ut plus valeat. Ex Orat. & in Philip.

Recta prudēnsq; rerū gerendarū in adolescente inquisitio, & animi boni, & vegetæ mentis commune signum est. Ex Orat. amatoria.

Quanto naturam habes præclariorē, tanto maiores dignitates expectes, citiusq; tui periculū saeere velis, censeo. Ex Orat. amatoria.

Haud par est ut quū quis nihil agat, vel amicis quidem mandet, sua causa aliquid ut faciat, nedium diis immortalibus. Olynth. 2.

Quando fortuna cessat, & hostes iuuat, reliquarum rerū sat agite: sin minus, prouidete, ne vos vna & magistratus singulos accusetis, & res vestre Athenienses pessum eant: nam fieri nequit, ut haec absq; magno quodam malo confistant, nemine eas conseruante. Ex 3. Procēm.

Non

Non mirandum est illum ipsum qui militat, labore non detrectat, & rebus gerendis omnibus adest, neq; ullam occasionem, neque temporis momentum rei bene gerenda pratermittit, vobis cunctis, decernentibus, & sententias rogantibus, superiorem esse. Olynth. 2.

Nihil est cautus hominibus & circunspectis adeo formidabile, quin diligentia praeaueri possit: neque ullum malum est quin incutis & pigris euenire queat. Ex 25. Proem.

Si quis existimat Alexandru eo fortunatum, quia ad eum quem optabat exitu perducebat omnia, illud cogitet, quod agendo & laborando, & audendo, non desidendo, saepe fortunatusque sit. Ex 1. Epist..

De ignavia.

Rerum occasionses tarditatem nostram & ignaviam non expectant. *Ex Orat. 1. contra Philip.*

Si quod quisque vult querens desidebit, & ut ipse nihil faciat secum revoluens, primu sanè nullus unquam inueniet, qui facturi sint. Ex Orat. 1. contra Philipp.

Cum non pauca R. eip. sint errata, neq; ex parvo tempore collecta, quibus hac R. eip. negotia male se habent, nihil est omnium Atheniensis in presentia nocentius, quam quod vos animis alienatis estis a rebus, & tantisper operam datis, dum audentes sedetis si quid noui nunciatum fuerit. Ex Orat. 4. contra Philip.

KK

Turpe quidē est probrebus supreme Iupiter omnēsque cœlites, & indignum vobis, & ciuitatis amplitudine, & rebus gestis maiorū, vestra ignauia & causa reliquos omnes Cræcos in seruitutem proiicere.
Ex Orat.de rebus Cherronesicis.

Quod multa bello perdidimus, ignauie nostræ iure adscribi conuenit. Olynth.i.

Eodem modo quo qui tempestatem expectant, mihi videntur contemplari, cum singuli precātur ne ad se perueniat, prohibere vero nemo consatur.
Ex Orat.3.contra Philip.

Quo magis securo erunt animo, eo citius peccabunt. Ex 49.Proœm.

Quoniam vos neque; paruum, neque; magnū quicque eorum que oportebat, fecistis, res nostra malè se habet: quod si omnia qua decebat fecissetis, rebus ita affectis, ne spes quidem erat ipsas meliores fore: nunc autem ignauiam vestram & negligentiam vicit Philippus, ciuitatem vero non vicit, neque vos estis vici, imò ne moti quidē.
Ex Ora.3.contra Philip.

Quenam est causa cur ille plures res, quā nos superiori bello ex animi sententia gestis hic ipse militat, labores perfert, periculis adest, neque; occasionem rei bene gerendæ prætermittēs, neque; ullam anni partem omittens: nos vero (dicetur verum) nihil facientes, hic perpetuò sedemus cunctabundi, tum decernentes, tum interrogantes, si quid noui in foro dicatur.
Ex Orat.ad Philip.epist..

Sepè contingit ut multarum magnarūmq; rerū occasio breui tempore suboriatur: quā si quis suā voluntate hostibus condonarit & prodiderit, ne quicquam facere poterit, ut eā postea recuperet. Ex Orat.de falsa legat.

Turpe est vel potius turpisimū, non solum vrbes & loca, quorum aliquando fuimus domini, proicere rideri, verum etiam comparatos à fortuna socios & occasionem. Olynth.2.

Fortuna volubiles habet mutationes, & in vtrāque partem, vel secundas ad res vel aduersas, que vero per ignorantiam hominum fiunt, ea certas clades affierunt. Ex 49. Proœm.

Veritas.

Veritas potens est, & contrarium infirmum.

Ex Orat.de falsa legat.

De taciturnitate.

Qui nullus culpa sibi conscientis est, si taceat silentio ipso prauorū & nefandorū participes esse videtur, Ex Orat.de falsa legat.

Nemo unquam connictus est, qui vel silleret, vel qui peccasse fateretur, sed cùm opinor, nihil veri eloqui deprehenditur, tum qua mente, quóq; animo preditus sit cognoscitur. Ex Orat.de falsa legat.

De ira & irascientium natura.

Neque priuata iracundie seruieōdo, publicū cōthodum oportere lādere puto, neq; priuata odio cum R.eip.commodis quicquam admisceo, ve-

KK ij

rūm ad quæ alios adhortor, ea ipse arbitror dece-
re me primum facere. Ex i. Epist.

Non eadem res est Athenienses, in vestrū con-
spectum aspiciētē falsum testari, & apud arbitrū:
apud vos enim ingēs iracūdia & suppliciū testā-
tibus falsum imminet, sed apud arbitrū tutō &
sine infamia quicquid voluerint testantur. Ex
Orat. contra Aphobum de falso testimo.

Quae aliquis derepēte nulla ratiōe inita, facere
coactus fuerit, & si contumeliosè istud fecerit, per
iracūdiā tamē dicere licet se fecisse: quæ verò di-
multūmq; antea excogitauit cōtinēter per multos
dies aduersus leges facere deprehēditur, nō solum
abest ab eo vt ira motus fecerit, sed etiam constat
iam eiusmodi hominem dedita opera iniuriam fe-
cisse. Ex Orat. contra Midiam.

Irascentium est, cū à quo molestiis affecti sunt
subitō vlcisci: offensorū, vt quocunq; tempore son-
tem & iniurium nacti fuerint, tū de eo pœnas sus-
mere. Ex Orat. contra Timocrat.

De odio.

Si quis aliquid accepit, risui est: si fateatur, ve-
nia: conuictis, odiū: si quis istos increpet. Ex
Orat. 3. contra Philipp.

Neq; securius est in multorum etiam in paruis
delinquētum, odium incurrere, quam paucorum
& in multis, neque verò popularius multitudinis
delicta quam paucorum obseruare. Ex Orat.
contra Andro.

De hoste.

Qui calumniatorem tuetur, bonorum hostis
est natura & genere: nisi quis sycophantæ
& improbi semen & radicē, velut agricola, pu-
tat oportere relinquendam esse in urbe. Ex Or-
at. i. contra Aristogit.

Qui ea quibus ego capiar agit & parat, hic
mihi hostis est, & si nondū feriat veq; iaculetur.
Ex Orat. 3. contra Philip.

Armis hostes vincendi sunt, & in his est salus
Reip. Ex Orat. de ordinat. ciuit.

Fieri nō potest vt externos hostes vincatis, nisi
animaduerteritis in domesticos hostes & intesti-
nos illius ministros: verūm necesse est incurrentes
in hos vt scopulos, serius occurrere illis. Ex Orat.
de rebus Cherrones.

De bello.

BEllum glriosum, paceturpi optabilius est.
Non idem habent periculū res, quas tum
quum vultis agere licet, s&p̄e sententiā & consi-
lium mutare, & ha propter quas imminet bellū.
Ex i. Epist.

Existimo vobis conducere, prospicere belli prin-
cipium, vt sit iustum: omnia porrò quae cōueniunt
apparetis, idq; vestro iudicio subiiciatur. Ex
Orat. de classib⁹.

De pace.

Si pax quæ aliis bonorum causa est, tantarum
rerum, & tātis tumultus nobis causafuit, quid

KK ij

aliquid id esse dixerit quis, præterquam quod munieribus acceptis, hi rem natura præclaram præcorruperunt? Ex Orat. de falsa legat.

Proh Iupiter est ne aliquis reclè sapiens, qui ex verbis potius q̄ rebus pacem agentem, aut bellum gerentem secum estimet? nemo profectò. Ex Orat. 3. contra Philip.

Simul atque de Philippo mentio incidit, statim surgit aliquis & dicit, pacē tueri quām salutare est, magnum exercitum alert, quām difficile & durum. Ex Orat. de rebus Cherronesicis.

De liberis.

In genuis, & si maxima perpetrent facinora, istud tamen corpus seruare licet. Ex Orat. contra Androt.

Homini libero maxima necessitas est, rerū turpitudo atque dedecus. Ex Orat. de rebus Cherronesicis, & Philip. 4.

De seruis.

Serui corpus flagitiis plagiisq; omnibus obnoxium est. Ex Orat. contra Androt. & Midiam.

Alteri subdito ut seruo maxima necessitas est, plague & corporis pulsatio. Ex Orat. de rebus Cherronesicis.

De muliere.

Plurimi facienda est mulier in morbis, q̄ adsit homini egretati. Ex Orat. contra Nearam.

Multò magis profectò soliti sunt vir & uxor contentiones & inimicitias inter se subortas pro-

pter liberos mitigare q̄ propter iracūdiā cōmunes
liberos odio habere. Ex Orat. cōtra Boēt. de dote.
Meretrices quidē, voluptatis gratia habemus:
concubinas verò, propter quotidianā corporis cu-
rationem: uxores porrò, ad legitimos liberos pro-
creandos, & fidelem custodiam rei domesticā ha-
bendam. Ex Orat. contra Nearam.

*Ne mulieri liceat ingredi in fana publica, cùm
quā fuerit adulter deprehensus, quòd si ingredia-
tur, impunē ferat quicquid patitur prater mor-
tem.* Ex Orat. contra Nearam.

Durum est patri & matrē liberis orbari, &
charissimis suā senectutis educatorib⁹ priuari: sed
præclarū est amplissimos honores, memoriā virtu-
tis & eos publicè cōparatos cōspicere, sacrificiisq;
& certaminibus dignatos īmortalibus. Molesta
plenum, liberos orphanos relictos, patre in prælio
fuso: præclarū verò est paternæ virtutis, & gloria
baredem esse. Ex Orat. Funebri.

Defama seu gloria.

Soli homines gloriā præclaris reb⁹ gestis partā
omni inuidia fortiorē reliquerunt. Olynth. 3.

Non solū spectandū est an non pecuniā perda-
tis, sed etiā an famā & gloriā bonā, cuius magis
studiosi estis q̄ pecunia. Ex Orat. ad Leptinem.

Quāto quis plura & grauiora supra dignitatē
conditionemq; suam fecit, tanto apud omnes ad-
mirabilior existimatur. Olynth. 2.

Populus nūnq; de pecunia coaceruanda valde la-

KK iij

borauit, de gloria verò acquirēda sic, ut de nulla re alia, argumentū sanè est, q̄ qui aliquando maximam & innumerabilē inter Cræcos pecuniam possideret, oēm p̄ honoris augēdi studio, insumpfit p̄ gloria quoq; de suo tributū pēdere nō dubitauit, neq; ullum periculū vnq̄ detrectauit, vnde immortalia bona sibi peperit. Ex Orat. contra Timo.

Beati hac iusta ratione censendi sunt, primū quidem qui pro modico tempore incredibilem & immortalem gloriā relinquunt, in qua & horum liberi clari ac illustres depingētur. & parētes istorum conspicui facti in ipsa senectute nutrientur, iuctui suo consolationem istorum gloria & celebritate adhibentes. Ex Orat. Funebri.

Si in pariis quis glorietur tantum abest ut honorem aliquem propterea cōsequatur, ut ineptus esse videatur. Ex Orat. contra Androtionem.

Qui rna cum Philippo versantur, eum ita honoris studio teneri aiunt, ut dum omnia pulcherrima facta sua videri cupit, magis succenseat ducibus & imperatoribus, qui laude aliquid dignum gesserūt, quamvis qui rem infeliciter administrarunt. Ex Orat. ad Philip. epist.

De pudore.

Homini quidē libero maxima necessitas est rerū turpitudo atq; dedecus, & maior ē ista haud scio, q̄ quis dicere possit: seruo autē verbera & corporis cruciatus. Ex Orat. 4. contra Philip.

E quidem opinor liberis hominibus maximam

esse necessitatem in Repub. gerenda pudorem.

Ex Orat. I. contra Philip.

** Probra hercle omnia fugienda sunt. Ex Orat. ad Leptinem.*

omnia quidem cauenda sunt, tam que videntur, quam quae turpia sunt: potissimum autem ea propter quae aliquis videtur alius succensere. Ex Orat. ad Leptinem.

Quae à paucis reguntur dynastia, metum ciuibus suis incutunt, verecundium autem eis inservent nequeunt. Ex Orat. Funebri.

Impudens.

*Q*uia ex re impudens appellatus est, nisi quia ista, quae neque sunt, neque facta sunt, propter impudentiam palam dicere nihil pudet? *Ex Orat. contra Aristogit.*

Id profectò nostis quod ex quo tempore nati sunt homines, et iudicia fieri coperūt, nemovnquam qui peccasse se fateretur deprehēsus est, sed ipudēter loquuntur, inficiātur, mētiātur, excusationes singūt, omnia faciūt ne dēt pœnas. Ex Orat. de falsa leg.

Despe.

*M*ultii sàpè maiorum bonorum spē allecli, præsentia perdidérunt. *Ex Orat. contra Timocrat.*

De humanitate.

*H*umanitas cōtra inuidiā, & iustitia aduersus improbitatē, bonaq; omnia contra mala velut in acie collocantur. *Ex Orat. ad Leptinem.*

Miror si nemo vestrum cogitat turpe esse, populus Atheniensis sapientia doctrinæq; opinione exteris omnes antecellere, ad quæ in rebus aduersis, tanquam ad commune perfugium confugi solet, Philippo inhumaniore ridenti, qui ut (in deliciis liberaliter educatus credibile est) à nemine admotus, tamen cum prosperis rebus usus esset, tum maximè humana se agere oportere putauit, ab iis qui contra in acie steterant, & cù quibus de summa rerū contendisset qui & cuiates essent neq; inquirere, neq; declarare passus est. Ex 3. Epist.

Optare vos Athenienses, qua erga alios omnes vti consueuistis humanitate, eadem etiā erga vos ipfos vti. Ex 17. Proæm.

Misericordia.

Nemo misericordiæ conseqüi dignus est qui nemini miseretur: neq; dign⁹ est venia, qui nemini dat veniam. Ex Orat. contra Midiam.

Quam quisq; natura legē erga reliquos omnes habet, eandem vicissim erga ipsum alios habere aequum est. Ex Orat. I. contra Aristogit.

Absit iudices pauperes despiciatis: sufficiens enim satisq; grane eis est supplicium ipsa paupertas, neq; eos qui labore & industria ex aequo & bono vivere volunt. Ex Orat. I. contra Arist.

De amicitia.

Nullum maius bonū vobis contingere potest quam omnium benevolentia, nulla adiutoria. Et a suspicione, summa illorum voluntate cōsequi.

Ex Orat. de libertate Rhodiorum.

Cum rebus quidem omnibus priuari acerbis ex
grauis sit, præsertim si ab iniimico istud eueniat,
cum verò maximè benevolentia vestra & huma-
nitate quanto à nobis ea consequi maximum est.

Ex Orat. de Corona.

Nemo amic⁹ & benevol⁹ eis esse potest à quib⁹
sibi dānū aliquod impēdere sperat. Ex 50. Proœ.

Prudentiū hominum esse non existimo, vel cum
familiarem & anūcum aliquem esse putarint, sic
illi fidere, ut etiā si iniurius esse cōperit, vlciscēdē
facultatē sibiipsis eripiant, vel quando iniūcum
aliquē cēsēat, sic odio prosequi, ut si deposito odio
relit amicus esse, impediāt, ne ista facere liceat,
sed eos meo quidem iudicio, & amare & odissa
aportet, ut earum occasionum neutra præterea-
tur. Ex Orat. aduersus Aristocrat.

Verorum amicorū officium est, his quibus benē
velis, haud in eiusmodi rebus gratificari, à quib⁹
& illis & sibiipsis pēdet aliquod damnū: sed in iis
qua utrisq; cōducere possunt opitulari: quod autē
ipse melius illo prouideas, id pulchre administres,
neq; præsens obsequiū toti⁹ reliqui tēporis cōmodū
pluris faciendum. Ex Orat. contra Arist.

Omnium est grauiſſimum, quum quis nomine
quidem frater nonnullorum vocitetur, sed re ipsa
istos habeat iniimicos, & multis grauibusque ab
iis affectus iniuriis, in iudicium venire cogatur.
Ex Orat. de dote contra Bœo.

Equidem censeo eum qui beneficium accepit oportere omni tempore meminisse: eum autem qui dedit, continuo obliuisci, siquidem illum oportet boni, hunc verò pusilli & liberalis hominis officiū facere, nam beneficia sua cōmemorare ac referre, exprobrationi ferè simile est. *Ex Orat. de corona.*

Omnes profectò mutuam gratiā recipere digni sunt, qui in benē merendo de vobis priores partes occupant, præsertim verò qui in extrema necessitate id faciunt. *Ex Orat. ad Leptinem.*

Quae est lex tanta iniustitiae, & inhumanitatis plena, ut eum qui de suo non nihil donauit, & rem perhumanam liberalēmque fecit, gratia priuet, & in calūniatorem manus cōiciat: eosque iudiciis rationum reddendarū eorum que dedit præficiat: nulla est profecto. *Ex Orat. de corona.*

Qui indignū aliquē honore afficiūt simplicitatis ac stultitiae opinionē aliquam habet, qui verò de se benē meritis, paria nō referunt, malitia & suspicionem incurunt. *Ex Orat. ad Leptinem.*

Plures quā pars est honorare, est multos ad benē merendum prouocare. *Ex Orat. ad Leptinem.*

Aspud omnes homines inualuit cōsuetudo, propter multos benē meritos, etiā de aliis quibusdam sceleratis potius benē mereri quam propter perditos & flagitosos auferre que data fuerūt ius qui sine controuersia digni sunt beneficio. *Ex Orat. ad Leptinem.*

De diuiniis & diuitibus.

Diuitiae & celeritas & robur & quæcunque alia istis similia ampio & copioso fructus sunt suis possessoribus, & initio ipsi excellunt quibus intersunt, licet nullus aliis velit. Ex Orat. Funebri.

Nulla re omniū perinde ac pecunia opus est ciuitati ad ingruēta negotia. Ex Orat. 4. cōtra Phil.

Pecunius certè opus est, cum sine his eorum non licet quicquam fieri que facienda sunt. Olynth. 1.

Cùm in alteram partem velut in trutinā argentum attuleris, id ipsum argentū aufert, & ad se ratione ratiocinationem omnē detrahit, nec amplius quod hoc fecerit recte neq; sincerè illa de reratiocinari poterit. Ex Orat. de pace.

Vnde cunque quis accessionem vel paruam fecerit, plurimum adfert momenti. Olynth. 2.

Existima te quoque aliquando iuuenem, & ea qua nos etate nunc sumus, fuisse, cōsiliis autem & rebus à te gestis, talem & tantum euafisse, quod & nobis accidere poterit. Ex 5 Epist.

Opulentus audax, superbus magniloquies, violentus impudens. Ex Orat. contra Midiam.

Quis est qui malit seipsum suaq; omnia bona interire quā fortunarū suarum partem pro seipso & reliquis conserre? Ex Orat. de ordin. ciuit.

De paupertate.

Multa vilia & servilia negocia liberos homines ac ingenuos paupertate agere cogit,

ob quæ misericordia potius quam interitum demerentur. Ex appellatione contra Eubulidem.
Absit iudices pauperes despiciatis, sufficiens enim satisq; graue eis est supplicium, ipsa paupertas neq; eos qui labore, & industria ex aequo & bono vivere volunt. Ex appellatione contra Eubulidem.

Ego neq; si quis paupertate vituperaret, eum prudenterem esse duco neq; si quis in rerum copia educatus fuerit, ob id gloriari debet. Ex Orat. de coron.

Rebus necessariis nonnullos priuare est multo homines reddere maleulos & à rebus publicis alienos. Ex Orat. contra Philip.

De rebus secundis.

Res secunda profligatorum, vim habet maximam tegendi & obscurandi domesticavitia, at si qua in re offendent, tum planè eorum facta discutientur. Olynth. 2.

Nonnulli propter rerum successum clari, & illustres habiti sunt. Ex Orat. amato.

Oportet modestè se gerere in rebus secundis, & quid futurū sit prospicere. Ex Orat. ad Leptinē.

Secundis rebus praeter dignitatem & meritum rati, occasio est incautis despiciendi. Olynth. 1.

Res secunda seu fortuna, uniuersam quæ in hominibus inest sagacitatem & sapientiam excellit. Ex Orat. de Pace.

Ipsi felices rerum successus ad contegenda & occultanda hominum peccata apti sunt, sed si quid usquam aduersi contingat, tum plane hac omnia

detegentur hominib[us]que nota fient. Ex Orat. ad Philip. Epist.

Cum in omnibus humanis rebus duo sint bona, unum princeps omniūq[ue] maximū, secundis reb[us] vti, alterū, hoc quidē minus, ceterorum maximū, recte deliberare: nō simul utriusq[ue] possit sibi obtinet hominibus. Ex Orat. contra Aristocratem.

Istis fortasse fatale est, nunquam secundis in rebus recte sapere. Ex 53. Proœm.

De fortuna.

Magnum quidem momentum, iudicis vero ponitius totum est, ipsa fortuna, ad omniū hominum negotia. Ex Orat. ad Philip. Epist.

Fortuna rerum omnium domina existens suo arbitratu tribuit. Ex orat. Funebris.

Magna potentia vel potius summa est ipsa fortuna in omnibus hominum negotiis. Olynth. I.

Multa fortuna voluntate gubernatur, multaq[ue] sunt causa, cur non omnia ex animi sententia hominibus succedant. Ex 3. Proœm.

In aliis quibusdā rebus superari ab aduersariis, nō tā dedecus quā in fortunum dici possit: nā fortuna & p[ro]fectus, & multis aliquid inest, cur priores p[re]clarē vel cōtra gesta sit. Ex 53. Proœ.

Si quæcunq[ue] quis acceperit, etiā seruauerit, magnam habet fortuna gratiam: si vero imprudens prodegerit, interit una quoque memoria beneficij à fortuna accepti. Olynth. I.

Bona quidē volitas p[re]stò est, quam si fortuna

benignitas iuuet, res ipsa cōfici pos̄it. Ex 5. Ep̄.

*Neq; gubernabā nauē, diceret aliquis, qui mad-
modiū nec ego exercitū ducebā, neq; fortunā domi-
nus eram, sed illa rerū omniū. Ex Orat. de corona.*

*Ex mendicis nōnulli celeriter diuites euaserūt,
& ex obscuris & ignobilibus clari & illustres.
Ex Orat. 4. contra Philip.*

*Multa & nutrices & lana viellum quaritātes,
& vindemiatrices euaserunt, ob R̄ip. illorum tē-
porum calamitates, rives ac nobiles mulieres. Ex
appellatione contra Eubulidem.*

De aduerfa fortuna & calamitate.

*A Equum est misereri, non flagitosorum ha-
minum, sed eorum qui immerito aduersafor-
tuna calamitatēque conficiuntur. Ex Orat. con-
tra Aphobum.*

*Si quos arariorum dimittere oportet modestissi-
mos, optimos, & ob minima delicta mulctam pas-
sos, hos inquam liberare oportet. Ex Orat. 1. con-
tra Aristogit.*

*Cūm neq; iniurius est aliquis, neque peccat, sed
ī ea qua omnibus cōducere videtur se tradit, nec
omnibus ex animi sentētia egit, bānd exprobrare
neque conuicium facere eiusmodi homini par est,
sed condolere. Ex Orat. de Corona.*

*Aequum est misero & afflīcto vivit faclū est,
opem & auxilium ferre. Ex Orat. contra Midia.*

*Nemo unquā fortasse vestrum quesuit Athē-
nienses, cur tandem miseri & infelices rectius quā
fortunati*

fortunati rebus suis cōsulunt: nō autē alia de causa
istud fit prater quād quod istis evenit, vt ne quic-
quam formident, neq; si quispiā pericula & gra-
ues casus recēseat ad se pertinere putat, illos recēs
adhuc delictorum memoria, quando in infortunia
inciderūt, modestos ad reliqua & moderatos red-
dit. Ex 25. Proœm.

Nullius rei institutum consilium re magni fit,
nisi finem etiam utilem & honestum consequa-
tur. Ex 35. Proœm.

De desperatione.

DEsperatio cū ei ipsi maximo & exitiali sit
malo qui ea affectus est, tū acerba & gra-
uis omnibus & Reipub. minime tolleranda. Ex
Orat. I. contra Aristogit.

Desperatus omnis seipsum proiicit, etiam quam
consilio & ratione retinere licet salutē, & prater
omniū expectationē fit si forte cōlumbis seruetur.
quis igitur sana mēte prædictus seipsum aut patriæ
cōmoda isti cōmiserit? quis non pro viribus fuger-
rit, & eū procul summouerit, ne quis in tale, vel
inusitus incidat? Ex Orat. I. contra.

Neq; vos cōsternatis animis esse oportet, preser-
tim cū sciat desperationē neq; presentibus reb⁹
cōducere, & vobis indignā esse. Ex 49. Proœm.

De futuro.

Futurum omnibus hominibus est incertum.
Ex Orat. ad Leptinem.

Oportet eos qui prospera optataq; vtūtū fortu-
LL

na erga afflictos & oppressos semper optima videri consultare quandoquidem universis hominibus incertus est ac dubius rerum euentus . Ex orat.de Rhodio.libertate.

Præterea semper apud omnes omittitur . Et nemo unquam de iis deliberationem habendam proposuit : futura autem vel presentia consultoris munus & officium postulant . Ex Orat. de Corona.

Id ipsum quod præter sententiam accidit virum perturbat , ipsiisque magnus dolor adfert . Olynth. i.

Necessariò euenit , cum pugna committitur , ut alij superentur , alij vincant . Ex Orat. Funebri.

Ex postremo euentu que præterierunt omnia , ut plurimum estimantur . Olynth. i.

Sepè contingit ut idem homo in hoc non recte dicat , in altero vero recte sentiat . Ex 5. Praæm.

Defunditorum curam habere oportet .

Quantū quidē ciuitas de iis qui in bello perierūt sollicita sit , cum ex aliis rebus prospiceret licet , tum maximè ex hac lege per quam qui ad funera hæc publicam orationem habiturus eligi solet , sciens à frugi & probis viris facultatum possessiones & voluptatum deliciarumque usum non magnificeri , sed eorum omne studium in virtute & laudibus esse orationibus iij que illis ea maximè præstarent , illos ipsos oportere honoribus afficere dixit , ut quam cum adhuc viuerent præclarā famā & gloriam nati essent , ea quoque defunctis ipsis tribueretur . Ex Orat. Funebri .

Qui natura liberisunt, etiā si cū patribus ad-huc viuentibus altercati fuerint, eos tamen vita funētis laudibus exornant: qui verò censentur filii, cùm ex illorum satis non sint, ut facile cū viuis ipsis dissentiant, nihil pudet eos, defunctis ipsis maledicere. Ex Orat. de Dote contra Boëtum.

Leges defendite, & defunctorum curam habete, ne eorum nomen & familia pereat. Ex Orat. contra Nico.

Equis omnium non nouit virtutibus quidem omnibus subesse quandam aut maiore aut minore inuidiā: mortuos porrò, ne hostium quidem ullum præterea odisse? Ex Orat. de coena.

Illa est ex legibus Solonis qua videntur recte se habere nemini defuncta maledicendum. Ex Orat. ad Leptinem.

Solen in legibus, & Deus id oraculo mādat, ut cognati & affines mortuis inferias certis diebus exhibeant: Ex Orat. contra Macartatum.

Nulla potest dici vel verior vel honestior causa cur hostium dominus propinquis & familiari- bus defunctorum amicus esse velit, quam rursum pro toto dimicare maluerit, quam virtutis eorum admiratio. Ex Orat. Funebris.

Diligenter exquirens atq; cōsiderans, satis dignè pro defunctis verba facere, unum eorum que fieri nequeunt esse reperti. Ex Orat. Funebri.

Cū aliorum bonorum nulla sit defunctis commu-nio, sed ob res præclarè gestas, laudationes eorū q

si interierūt, sunt veluti propria merces: neque enim amplius tunc eis aduersatur inuidia. Ex Orat. de falsa leg.

Parentes honorandos esse.

PAr est parentibus definitum ex vtroq; pramissū, & à natura, & à lege justè referre, & vltro soluere. Ex Orat. 4. contra Philip.

*E*quidem eum perfidum & diis inuisum nō modo hominibus esse existimo qui parētes negligit. Ex Orat. 1. contra Aristogit.

*V*bi pater est et filij iā viri facti, fortasse & eorum liberi, ibi necesse est varias & nulla in re similes esse volūtates, nō enim iidē sunt sermones & facta iuuētutis, qua senectutis: verūtamē adolescētes quæcūq; agūt, si modò sint modesti, sic faciūt portissimū vt clā habere conētur, ne parētas, & senes offendāt, dissimilat id se videre: & senes viciſſū si forte sumptus iusto maiores rident, aut portionē, aut ludos immoderatos, sic ista videt, vt nō vidisse videantur. Ex Orat. 1. contra Aristogit.

*A*b initio etatus in omnibus disciplinis clari, & illustres fuerunt, ea exercētes, qua quamque etatem decerēt, iisque omnibus quibus par erat gratum facientes parentibus, amicis, familiaribus. Ex orat. Funebri.

Maiorum nostrorum virtutes,
imitandas esse.

Turpe est Atheniēses, turpe inquā, ordinem magnitudinis animi vestri deserere, quem

maiores vobis tradiderunt. Ex Orat. de Ordinatione ciuitatis.

Multa & preclara pedestri certamine navalique;
prælio pugnantes trophya statuerunt, de quibus etiam
nunc gloriamur: at qui vos considerare oportet ipsorum
hac erexit, non ut nos ipsa spectantes soli admira-
raremur, sed etiam ut eorum qui erexerunt virtutes
imitemur. Ex Orat. de Ordinatione ciuitatis, &
in extremo de Rhodio. libertate.

Vobis solis Athenies licet præ ceteris homini-
bus domesticis ut exemplis, & maiores quos iure
laudatis, re & factis imitari, tametsi prælia, neque
expeditiones, neque pericula in quibus clari &
illustres fuerunt, imminere tempora non sinunt, sed
vos praesenti vivatis in ocio, eorum vero pruden-
tia imitemini ubique opus est. Ex Orat. de falsa
legat.

Hac potestia opus esse ceseo, nemini sperare neque
verbo, neque facto iniusto, sed nostra facta ut maio-
ribus digna sint perpendere, non orationes qua in
suggesto habentur. Ex Orat. de Ordin. ciuit.

Non alienis exemplis sed domesticis usi, quafac-
ienda sunt, sciatis licet. Ex Orat. de Ordin. ciuit.

Cogitare turpisimum esse, patres vestros multos
labores magnaque pericula contra Lacedemonios
bellum gerentes sustinuisse: vos autem ne pro his quidem
qua iuste assequuti vobis tradiderunt, velle fortiter
vos defendere. Ex Orat. ad Philip. Epist.

Scire vos oportet quod iis in rebus desideratis, ob

LL. ij

*quas mortem maiores vestri perpetrati sunt. Ex
Orat.de falsa legat.*

*R*eliqui omnes homines aliorum ex eiusplis usi, cauti magis ipsi sunt: vos autem ne auditis quidem aliorum insurcuntis metuere potestis. Ex 24. Procem.

*T*urpis simus quidem est, maiores vestros pro legibus tuendis etiam mortem oppetere non dubitasse: vos autem in eas delinquentes, et prorsus euertere conantes, nolle punire. Ex Orat.2.contra Aristo.

*N*on puto maiores hac tribunalia et porticus vobis edificasse, ut eiusmodi homines in eis sagittentis, sed contra ut coercentis et puniatis, ac ne quis emuletur aut expetat improbitatem. Ex Orat.1.contra Aristogit.

De morte.

Mortalibus omnibus vite finis est mors etiam si quis in domuncula conclusum se conseruet: decet autem viros fortis et strenuos semper omnia que praeclarasunt aggredi, spem bonam velut pro pugnaculum sibi proponentes, et fortiter quicquid dederit deus, ferre. Ex Orat.de Corona.

*Q*ui in animis omnium mortaliuum insitum atque innatum vivendi desiderium contemnendum duxerunt, et honeste mori maluerunt, quam viventes Graeciam videre in miseriis, et calamitatibus versari, nonne singulariter et prestatissimam omni oratione virtutem suam reliquerunt? Ex Orat.Funebri.

*Omnibus omnium peccatorum terminus est mors.
Ex 3.Epit.*

EX DEMOSTHE-
NIS ORATIONIBVS,
ET EPISTOLIS
SIMILIA.



T approubaueritis & erga unum-
quenque beneuolo animo fueritis,
ita orator sapere videbitur. Ex
Oratione de Corona.

*Q*uemadmodum domus, opinor,
navigij, & aliorum id genus firmissima funda-
menta esse oportet, sic etiam negotiorum actio-
num principia & causas veras ac iustas esse
debet. Olynth. 2.

*P*er deos, quis vestrum usque adeò stolidus est,
qui ignoret illinc bellum hic venturum si negli-
gentius egerim? at vero id si esencrit, vereor Ath-
enienses, ne eodem modo, ut qui ex alieno grā-
de conflant, facile usurpis exiguo tempore ditati,
paulo post etiam auitis bonis cedunt.

*S*ic nos quoque si diutius segnes & ignavis esse
videamur, cunctaque ad voluptatem querere,
postea adducamur in necessitatem faciebō multa
etiam grauiā quae nolebamus, & de iis, quae sunt
in hac religione periclitemur. Olynth. 1.

LL 115

Quemadmodū per hos magnus & potens era-
fit, quem singuli censebant ipsum utile quippiam
sibi facturum esse: sic rursus per ipsos debet deii-
ci, postquam omnia utilitatis suæ gratia facere
connictus est. Olynth. 2.

cum fortasse possum quæadmodū & alijs accu-
sare, & gratificari populo, & publicare, & reli-
qua facilitare quæ isti faciunt, ne in ulla quidē hu-
iusmodi re vñquā versatus sim, neq; eò sim addu-
ctus, neq; lucro neq; gloriae cupiditate & ambitio-
ne, verū ea vsq; adhuc dicere perseverem, quibus
ego multis inferior sim apud vos, vos autem si me
audiretis, maiores essetis, sic etiā inuidiosum dice-
re non fuerit. Ex Orat. de rebus Cherronesicis.

*V*t in corporibus nostris etiā si pars aliqua ma-
lè sit affecta, tamen non dolet, donec alioqui rectè
valem⁹. ubi verò acciderit agrotatio aliqua sin-
gula partes ciētur, siue ruptura, siue laxatio, siue
earū quæ vitiata sunt aliqua fuerit: sic se habet
res ciuitatum & tyrannorum donec foris bellum
gerunt, domestica vicia non sunt multitudini cō-
spicua: cum verò finitimum bellum gerendū est,
priuata omnia flagitia patefiunt. Olynth. 2.

*E*quidem optarem, quemadmodum scio in rem
restram esse, vt optima dicentem audiatis. sic sci-
re me idem optima dicenti esse profuturū: multò
enim iucundius dicerē: nunc verò metuo, sed ta-
men vtilia visum iri credo, etiā si vos non parea-
tis, dicere non desinam. Ex 52. Procam.

Turpe est Athenienses decipere vos ipsos, & omnia prorogando quæ factu difficultia sunt intempestiuè agere, hòcque non posse intelligere, & eos oportet, qui rectè bellum administrare volūt, non sequi res, sed antecedere rebus, eodemq; modo quemadmodum quispiā iudicet imperatorum debere copias præesse, sic etiam rebus bonos cōsiliarios præesse oportet, ut quacunque illis visu fuerint, ea gerantur, & non cogantur qualibet persequi. Ex Orat.i.contra Philip.

Quemadmodum barbari pugnis decertant, ita vos bellum geritis cum Philippo: et enim qui ex illis vulneratus est, semper plagam contrectat, & si quis alibi ictus fuerit, illic manus sunt, ictum autem depellere aut contra intueri neque nouit, neque vult: sic vos si audieritis Philippū esse in Cherroneo, illuc mittenda esse auxilia decernitis si in Pylis, si alibi, una cursitatis sursum ac deorsum, & ab illo certè gubernamini: nihil porrò decernitis quod vobis ipsis in bello gerendo, utile sit, neque de pecuniis quicquā prospicitis, priusquam vel factum esse aliquid, vel fieri audieritis. Ex Orat.i.contra Philip.

Quemadmodum scio vobis cōducere ut optima audiatis, sic etiam scire utile fore ei qui optima dixerit: multo enim iucundius ac libentius dicrem. Ex Orat.i.contra Philip.

Non per Iouem reliquosq; deos omnes in odium incurrire volo, verum hac cōmemoro, ut vestrum

quisque hoc cognoscat ac rideat, quod quotidianè
quies & inertia quemadmodum in privatissimis,
sic & in ciuitatibus, non ex singulis eorum quæ ne-
liguntur statim mouet sensum sui, sed in summa
verum occurrit. Ex Orat. 4. contra Philip.

Vt vniuersi quisq; nostrū aliquis est parens, sic to-
tius ciuitatis ciues omnes parētes cōmunes existi-
mare oportet, hisq; decet nō solūm non ex his qua-
ciuitas donat quicquam adimere, imo verò, si nihil
horū esset, aliud prospicere deceret, ne vlli rei in-
digētes contemneretur. Ex Orat. 4. cōtra Philip.

Vt quemadmodum ille paratum habet exerci-
tum profigādæ, & in seruitutem redigendæ vni-
uersæ Graciæ, sic vos salutarem & auxiliarem o-
mnibus paratum tanquam in procinctu habeatis,
non enim fieri potest ut mittendis subsidiis un-
quam quicquam reclè commodeq; geratur. Ex
Orat. de rebus Cherronesicis.

Vt si quis illorum qui leges violarunt, antea
damnatus esset, tu ista non scripisses: sic tu si nūc
pœnas dederis, alius non sribet. Ex Orat. aduer-
sus Andro.

Quemadmodum exercitū quem ciuitas habet
dissolwre student, ducem & stipendium curantē
ei criminantes apud vos, sic eos ostendere Philip-
pi copias dissolutum iri, si vobis istud persuaser-
int. Ex Orat. de rebus Cherronesicis.

Quemadmodum in corporibus nostris quum quis
certe valens & robustus est, nihil eorum sentit, quæ

singulatim vitiata sūt, ubi verò agrotauerit, omnia mouentur, siue ruptura, siue laxatio, siue aliud quodpiam membrum non est perfectè sanum, sic & in regnis ac omnibus potestatisibus, donec sanè in bellis res prosperè gerunt, obscura & incognita vicia sunt vulgo, sin casus aliquis & damnum prater spem acciderit, omnia omnibus sunt aperata illorum flagitia. Ex Orat. ad Philip. Epist.

Si quām maximè fieri potest in rem esse loquutus, quemadmodum tum dixit, vos autem per segnitatem & ignauiam neglexissetis, neq; paruissestis an gestum esset eorum que tum ciuitati euenire fieri non potest, sic igitur in iis quæ ego nunc loquor & quinis alius duxerit facta à vobis ipsis querite. Ex Orat. de rebus Cherronesicis.

Videant ut quemadmodum ad interrogādum prompti sunt, sic etiā alacres & prōptos ad agēdū se prætent. Ex Orat. de rebus Cherronesicis.

Ut si quis grauia supplicia sceleribus cōstituat, ipse quidem minimè iniuriā facere paratus esse videtur, sic si quis honores & præmia bene meritorum tollat, ipse nihil boni facere paratus videbitur. Ex Orat. ad Leptinem.

Ve istorū quisq; suis & huius cōmodis student, ita vos vobis ipsis & tegibus, mihiq; ipsi ad vos confugienti studete, & hanc sententiam, in qua nunc estis, seruate. Ex Orat. contra Alidianum.

Si profectò vt modestu penas sumere sufficeret, ita leges sāxiſſet, impunitate & licētia fore multo

tos improbos censebat : si autem ut securis & descendit peritis futurum ut priuati homines non possent eodem modo quo illi poenam sumere. Ex Orat. aduersus Androt.

Quemadmodum reliqui iuris ciuitatis aqua pars inest cuique, sic quoque legis aquam partem singulis tribuendam esse putauit, qui eam tulit, & propterea scripsit, non licere legem ferre de viro, nisi eadem ad omnes Athenienses pertineat. Ex Orat. contra Aristocrat.

Non hoc solum ciuitatis nostrae donum contemperum & vile evasit, sed etiam reliqua omnia propter scelerorum & diis infestorum oratorum quæ talia celeriter & consultè scribunt improbitatem, quorū vita turpiter quæstuosa in tam immensum excrevit, ut honores & munera vestraria, quæ admodum qui paruarum rerum & admodum vilium auctionem faciunt, sic vili precio emetes vendunt, & multis ob eum ipsum quæstum statuëtes quicquid voluerint. Ex Orat. contra Aristocrat.

Quemadmodum quum in magistratu sunt, priuatos homines existimant oportere sibi morem gerere, ita posteaquam ipsi rursus priuati facti sunt, legibus R. eip. moderatricibus iure obtinperent. Ex Orat. 2. contra Aristogit.

Admonere istum insania est: qui enim tumultibus, quibus populus uniuersus sibi molestos admonet, nunquam cessit, neq; commotus est, unius scilicet alicuius oratione commouebitur: immedicabile

*Athenienses malum est huius improbitas : itaq;
quemadmodum medici quū tumorem malignum
prædurū quidem aut ulcus vicina omnia mēbra
depascens, aut aliquod immedicabile malū vide-
runt, rrunt aut omnino excidunt, ita vos omnes
oportet beluā hanc exterminare, & ex urbe eis-
cere, nec expectare dum vobis damnum aliquod
attulerit, quod absit re in R^{eip}. perniciem sit, sed
præcaendum est. Ex Orat. i. contra Aristogit.*

*Quemadmodum si quis illorum damnatus fuis-
set, tu ista non scripsisses, sic tu nunc si dāaberis,
alius non sribet. Ex Orat. contra Androt.*

*Existimo per iouem olympium, iudices, non
fortait̄ petulantiam & insolentiam istam subor-
tam esse Androtioni, sed à dea immissam esse, rc
quemadmodum qui victoria donaria circunci-
derunt, ipsi mortem sibi consciuerunt, sic & isti
iudicio contendentes perierunt, aut pecuniā du-
plam iuxta leges persolverunt, aut capitis pœnas
luerunt. Ex Orat. contra Timocrat.*

*Vt alius ciuitatis & quā partem vauciique dars
mult, sic etiā legum istarum bone partis esse vnu-
quenque cupet. Ex Orat. contra Timocrat.*

*Quemadmodum enim Chalcis in Eubœo loco
ad Eretiam fitus est, sic in Cherroneso ad Thra-
ciam sita est Cardianorum ciuitas. Ex Orat.
contra Aristocr.*

*Quemadmodum isti sibiipsis succuerunt ad-
versus vos, sic & vos oportet vobis ipsis opitulari.*

Ex Oratione contra Timocrat.

Ego enim quēadmodum & istū tot tātaq; retrā
nere cōnici, sic & illorū virunq; nō pauciora istis
habere ostendam. *Ex Orat contra Aphobum.*

Vos Athenienses, naturae bonitate quod dixi,
aliis, erga alios humanitate & clementia vtētes,
quemadmodum cōsanguinei qui in eadem domo
habitant, sic vos eandem urbem publicè incolitis.

Ex Orat.1.contra Aristo.

Ut quemadmodum vobis ego testimonii multis
& argumentis astēdi matrem meā talentum prā
dote attulisse, istud verò me de paternis bonis non
accepisse, vobis autem domum in id constructam
exemptā esse, sic & istum iubete vobis indicare,
aut vera non esse que dico, aut me non debere do-
tem recipere. *Ex Orat. contra Bœotum de dote.*
Si semel permiseritis Rēmpub. capessentibus ut
iniquè & cōtra leges agat, & pr̄finitū ius despō
ciant, necesse erit nos omnes illorum improbitatis
incōmodum capere, qui hanc urbē incolimus, quē
admodū enim ex erratis que in nāibis inter na-
uigandum contingunt, si quis pr̄sertim nautarū
peccet, leue & paruum adfert damnum: verum si
gubernator aberret, aut delinqnat, omnib⁹ simul
nāigantibus cōmune infartum ac periculum
struit, ita priuatorum hominum delicto imple-
bis, sed in ipsorū incōmodū referūtur, magistratuū
autē & Rēmp. administrantium peccata in vos
omnes spargūtur. *Ex Orat.2.contra Aristogit.*

Quemadmodum iudices, maximè vos ipsi, nolletis male à vestris liberis, sic nec istū patri conuicium facere sinatis. Etenim graue esset, si ipsi cum iis qui in paucorum dominatu multos ciues indicta causa iudicatos interemerunt, reconciliati, stetis pæctis & conuentis, quemadmodum probos & bonos decet: istum, qui cum patre viuente negocium iudiciale transegit, & multis rebus per iniuriam potentior evasit, nunc memoria discordiarum renouare permittatis, eiq; maledicere. Ex Orat. contra Boëtum.

Quemadmodum publicè ius omnibus opitulatis esti qui in fodinis iugiter laborant, sic & priuatum nūc mihi auxilio sis, etenim si seruus vester, non ciuis essem, visa ac cognita industria mea & erga vos benevolentia, leuassetis me sumptibus, & in aliquem alium fugitiuum irruissetis. Ex Orat. contra Phœnipp.

Peto à vobis iudices, quoniam omnia quæ iusta sunt, declarauis, fidemq; vobis præstis, quæ admodū unusquisq; eum à quo iniuria afficeretur, odio haberet, sic pro me aduersus Cononem istum ira euomatis, nec talium quicquam propriū existimetis, quod etiā alteri forte cōtingere potest, sed enīcunq; tandem enēnerit open ferte, & qua iusta sunt tribuite. Ex Orat. contra Cononem.

Deinde subdolè agit, dicitque oportere, quā de nobis domo allatam habetis opinione negligere, ut quā arbitramini pecunias alicui superesse ratio-

nem subducitis: quod si vera sit subdu^ctio, nihilq;
superfit acquiescitis, sic nunc quoque ex oratione
iis est assentendum querationem praeferunt.
Ex Orat. de Corona.

Cum hortarentur me priuatum omnes, neq; con-
venirent ut ad supplicium sumendum de iis que ab
eo passi sumus, converteremur, & ut eum omnium
mortalium ignauissimū incesserent, si tanta miseri-
cum his sit familiaritas, nō exigerem supplicium
pro sorore, & affinibus, & neptib⁹, & uxore mea
qua neque aperte in deos impia fuit, neq; in ciui-
tatem contumeliosa, legesq; vestras contempsit, ea
ad vos adducta eiusq; sceleribus declaratis & co-
gnitis, eam vestro iudicio subiicerem, ut quicquid
velletis de ea statueretis, & quemadmodum Stephan-
nus iste contra leges & pscplismata membris fami-
liarib⁹ & necessariis priuauit, sic et ego ingressus
apud vos, ostenderem istū peregrinā uxore contra
legē duxisse, alienigenos pueros adducere tunc ad
tribunos, tūc ad populares, alienas porrò despōde-
re filias pro suis, & deorum religionem polluisse,
populi autoritatem irritā & nullā sacere, si quē
velit ciuem creare. *Ex Orat. contra Nearam.*

Quemadmodum qui emit, eum vicit, qui pecu-
niā acceperit, si eum emerit, sic qui non accepit
pecuniam, neq; corruptus est, vicit eum qui emit.
Ex Orat. de Corona.

Constitui nobilitatis rerumq; maximarū repe-
tita memoria, ita demū orationē coniungere cum
egregiis

egregiis illorum facinoribus, ut quemadmodum
natura fuerunt cognati, sic etiam communibus eos
laudibus exornem, existimans hæc & illis esse
gratissima, ac potius utriusque placitura, si mu-
tua virtute, nedum natura, verum & laudibus
communicent. Ex Orat. Funebri.

Ingentem fortasse excessum memorare videbi-
mur, dicendum tamen, quædammodum enim si quis
ex hoc consistenti mundo lumen tollat, laboriosa
& difficilis reliqua omnis vita futura est, sic his
viris sublatis, in tenebras, magnamq; turpitudi-
nem omnis qua antea fulserunt Cræci, claritudo
incidit. Ex Orat. Funebri.

Sensi profectò statim ab initio omnem hominem
quod R eipub. curam gerit, decere, modò bonus ciuis
sit, quemadmodum liberi erga parentes, sic erga
omnes ciues se habere, bencuolos tamē ferat qua-
lescūnque fuerint, nam in eiusmodi rebus, à sa-
pientibus præclara & illustris victoria existi-
matur. Ex 3. Epistol.

Ego vero oportere censeo (ac mihi propter id
quod dicturus sum ne reclametis, & obstrepatis,
sed ubi audiueritis iudicaret) quemadmodum de
acciendo ad concionem retulimus, sic etiam de
ciuibus in certos ordines redigendis, in comparā-
dis rebus ad bellū necessariis, concionem assigna-
re, & seipsum præbere, non modò hac audire vo-
lentem, sed etiā facere cupientem, ut Atheniæses
bonorum spes habeatis, nec hunc neque illū, quid

M M

gerat interrogetis. Ex Orat. de ordin. ciui.

Fortassis ut neque priuatum facile est omnia recte agere, sic neque publicè, sed tamen res maximas negligere non oportet. Ex 24. proœm.

Istis statim ab initio nihil curæ fuit huius sin-graphæ, sed ut nostra prosua r̄si sunt pecunia, sic sunt hi scelerati sophistæ & iniqui homines. Ex Orat. contra Aphobum de falso testimo.

Quemadmodum Athenienses, scelestos ac profligatos alios qui scelera fatetur, sine iudicio suppliciis afficileges iubent, sic etiā iste, quandoquidem leges depravare deprehensus est, non cōcessa dicendi potestate, nec auditis eius accusationibus condemnādus erit: confessus est enim altera prior lege, se contraria ista ferenda haud àequum facere. Ex Orat. contra Timocratem.

Quemadmodum si quale sit argentū, iudicandum esset illud explorandum & probandum existimaretis, sic etiam postulo, ut habitā orationem ex his quae nos contra differuimus iudicantes, utilem quidem si inuenietis, fauente fortuna, sequamini. Ex Orat. 39. proœm.

Peto à vobis quemadmodum ego vobis modestum & utilem me præbui, sic & vos nunc mei rationem habeatis. Ex Orat. aduersus Polyclem.

F I N I S .

NOMINA AV-

TORVM E QVIBVS

SENTENTIAS EXCER-
PTAE SVNT.

*

A	Cademici.	386.	cis.	222
	388		Antisthenes.	455
Accius.		230	Apollo Pythius.	218
Aeschines.		227	Arcesilas.	433
Alcimaeus.		444	Archytas Tarentinus.	
Alexander.		229	227.456	
Anacharsis.		452	Archymedes.	457
Anaxagoras.		210.	Aristippus	458
453			Aristo.	459
Anaxarchus.		454	Aristoteles.	418
Anaximenes.		455	Aristoxenus.	457
Anaximander.		454	Asclepiades.	222
Annibal.		228		
Annicerius.		452		B
Antigenidas.		232	Bias.	226.464
Antimachus.		ibid.		C
Antiochus.		432	Cacilius.	230
Antipater.		455	Caius Lelius.	235
Antipater. Cyrenaic			Caius Lucilius.	236
			MM ij	

INDEX.

<i>Caius Petius Samnis.</i>	<i>Dinomachus.</i>	466
235	<i>Diodorus.</i>	ibid.
<i>Calipho.</i>	<i>Diogenes.</i>	219.442
<i>Callistrate.</i>	<i>Diogenes appollonia-</i>	
<i>Carneades.</i>	<i>tes.</i>	467
<i>Cato Censorius.</i>	<i>Diogenes cynicus.</i>	ibid.
<i>Catulus.</i>	<i>Dyon. Heracloes.</i>	ibid.
<i>Chrysippus.</i>	<i>Dionysius.</i>	224
<i>Cleantes.</i>		
<i>Clitomachus.</i>		
<i>Crantor.</i>		
<i>Cratippus.</i>	<i>Empedocles.</i>	467
<i>Critolaus.</i>	<i>Ennius.</i>	237
<i>Curius.</i>	<i>Epicharmus.</i>	221.468
<i>Cyrenaeus.</i>	<i>Epicurus.</i>	397
<i>Cyrenaicus.</i>	<i>Eudoxus.</i>	447
<i>Cyrenaeus Theodorus.</i>	<i>Euripides.</i>	230
221		
<i>Cyrus maior.</i>		
<i>Cyrus minor.</i>		
	<i>Fabius Maximus.</i>	235
	<i>H</i>	
<i>Darius.</i>		
<i>Democritus.</i>	<i>Hecato.</i>	443
<i>Demosthenes.</i>	<i>Hector Nauidon.</i>	230
<i>Diagoras.</i>	<i>Heraclides.</i>	468
<i>Dicearchus.</i>	<i>Heraclitus.</i>	ibid.

	I N D E X.
Heraclides.	<i>ibid.</i> Metrodorus. 230
Herillus.	469
Hesiodus.	231
Hieronymus.	469
Homerus.	231
	P
Socrates.	226
	I
Lacedemonius.	220.
	229
Lacena.	221
Leonidas.	220
Leontinus Corgias.	222
	M
M.Cicero.	239
Marcus Crassus orator	S
	236
Marcus Crassus diues.	Scenola. 237
ibidem	Scipio Africanus.
Marcus Antonius.	232
232	Scipio minor. 234
	MM ij

INDEX,

<i>Scipio Nasica.</i>	235	<i>Themistocles.</i>	213
<i>Silenus.</i>	228	<i>Theophrastus.</i>	222
<i>Siculus.</i>	237	2430	.
<i>Socrates.</i>	215	<i>Theramenes.</i>	221
<i>Solon.</i>	472, 219	<i>Theseus.</i>	239
<i>Sophocles.</i>	222	<i>Timotheus Athenien-</i>	
<i>Speusippus.</i>	423	<i>sis.</i>	224
<i>Statius Cecilius.</i>	231		
<i>Stilpho.</i>	473	X	.
<i>Stoico.</i>	391		
<i>Strato.</i>	473	<i>Xenocrates.</i>	223.
<i>Symonides.</i>	218, 472	423	
		<i>Xenophanes.</i>	74
		<i>Xenophon.</i>	446
		Z	
<i>Telamon.</i>	221		
<i>Terentius.</i>	238		
<i>Teucer.</i>	230	<i>Zeno.</i>	226
<i>Thales Milesius.</i>	218.	<i>Zeno epicureus.</i>	474
	464		

I N D E X . R E-
 R V M A C V E R B O -
 R V M Q V A E I N
 hoc opere conti-
 nentur.
 *

<i>Absolutū nihil.</i>	2	<i>Adolescens senū pre-</i>
<i>Abstinentia.</i>		<i>ceptis gaudet.</i> 256
223		<i>Adolescens senilis.</i> i-
<i>Actor.</i>	194	<i>bidem</i>
<i>Acquisitio.</i>	490	<i>Adolescens bonæ indo-</i>
<i>Actionis principium.</i>		<i>lis.</i> 256
535		<i>Adulator.</i> 304
<i>Administratio.</i>	246	<i>Adulatio.</i> 106
<i>Adolescentia.</i>	180.	<i>Aduersa.</i> 197
315		<i>Aduocatus.</i> 316
<i>Adde iuuentus.</i>		<i>Aedificij destructio.</i>
<i>Adolescentis natura.</i>		256
317		<i>Aegritudo.</i> 426. 452
<i>Adolescentum libido.</i>		<i>Aegritudinis levatio.</i>
256		403
<i>Adolescens moriens.</i>	63	<i>Aegritudinem adime-</i>
		<i>re.</i> 312
		<i>M M iiiij</i>

<i>Aegrotus.</i>	238.246	<i>Amicus.</i>	232
<i>AEqualitas.</i>	344	<i>Amici.</i>	216
<i>Aer.</i>	393	<i>Amici non negligendi.</i>	
<i>Aetas.</i>	180.256	179	
<i>Aetas brevis.</i>	267	<i>Amici res in tuto col-</i>	
<i>Aeternitas.</i>	<i>ibidem.</i>	<i>locanda.</i>	313
<i>Aether.</i>	404	<i>Amicorum cōmunia.</i>	
<i>Ager.</i>	248	317	
<i>Aggressio.</i>	254	<i>Amicos obsequiū pa-</i>	
<i>Agricultura.</i>	199	<i>rit.</i>	306
<i>Albedo.</i>	262	<i>Amici veteres prefe-</i>	
<i>Aliena videre.</i>	188	<i>rendi.</i>	257
<i>Ambitio.</i>	114.380	<i>Amico confilia expri-</i>	
<i>Ambulatio.</i>	217	<i>menda.</i>	313
<i>Amicus.</i>	306	<i>Amicus falsus.</i>	257
<i>Amor.</i>	200.294	<i>Amicitia.</i>	234
<i>Amor immutat.</i>	303	<i>Amicitiae proprium.</i>	
<i>Amorsui.</i>	304	257	
<i>Amori qua insunt.</i>		<i>Amicitia cur expeten-</i>	
	309	<i>da.</i>	<i>ibidem.</i>
<i>Amoris inimicū.</i>	319	<i>Amicitiae pestis ibidē.</i>	
<i>Amantium animus.</i>		<i>Ammissione rem cognos-</i>	
	313	<i>scimus.</i>	153
<i>Amor & amicitia.</i>		<i>Animus.</i>	82. 215.
	98	249.395.421. 450	
<i>Amicitia.</i>	189. 279.	<i>Animatriplex.</i>	416
	345	<i>Anima à diis sparsa.</i>	
<i>Amādū quatenus.</i>	461	263.	

INDEX.

<i>Anima sempiterna.</i>	<i>Animus mollis.</i>	302.
470	<i>Animi bona.</i>	328
<i>Animal conseruatrix sui.</i>	<i>Animus sempiternus.</i>	
394	269	
<i>Animalium ortus.</i>	<i>Animi appetitio.</i>	252
<i>Animal omne mortale</i>	<i>Animus se non videt.</i>	
437	255	
<i>Animus perspicuis ce- dit.</i>	<i>Animi relaxatio.</i>	183
254	<i>Animorum varia- tes.</i>	252
<i>Animus diuinus.</i>	<i>Animi celeritas.</i>	ib.
413	<i>Animus dubius.</i>	307
<i>Animus à Deo inge- neratus.</i>	<i>Animi motus.</i>	416
264	<i>Animus ex igne con- stat.</i>	445
<i>Animus liber.</i>	<i>Animus præstantior corpo.</i>	262
390	<i>Animus sine fine.</i>	ib.
<i>Animi partes.</i>	<i>Animare.</i>	220
<i>Animus immortalis.</i>	<i>Appetitus rationi obe- diens.</i>	87
448	<i>Aquila senectus.</i>	313
<i>Animi libertas.</i>	<i>Architectus.</i>	255
302	<i>Arma.</i>	310
<i>Animi ex qua parte hausti.</i>	<i>Arma legibus contra- ria.</i>	50
464	<i>Arts.</i>	250
<i>Animus perturbatus.</i>	<i>Ars natura certior.</i>	190
370		
<i>Animus retinendus.</i>		
270		
<i>Animus ignis.</i>		
405		
<i>Animus malus.</i>		
311		
<i>Animi spes.</i>		
301		
<i>Animi figura.</i>		
423		
<i>Animi nihil esse.</i>		
463		

INDEX.

<i>Arrogantia.</i>	115	<i>Beata vita.</i> 432. 451
<i>Aruspex.</i>	234	<i>Bellum. Not. Militia.</i>
<i>Attentio nimium.</i>	317	<i>Bellum.</i> 210. 304. 530
<i>Atomi.</i>	451	<i>Bellum ciuile.</i> 210
<i>Auaritia.</i>	203	<i>Bellum renouatum.</i> 255
<i>Auaritia vitanda.</i>	264	<i>Bellicae res an vrbani</i> <i>præstent.</i> 38
<i>Auarus.</i>	249	<i>Benedicta.</i> 461
<i>Audacia.</i>	230	<i>Nihil refert quām ci-</i> <i>tè, si sat bene.</i> 22
<i>Audire quæ nolit.</i>	308	<i>Beneficium.</i> 109. 237.
<i>Augures.</i>	445	223. 238. 308. 350
<i>Auri periculum.</i>	257	<i>Beneficium accipere.</i>
<i>Auribus lupum tene-</i> <i>re.</i>	322	315
<i>Aurum.</i>	224	<i>Beneficus.</i> 257
<i>Autor.</i>	228	<i>Beneficentia.</i> 299
<i>Autoritas.</i>	118. 349	<i>Benevolentia.</i> 55
<i>Auxilium.</i>	188. 301	<i>Benevolentia fidelis.</i>
B		
B <i>Eata vita.</i>	407.	<i>Bonus.</i> 245. 418.
	438	491
<i>Beatus.</i>	215. 225.	<i>Bonū.</i> 141. 242. 407.
	469	422. 471
<i>Beatus quis.</i>	469	<i>Bonorum genera.</i> 390
<i>Beatus bonus.</i>	217	<i>Bonum summū.</i> 422.
<i>Beatisudo.</i>	269. 471	437. 461
		<i>Bonum summum scien-</i>
		<i>tie.</i> 480

INDEX.

<i>Bestia que vnum diem</i>	<i>Charitas à seipso.</i>	301
<i>vnuant.</i> 430	<i>Cibus.</i>	310
<i>Boni appetitio.</i> 8	<i>Cibi condimentū.</i>	414
<i>Bonum honestum.</i> 395	<i>Circunstantia.</i>	167
<i>Bonus beatus.</i> 217.	<i>Cithareædus.</i>	244
413	<i>Civitas.</i>	54.242.261.
<i>Bonus vir.</i> 142	536.538 540	
<i>Bono nihil mali.</i> 274	<i>Civitas seditionis.</i>	247
<i>Bona.</i> 226	<i>Cives.</i>	213
<i>Bonorum filii.</i> 387.	<i>Clementia..</i>	98
396	<i>Caena.</i>	223
<i>Bos.</i> . 247	<i>Comitas.</i>	340
.	<i>Comitia.</i>	254
C	<i>Commendatio.</i>	247
	<i>Commodum.</i>	243
<i>Cœlestia.</i> 267	<i>Commune.</i>	254
<i>Calamitas.</i> 169	<i>Concordia.</i>	303
288	<i>Condimentū.</i>	218.225
<i>Calces aduersus stimu-</i>	<i>Coniectura.</i>	188
<i>lum.</i> 320	<i>Consanguinei.</i>	542
<i>Calor.</i> 442	<i>Consilium & prudētia,</i>	
<i>Calumnia.</i> 494	<i>an armis & rebus bel-</i>	
<i>Cantilena.</i> 322	<i>licis preferantur.</i> 33	
<i>Carendo rem cognosci-</i>	<i>Contentus.</i>	301
<i>mus.</i> 153	<i>Corpus.</i>	245.247
<i>Canillatio.</i> 303	<i>Corpus mortale.</i>	437
<i>Celeritas.</i> 265.303	<i>Corporis dissimilitudo.</i>	
<i>Cestum.</i> 302	251	

INDEX.

<i>Corporis valetudo.</i>	64	<i>Crimen falsum.</i>	253
<i>Corporis commoda.</i>	370	<i>Cupiditas</i>	402
<i>Corporis bona.</i>	466	<i>Cura alienorum.</i>	311
<i>Corporis pulchritudo.</i>	256	<i>Cygnus.</i>	254
<i>Corruptela.</i>	375		D
<i>Corrupti.</i>	228		
<i>Conscientia.</i>	140. 233	<i>Ebitum.</i>	110
<i>Conseruatio.</i>	208	<i>Decertatio.</i>	537
<i>Consiliarij.</i>	537	<i>Decus.</i>	256
<i>Consilium.</i>	38. 307. 349	<i>Definitio.</i>	402
<i>Consilia mutanda.</i>	351	<i>Deformitas.</i>	236
<i>Consilio experientum.</i>	310	<i>Deliberatio.</i>	500
<i>Consilio que non regā- tur.</i>	308	<i>Delicta.</i>	395
<i>Consilium rem prae- rat.</i>	39	<i>Delictum nefarium.</i>	
<i>Consilium quorundam sinistrum.</i>	40	<i>ibidem.</i>	
<i>Consolatio.</i>	442	<i>Desiderata delectare.</i>	
<i>Consuetudo.</i>	151	<i>Detractio.</i>	243
<i>Contentio.</i>	385	<i>Deus.</i>	63. 218. 242. 399. 471. 474. 478
<i>Continentia.</i>	264	<i>Deus mundum regit.</i>	
<i>Credendū quibus.</i>	124	<i>Deus est mundus.</i>	405
<i>Credulitas.</i>	235	<i>Dij nihil curant.</i>	eod.
<i>Crepitus.</i>	397	<i>Deus qualis.</i>	472
		<i>Deos nativos.</i>	454

INDEX.

<i>Dei potestas ex He-</i>		<i>Dij qui dicantur.</i>	393
<i>rac.</i>	468	<i>Ex Deo felicitas.</i>	262
<i>Deorum natio</i>	441	<i>Dens omnium rerū ma-</i>	
<i>Dij octo.</i>	424	<i>derator.</i>	260
<i>Deorum vita sempiter-</i>		<i>Deorum vim quis re-</i>	
<i>na.</i>	308	<i>dargnat.</i>	467
<i>Deus homine melior.</i>		<i>Deus animam spargit.</i>	
	428		263
<i>Deorum cognitionem</i>		<i>Deum non esse.</i>	465
<i>enellere.</i>	423	<i>Deum cognoscere.</i>	261
<i>Deum esse.</i>	263	<i>Dei administratio.</i>	ibid.
<i>Deos beatos.</i>	400	<i>Deum habendum.</i>	263
<i>Deorum ara.</i>	409	<i>Deus albedine delecta-</i>	
<i>Dij quibus constent.</i>		<i>tur.</i>	262
	390	<i>Dei pietas.</i>	ibid.
<i>In Deo nihil suspicat-</i>		<i>Dei potestas.</i>	ibid.
<i>tur.</i>	469	<i>Dei nomine omnia fūt</i>	
<i>Deorum prestans na-</i>			262
<i>tura.</i>	409	<i>Contra Deū non dispu-</i>	
<i>Deorum sedes.</i>	400	<i>tandum.</i>	ibid.
<i>Deorum opera mūdum</i>		<i>Deus quid.</i>	261
<i>non esse procreatūm.</i>		<i>Dei vita.</i>	262.404.
<i>ibid.</i>		<i>Dialectica.</i>	226.422.
<i>Dij vacant.</i>	473		444
<i>A Deo principium fu-</i>		<i>Dialectica & Rhetor-</i>	
<i>mendum.</i>	263	<i>icae quedam differē-</i>	
<i>Dij populares.</i>	456	<i>tia.</i>	226
<i>Deus immensus.</i>	455	<i>Dicere.</i>	252

<i>Difficile.</i>	314.	<i>Doctrina.</i>	246.417
<i>Dictum.</i>	308	<i>Docti quid propriū.</i>	36
<i>Nullum dictum, quod nan dictum prius.</i> ib.		<i>Doctus iuuisus, nisi p- bus.</i>	37
<i>Dicendo difficile, vt o- mnibus satisfaciam⁹.</i>		<i>Dolor.</i>	177.205.396.
193			401.408.452
<i>Dilectio.</i>	394	<i>Dominium</i>	291
<i>Dilectia partus.</i>	12	<i>Domus.</i>	241
<i>Dilectio sui.</i>	10	<i>Domus seditiose.</i>	247
<i>Diligentia.</i>	233.513	<i>Dormiens.</i>	316
<i>Discendum.</i>	219	<i>Dormire in quare.</i>	312
<i>Discordia.</i>	303	<i>Dux.</i>	429
<i>Disertus.</i>	232		
<i>Disputatio.</i>	386		
<i>Disputando aduersari.</i>			E
388		<i>Eloquentias</i>	33.
<i>Dispidium.</i>	307		348.397
<i>Diuers.</i>	392	<i>Eloquens.</i>	352.414.
<i>Divitie.</i>	281.402	<i>Emptio.</i>	207
<i>Divitiarum miss.</i>	443	<i>Enunciatio.</i>	431
<i>Divitiae naturales.</i>	402	<i>Errans.</i>	238
<i>Divitiarū contēptores.</i>		<i>Error.</i>	309.373
112		<i>Equus.</i>	247
<i>Divinatio.</i>	428.427.	<i>Equi.</i>	248
455.470		<i>Equis indomitus.</i>	252
<i>Divitium.</i>	226	<i>Euentus.</i>	325
<i>Desilis.</i>	304	<i>Exemplis quorummō.</i>	
		<i>neamur.</i>	393

I N D E X.

<i>Exercitatio.</i>	365	<i>Familiares res.</i>	234
<i>Exercitium.</i> <i>ibidem</i>		<i>Fatum.</i> 450.437.450	
<i>Exilium.</i>	122	<i>Fœdus.</i>	303
<i>Experientia.</i>	317	<i>Fœlicitas.</i>	337
<i>Expetendarum rerum tria genera.</i>	78	<i>Fœlio.</i>	125
<i>Externa.</i>	450	<i>Fidelitas.</i>	307
		<i>Filia.</i>	309
		<i>Filius.</i>	207
<i>F</i>		<i>Filiū quomodo retinen- di.</i>	315
<i>Faba.</i>	309	<i>Flagitium.</i>	238
<i>Facinus.</i>	252	<i>Flamma.</i>	304
<i>Facinus magnum.</i>	312	<i>Fœnus.</i>	234
<i>Fœlum.</i>	229.401	<i>Forma dissimilitudo.</i>	
<i>Fœlū impossibilis.</i>	307		251
<i>Fœta probant, nō ver- ba.</i>	126	<i>Fortitudo.</i>	111.277.
<i>Fœlū de iudicia.</i>	306		334.430
<i>Fœlum quibus lictū.</i>		<i>Fortes.</i>	321
	317	<i>Fortuna.</i>	172.229.
			230.236.238.250
<i>Fœlum rectum.</i>	304	<i>Fortunæ vis.</i>	403
<i>Fœlū trāfœlum.</i>	307	<i>Fortuna prospera.</i>	233
<i>Fœta infecta.</i>	136	<i>Fortunæ bona.</i>	311
<i>Fallacia.</i>	307	<i>Fortuna aduersa.</i>	316.
<i>Falsum.</i>	394		320
<i>Fama.</i>	123	<i>Fortunæ aduersam fer- re.</i>	<i>ibid.</i>
<i>Fames.</i>	255		
<i>Familiaritas.</i>	304	<i>Fortunæ mala.</i>	437

INDEX.

<i>Fortuna prospera.</i>	169	<i>Gloria.</i>	61.301
<i>Fortuna telus subiecti.</i>		<i>Gloria falsa.</i>	255
268		<i>Gloria iusta,</i>	ibid.
<i>Fortuna fortis adiu-</i>		<i>Gloriosus.</i>	249
<i>nat.</i>	321	<i>Grammaticus.</i>	246
<i>Fortunatus.</i>	322	<i>Gratia.</i>	255
<i>Fortunati qd prætent.</i>	316	<i>Aliud pecuniæ debere,</i>	
		<i>aliud gratiam.</i>	110
<i>Fructus.</i>	252	<i>Gratiarum actio.</i>	109
<i>Fuga.</i>	230.397	<i>Crues.</i>	422
<i>Fundamentum.</i>	535	<i>Cubernator.</i>	<i>Not.</i>
<i>Funus.</i>	418	<i>Ad-</i>	<i>ministratio.</i>
<i>Fur.</i>	254		
<i>Furtum.</i>	207		<i>H</i>
<i>Futura.</i>	437		
<i>futuronū cognitio.</i>	490	H	<i>Abitus.</i>
<i>Futura inevitabilis.</i>			218
	136	<i>H</i>	450
<i>Futurorum ignorātia.</i>		<i>Habens seipsum.</i>	304
	153	<i>Habere omnia.</i>	309
		<i>Hæreditas.</i>	205
		<i>Hirundo.</i>	257
		<i>Histrio.</i>	246
		<i>Homo.</i>	154.242.325
		<i>Homo iustus.</i>	491
G		<i>Homo spætabilis.</i>	263
<i>Allina cecinit.</i>		<i>Hominis facilitas.</i>	318
	323	<i>Hominis notitia.</i>	263
<i>Gallus.</i>		<i>Homo supernorum spen-</i>	
<i>Gemma.</i>	450		
<i>Gloria.</i>	<i>Not.</i>		
	<i>Laws.</i>		

INDEX.

<i>Homo exanguis.</i>	353	<i>Honor.</i>	216.239.301
<i>Homo indoctus.</i>	252	<i>Hostis.</i>	231
<i>Homo seditionis.</i>	253	<i>Humanorum contem- ptio.</i>	267
<i>Hominis dissolutio.</i>	256	<i>Humana ferenda.</i>	174
<i>Homines effrenatis.</i>			
.	248		
<i>Hominis natura excel- lentia.</i>	264		
<i>Homo effrenatus reb⁹ secundus.</i>	233	I <i>Dea.</i>	417
<i>Homo bonus.</i>	269	<i>Ignavia.</i>	283
<i>Hominum diversa stu- dia & iudicia.</i>	163	<i>Ignis.</i>	309
<i>Hominis calamitas.</i>	288	<i>Ignorare futura.</i>	157
		<i>Ignoscendum.</i>	186
<i>Hominis cognitio</i>	304	<i>Ignoscētia.</i>	303
<i>Hominum vita.</i>	316	<i>Illicita.</i>	304
<i>Homo friget.</i>	309	<i>Imagines.</i>	450
<i>Homo humānus.</i>	311	<i>Immeritus.</i>	302
<i>Hominis & pecudie idem bonum.</i>	401	<i>Immortalitas.</i>	230.
<i>Homo nequam.</i>	313		239
<i>Homo homini.</i>	309	<i>Impetrare potita.</i>	137.
<i>Honestum.</i>	71.215. 390. 422. 440. 445. 475		237
<i>Honesta vita.</i>	88	<i>Imperator.</i>	44.244.
			5.0
		<i>Imperatoris cohortatio</i>	
			253
		<i>Imperium.</i>	360.390.
		<i>Imperium quomodo re- tinendum.</i>	315

NN

I N D E X.

<i>Impius, not. Improbus.</i>	<i>Iniuria.</i>	315.318
<i>Impius.</i>	<i>Iniustitia.</i>	264
<i>Impiorum beneficium.</i>	<i>Innocentia.</i>	344
147	<i>Innocens quis.</i>	255
<i>Impius irre occiditur.</i>	<i>Inuidia.</i>	131.493
<i>ibid.</i>	<i>Intellectus.</i>	296
<i>Improbitas.</i>	<i>Ira.</i>	132.227.262.
<i>Improbus.</i>	515	.
215.217.		
271		
<i>Impunitas.</i>	<i>Ira impulsus.</i>	319
<i>Incertitudo.</i>	<i>Iracundiam reprimen-</i>	
	<i>dam.</i>	<i>ibidem</i>
<i>Incertum.</i>	<i>Iratus.</i>	456
<i>Inconstantia.</i>	<i>Irrecuperabilia.</i>	303
<i>Indignus maioribꝫ.</i>	<i>Judices.</i>	237
<i>Industria.</i>	<i>Judex.</i>	496
<i>Infamia.</i>	<i>Judex & quae sunt eius</i>	
<i>Ignis.</i>	<i>partes.</i>	51
<i>Ingeniosus.</i>	<i>Judicum natura.</i>	321
<i>Ingeniosus laboriosissi-</i>	<i>Judex vacat culpa.</i>	312
<i>mē docet.</i>	<i>Judicium.</i>	15
<i>Ingenium.</i>	<i>Judicia diversa.</i>	163
192.236.	<i>Judicium alienū sequē-</i>	
247.302	<i>dum.</i>	287
<i>Ingenij acies.</i>	<i>Jugulare.</i>	317
<i>Ingenium mobile.</i>	<i>Juramentum.</i>	230
<i>Ingenius.</i>	<i>Ius summum.</i>	305
<i>Ingratitudo.</i>	<i>Ius.</i>	51
<i>Inimicus.</i>	<i>Infurandum.</i>	494
<i>Initia.</i>		

INDEX.

<i>Iustitia.</i>	95.338.488	<i>Liberalitas.</i>	105
<i>Justus.</i>	491	<i>Liberi.</i>	518
<i>Iuuenes ardentes.</i>	253	<i>Libertas.</i>	120
<i>Iuuentus.</i>	350	<i>Libido.</i>	256.269.306
<i>Iuuentus senum prudē- tia nitatur.</i>	184	<i>Licentia.</i>	302.312
<i>Iuuentutis ludus permis- tendus.</i>	182	<i>Licentia nimia.</i>	316
<i>L</i>		<i>Licita.</i>	304
<i>Abor.</i>	135.239.	<i>Literarum laus & uti- litas.</i>	15
	41.306	<i>Non esse in literis de- sperandum.</i>	18
<i>Latitia.</i>	257	<i>Locus ab homine bone statur.</i>	211
<i>Laterem lavare.</i>	329	<i>Loquacitas.</i>	377
<i>Latro.</i>	261	<i>Loquutio.</i>	323.406
<i>Laus.</i>	218.220.236.	<i>Loqui de nobis ritan- dum.</i>	130
	261.309.311	<i>Lucrum.</i>	302
<i>Laus à Laudato.</i>	220	<i>Luna.</i>	42
<i>Landis cupiditas.</i>	309	<i>Lupus.</i>	310
<i>Electio.</i>	257	<i>Lusus.</i>	252
<i>Lex.</i>	49.249.250. 483	<i>Luxus.</i>	374
<i>Lex naturalis.</i>	416	<i>Luxuria.</i>	264
<i>Legum violator.</i>	538	<i>M</i>	
<i>Legis aequalitas.</i>	540	<i>Magistratus.</i>	450
<i>Lege factum perpetuum.</i>	321.		417.540..
<i>Liberalitas.</i>	257	<i>M</i>	542.
		<i>NN</i>	

INDEX.

<i>Magnanimitas.</i>	III	<i>Melius. Not. Bonum;</i>
<i>Magnum.</i>	246	<i>Melioribus dare locū,</i>
<i>Maledicentia.</i>	379	322
<i>Maledictum.</i>	201	<i>Memoria.</i> 136.191
<i>Malè parta.</i>	186	213.417
<i>Males expedire esse.</i>		<i>Mendacium.</i> 314.379
	323	<i>Mens.</i> 242.251
<i>Malum.</i>	242.252.	447
		<i>Mens diuina.</i> 453
<i>Malū malo addere.</i>	323	<i>Mens perfecta.</i> 265
<i>Malum abiit.</i>	ibid.	<i>Mens mala.</i> 306
<i>Malus.</i>	230	<i>Meretrix.</i> 250.307
<i>Mansuetudo.</i>	340	<i>Meretricū ingenīū.</i> 310
<i>Mare.</i>	252	<i>Metus. Not. Timor.</i>
<i>Mare agitatum.</i>	253	<i>Metus.</i> 238.255
<i>Matris iniuria.</i>	318	<i>Gravior est plerunque metus, quam res ipsa, quaetimetur.</i> 135
<i>Matrum natura.</i>	314	
<i>Matrona.</i>	250	
<i>Maximū. Not. Bonū.</i>		<i>Miles.</i> 249
<i>Maximum.</i>	201	<i>Militaris.</i> 37
<i>Medicus.</i>	244.246.	<i>Miser.</i> 171.318
	248	<i>Misericordia.</i> 237.395
<i>Medici diligentia.</i>	250	<i>Moderatio.</i> 242
<i>Medicina.</i>	244	<i>Modestia.</i> 396
<i>Mediocritas.</i>	93.342.	<i>Mœror.</i> 231
	460	<i>Monstrum alere.</i> 307
<i>Mediocritatem nō pro- bandam.</i>	390	<i>Morbus.</i> 231.249
		<i>Morbo leuati.</i> 255

INDEX.

- Morbosi suauitatem nō sentiunt.* 294
- Mores.* 365
- Mores crescunt cum a-tate.* 180
- Mors.* 66.220.221. 226.228.256.
- Mors quibus horribi-lis.* 268
- Mori an melius.* ibid.
- Mortuo verba facere.* 323
- Mors in malis.* 252
- Moriendum cum volu-ptate.* 254
- Mortalitas.* 268
- Motus.* 416.422
- Mulier mulieri cōgruit*
323
- Mulier viciosa.* 320
- Mulier vidua.* 314
- Mulierū studium.* 318
- Mulierum mores.* 310
- Mulieres leuisententia*
319
- Mulier quando oleat.* 254
- Mulierū ingenii.* 310
- Mundus.* 407.410
- Mundus sempiternus..* 417
- Mundus, Dens est.* 441
- Mundus ignescet.* 445
- Mundo perfecto quid infit.* 428
- Mūdus inchoatus.* 393
- Mundus quibus cōstet.*
eod.
- Mundi innumerabiles.* 449
- Muse.* 230
- N*
- N**arratio mala
deprauat. 323
- Natiuitas.* 179.208.
243
- Natura.* 6.249.336.
471
- Natura facultas.* 260
- Natura dona.* 264
- Natura utilior doctri-na.* 189
- Natura similitudo, ib.*
- NN ij*

INDEX.

<i>Natura appetitio.</i>	255	<i>officio.</i>	87
<i>Naturā predici.</i>	449	<i>Onus.</i>	208.249
<i>Natura dux.</i>	165	<i>Opifices.</i>	223
<i>Natura infinitas.</i>	455	<i>Opinio.</i>	118.401
<i>Nauigium.</i>	253	<i>Oratio. Not. verba.</i>	
<i>Necessitas.</i>	207.401	<i>Oratio.</i>	216.217.
<i>Negligentia.</i>	540		249.387
<i>Negociorum principia</i> <i>ibid.</i>		<i>Orator.</i>	349.505
<i>Nimium.</i>	303	<i>Ortus.</i>	422
<i>Nix.</i>	453	<i>Otium.</i>	309.374
<i>Nobilieas.</i>	208		P
<i>Nominū mutatio.</i>	251	<i>Paulastra.</i>	348
<i>Noſſe ſeipſum.</i>	321	<i>Parsimonia.</i>	264
<i>Nouitas.</i>	317	<i>Parentes nō negligendi.</i>	179.
<i>Nurus.</i>	318	<i>Parenti obsequendum.</i>	
			311
		<i>Parentis natura.</i>	ibi.
O		<i>Pater iniquus index.</i>	
<i>Burgatio.</i>	306		312
<i>Obsequium.</i>	ibi.	<i>Patres quomodo filios</i> <i>confuefaciant.</i>	315
<i>Occasio.</i>	372	<i>Patientia.</i>	303
<i>Oculi.</i>	215	<i>Patria.</i>	217.230.352.
<i>oculus se non videns.</i>			510
	255	<i>Patriam conseruan-</i> <i>dem.</i>	269
<i>odium.</i>	211.238		
<i>officium.</i>	244		
<i>Semper manendum iſ.</i>			

INDEX.

<i>Patria & Respub.</i>	56	<i>Pilus.</i>	395
<i>Pauper.</i>	202	<i>Pœna.</i>	196.219
<i>Paupertas.</i>	281.320	<i>Pœnitentia.</i>	271
<i>Pauperes addant ditio- ribus.</i>	305.320	<i>Poëta.</i>	450
<i>Pax.</i>	209	<i>Populus.</i>	119.509
<i>Peccatum.</i>	246.271	<i>Posse quando vis.</i>	308
<i>Non peccandum.</i>	92	<i>Potestas.</i>	551
<i>Peccata paria.</i>	395	<i>Potior quis.</i>	322
<i>Pecunia. Not. Aurum.</i>		<i>Preces.</i>	207
<i>Pecunia.</i>	203.214. 223.228	<i>Præceptores.</i>	53
<i>Pecunia & neglectus.</i>	315	<i>Predictum.</i>	443
<i>Percontatio.</i>	320	<i>Predicula reiicienda.</i>	
<i>Peregrinatio.</i>	60	<i>Prælium.</i>	249
<i>Perfidia.</i>	380	<i>Premiū.</i>	137.196.219
<i>Periculum alicuius quo- modo faciendum.</i>	317	<i>Prauidētia.</i>	239.267.
<i>Perpetuum nihil.</i>	367	<i>Princeps.</i>	41.215.236.
<i>Pertinacia.</i>	216	<i>Principiū.</i>	191
<i>Perturbatio.</i>	390.407	<i>Principium à diis im- mortalibus.</i>	260
<i>Retulans.</i>	256	<i>Probitas.</i>	332
<i>Philosophia.</i>	479	<i>Probus.</i>	215
<i>Philosophia utilit.</i>	29	<i>Prodigii.</i>	109
<i>Philosophus.</i>	246.417	<i>In prohibita niti.</i>	304
<i>Physica.</i>	469	<i>Promissa seruāda.</i>	139
<i>Pitlores.</i>	256	<i>Proprium.</i>	205
<i>Rietas.</i>	96.226	<i>NN iij</i>	

INDEX.

<i>Prudentia.</i>	38. 265.	<i>Reip.natiuitas.</i>	179
	274	<i>Reipublic.praefectus.</i>	
<i>Pudicitia.</i>	342	417	
<i>Pueri.</i>	318	<i>Repub.quibus cōfiter.</i>	
<i>Puero gladiū dare.</i>	253	196	
<i>Pugna.</i>	228	<i>Rete.</i>	304
		<i>Rhetorica.</i>	422
<i>R</i>		<i>Rhetores.</i>	438
		<i>Rumor manis.</i>	255

Rara praelata.

<i>Rastrum.</i>	314
<i>Ratio.</i>	85. 86. 118. 402. 428. 442.
<i>Receptum.</i>	233
<i>Rectum.</i>	229
<i>Referre par pari.</i>	308
<i>Régnum.</i>	542
<i>Religio.</i>	226
<i>Repentina grauiora.</i>	152
<i>Reram diuisio.</i>	430
<i>Res verbi anteponen- da.</i>	368
<i>Republīc.</i>	214. 219. 239. 242. 243. 245.
<i>Reſp.deterior.</i>	301
<i>Reipub.conuersio.</i>	42

S

<i>Sapere quid.</i>	316.
	319
<i>Sapiens.</i>	243. 250. 395.
<i>Sapiens quid preſtet.</i>	397
<i>Sapiens opinatur.</i>	438
<i>Sapiens non opinatur;</i>	435
<i>Sapiens beatus.</i>	407. 413
<i>Sapientis laus & sa- pientiae commēdatio.</i>	23
<i>Sapiens agritudinem non sentit.</i>	396

INDEX.

- Sapiens vritur.* 403 *Sententia cōtraria* 321
Sapiens non irascitur. 397 *Sententia diuersa.* 305
Sapiens non fugit. ibi.
Sapientia 215.230. *Sepulchrum.* 249
 250 *Sepultura.* 216.220
Sapientia presentibus
 contenta. 254 *Sequi quæ debeamus.*
Sapietie studiosi. 409 118
Saxum versare. 309
Scientia. 238.300
Scripta, 236
Scripta docta. 190
Senectus, 184.222.
 250
Senectus morbus. 322
Senectutis vitium.
 317
Senex imbecillus. 253
Senex adolescens. 256
Seni verba dare. 306
Senibus maturitas vi-
 tam aufert. 296
Senilis stultitia. 256
Senibus obsequendum.
 312
Sensus. 401
Sententia. 309 *Sermo. Not. Verba.*
 321 *Seruitus.* 121.291
Sensuum iudicia. 15
Securitas. 264
Serui, 518
Servus lege incognitus
 321
Similitudo. 179.189
Simulachra. 450
Simulatio. 137
Simultas. 377
Sobrietas. 92.264.
 297.341.
Socius. 198
Sol, 247.400.442
Sol maior quam terra.
 457
Solitudo. 232
Soluere versurā. 323
Somnium. 303.308.
 429
Somnus. 214.410

INDEX.

<i>Sors.</i>	304	302	.
<i>Spes.</i>	211.301.315	<i>Terra motus.</i>	470
<i>Speduplici vti.</i>	322	<i>Testis.</i>	201
<i>Stadium.</i>	252	<i>Timor.</i>	134
<i>Status mutabilis.</i>	249	<i>Tonitrua.</i>	394
<i>Studium.</i>	15.456	<i>Tutela sui.</i>	392
<i>Stultus.</i>	27	<i>Turpitudo.</i>	385.396
<i>Stulti & intelligentis differentia.</i>	309	455	.
<i>Stultitia.</i>	28.481	<i>Turpitudo fugienda.</i>	91
<i>Stultitia optata conse- cuta.</i>	51	<i>Tyrannus.</i>	511
<i>Summi boni sententiae.</i>	475	.. V	.
<i>Sumpitus.</i>	302	V <i>Adum.</i>	308
<i>Supplicium.</i>	219.308: 454	<i>Valetudo.</i>	200
<i>Siculus.</i>	237	450	.
<i>Surdus.</i>	372	<i>Valetudo quibus iucū dior.</i>	258
<i>Suum.</i>	302	<i>Varietas.</i>	206
<i>Suns esse.</i>	322	<i>Vaticinatio.</i>	464
T	.	<i>Venerea voluptas.</i>	250
T <i>Aciturnitas.</i>	515	<i>Ventus.</i>	394
T <i>Theatrum.</i>	253	<i>Venus friget.</i>	310
<i>Temeritas.</i>	416	<i>Verba.</i>	368.432
<i>Temperantia.</i>	92.249	<i>Verba oportuna.</i>	469
<i>Tempestas.</i>	253	<i>Multis doctrina nō de- est, sed oratio.</i>	131
<i>Temporis oportunitas.</i>	244	<i>Verba cur invenita.</i>	129
		<i>Verecundia.</i>	94.226:


INDEX.


<i>Veritas.</i>	124.238.	<i>Virtus rbi.</i>	304
	330	<i>Quae ad virtutem in-</i>	
<i>Veritas à natura ab-</i>		<i>cident.</i>	301
<i>strusa.</i>	409	<i>Virtus beata vita.</i>	
<i>Veritas odiū parit.</i>	36	424	-
<i>Verum.</i>	417	<i>Virtus bonorum finis.</i>	
<i>Vicinitas.</i>	189	297	
<i>Vicissitudo.</i>	309	<i>Virtus, bonum.</i>	418
<i>Victoria.</i>	211.369	<i>Virtus voluptatem nō</i>	
<i>Vindicta.</i>	305	<i>querit.</i>	395
<i>Vinum.</i>	256	<i>Virtutem solam appe-</i>	
<i>Vir viro quid præstat.</i>		<i>tendam.</i>	472
	326	<i>Virtus rbi cōstet.</i>	407
<i>Vires.</i>	247	<i>Virtus in mediocrita-</i>	
<i>Virtus.</i>	70.72.193.	<i>te.</i>	387
	229.247.250. 273.	<i>Virtus hominis atten-</i>	
	422	<i>denda.</i>	128
<i>Virtutis specimē, vitiæ</i>		<i>Vifus.</i>	47
<i>plerique induunt.</i>	78	<i>Vifa.</i>	405
<i>Ad virtutem qui per-</i>		<i>Vifum.</i>	394
<i>uenire nō possint.</i>	252	<i>Vita.</i>	145.471
<i>Virtutu species.</i>	476	<i>Et bene & honeste vi-</i>	
<i>Virtus absoluta.</i>	265	<i>uendum.</i>	89
<i>Virtus laudata.</i>	302	<i>Sobriè viuendum.</i>	90
<i>Virtuti opera danda.</i>		<i>Vita an melior morte.</i>	
	260	268	
<i>Virtus à temeritate se-</i>		<i>Vita cum virtute.</i>	395
<i>parata.</i>	406	<i>Vitia.</i>	217

I N D E X.

- | | | | |
|--|--------------------------------|---------------------------------|------------------|
| <i>Vitium commune.</i> | 317 | <i>Voluptas, ultimum bonum.</i> | 401 |
| <i>Vitio carens.</i> | 305 | <i>Voluptas & dolor.</i> | |
| <i>Vitia, virtutis speciem plerunque induit.</i> | 78 | <i>ibidem.</i> | |
| <i>Volucres.</i> | 254 | <i>Voluptas perniciosa.</i> | |
| <i>Voluntas.</i> | 305 | | 269 |
| <i>Voluntas punienda.</i> | | <i>Voluptate non fruendum.</i> | 264 |
| | 186 | <i>Voluptas summum bonum.</i> | 459 |
| <i>Voluptas.</i> | 79. 227.
248. 319. 374. 452 | <i>Voluptas pestis.</i> | 456 |
| <i>Voluptas cum honestate coniuncta.</i> | 466 | <i>Urbanitas.</i> | 397 |
| <i>Voluptas malorum escas.</i> | 418 | <i>Vsura.</i> | 535 |
| <i>Voluptas quibus propria.</i> | 508 | <i>Vsus.</i> | 191 |
| <i>Voluptas animi sublatio.</i> | 396 | <i>Vtile.</i> | 446 |
| <i>Voluptas inimica rationi.</i> | ibid. | <i>Vulgus.</i> | 314. 373.
187 |
| | | <i>Vultus animi detegit.</i> | |
| | | <i>Vxoris vita incerta.</i> | |
| | | <i>320</i> | |

F I N I S.





C O M E S I N V I D I A.



V I R T U T I S E T G L O R I A E

monis

